HOMERI

ILIAS.

RECENSUIT ET BREVI ANNOTATIONE

INSTRUXIT

FRANCISC. SPITZNER SAXO.

VOL. I. SECT. IV.

CONTINENS

LIB. XIX. — XXIV. ADIECTA POTIORE LECTIONIS VARIETATE ET ANNOTATIONE CRITICA.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXVI.

(Londini apud Black et Armstrong.)

ERFORDIAE
TYPIS HENNINGS & HOPF.
1836.

EXCURSUS XXIII—XXXVI.

AD

ILIADIS LIBROS XIII—XXIV.

EXCURSUS XXIII. AD IL. *N*, 316.

Particulae εἰ καὶ et καὶ εἰ quid differant, investigatur.

§. 1.

Homeri verba accuratius et consideranda et explicanda esse in annotat. critica indicavi. Qua de re ut via ac ratione agamus, ab eorum dubitatione erit ordiundum, qui vel utramque dicendi formam vel posteriorem certe novam atque inusitatam habuerunt. Deinde, quid particulae istae in unum collatae Graecis et epicis maxime significent, videamus. Quo quidem perspecto, si qua est utriusque discrepantia, eam et clarius intelligemus et rectius diiudicabimus. De modo vero adiuncto, quum neutra conditionalis naturam exuat suam, eaque de re multi varie et copiose scriptitaverint nuper (vid. Kiesslingii commentat. pr. de enunciatis hypotheticis in lingua gr. et latin. p. 1.), pluribus quaerere nihil attinet. Ac primo quidem horum brevissime licebit defungi, quod quum εἰ καὶ tum etiam καὶ εἰ crebrius, quam olim putarunt, apud optimos quosque scriptores offerri nemo hodie ignorat (vid. Steph. Thes. ling. Gr. II, 3520. a. Brunck. ad Apoll. Arg. IV, 1655. Heyn. ad Il. l. all. Iacobs. in animadvers. ad Antholog. Pal. III, 391. Schaefer. ad Long. Pastor. 355.). Hi vero omnes εἰ καὶ non minus quam καὶ εἰ Latinorum particulis etsi sive etiamsi respondere, ideoque promiscuo ferri usu censuerunt. Quo argumento freti Bentleius et Ger-

hardus, praesertim quum καὶ in thesi, quam vocant produci negarent, verba transponenda esse dixerunt, e εἰ καὶ μάλα καρτερός ἐστιν Homericum habuerunt Eius coniecturae veritas ex ipsa particularum consension aut differentia erit aestimanda. Etenim si istae null adhibito delectu ponuntur, medicam manum poetae ver bis applicandam esse sequitur, sin id minus verum fue rit visum, a mutandi diffingendique libidine abstineamu oportet. Iam quid sit, in quo rei cardo vertatur, sati aperuimus. Aliorum vero ea de re sententiam in mediu et proferamus et excutiamus. Hic primus nobis occurr Hermannus, qui discrimen aliquod inter utramqu intercedere non modo ipse statuit, verum aliis etia persuasit. Is igitur in annotat. ad Viger. p. 832, 30 καὶ εἰ etiamsi explicat, et καὶ ad ipsam conditione sic refert, ut eam particula adiecta magis incertam fie dicat; etiam tum, si. Quare καὶ εἰ usurpari vult d re, quae vera tantum a nobis sumatur, neque de e quod verum esse iudicemus, id enim exprimi partic lis εἰ καὶ sive Latinorum quanquam. Tum εἰ κα sic etiam usurpari tradit, ut non sit etsi, sed si etian i. e. ut καὶ non cum εἰ, sed cum aliquo eorum voc bulorum, quae sequuntur, coniungi debeat, sicut in So phoclis Oedipo Rege 305 Φοῖβος γάρ, εἰ καὶ μὴ κλ εις τῶν ἀγγέλων, Πέμψασιν ἥμιν ἀντέπεμψε. Ei dis crimini bis assentitur Passov. in Lex. I, 630 sq. 1150., nec minus Stallbaumius ad Platon. Apolo XX. p. 73. ex edit. alt. Qui praeterea hanc rogat l gem: „tironibus tenendum, καὶ εἰ semper habere gr dationem, ut sit adeo si, ut h. l. ubi καὶ maxim ad ὀλίγον χρόνον pertinet; εἰ καὶ autem ea gradation carere atque simpliciter esse etsi, quanquam. Wellauerus ad Apoll. Arg. III, 61. eo iterum redii ut ubi Apollonius εἰ καὶ habeat, καὶ εἰ magis idoneu fuisse duceret, eique locum, quem Hermannus e So phocle laudavit, adiungeret. Neutrum horum mihi com mode vereque disputatum esse videtur: etenim Apollon editor admodum diversa in unum commiscuit, Platoni interpres, Hermanni praecepti immemor, omnem utrius que discrepantiam vel sustulit vel ambiguam certe feci Sed revertamur ad Hermannum; is duo quidem vere e acute admonuit, primum εἰ καὶ non semper in unan quasi coalescere notionem, deinde καὶ εἰ ita dici, u utraque adstringatur conditioni. Tertium vero, quo a

firmat patticulas hasce in id dumtaxat cadere, quod verum esse sumimus, a Graecorum more et sermone abesse existimaverim. Nec vanam esse eam opinionem vel noster locus ostendere potest; ut autem, quid in Hermanni explicatione desiderem, aliis manifesto pateat, integros Homeri versus liceat opponere. Idomeneus ergo a Merione interrogatus, quam exercitus partem sint petituri, respondet hisce:

νηυσὶ μὲν ἐν μέσσῃσιν ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἄλλοι,
Αἴαντές τε δύω, Τεῦκρός θ', ὃς ἄριστος Ἀχαιῶν
τοξοσύνῃ, ἀγαθὸς δὲ καὶ ἐν σταδίῃ ὑσμίνῃ·
οἵ μιν ἄδην ἐλόωσι, καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο,
Ἕκτορα Πριαμίδην, καὶ εἰ μάλα καρτερός ἐστιν.
αἰπύ οἱ ἐσσεῖται, μάλα περ μεμαῶτι μάχεσθαι,
κείνων νικήσαντι μένος καὶ χεῖρας ἀάπτους,
νῆας ἐνιπρῆσαι, — — — —

Negat igitur Cretum dux aciem mediam, in qua Aiacis utriusque et Teucri fortitudo Hectori pugnandi cupidissimo abunde resistat, auxilii ferendi causa sibi et Merioni esse adeundam. Num vero putabimus Idomeneum de Hectoris virtute, quam alii, ut Agamemno rex 7, 111 sqq., magnificis extollunt laudibus, dubitanter iudicare potuisse, eo potissimum tempore, quo parum abfuit, quin Troianorum imperator Danaorum navalia vi expugnata incendio absumeret? Quod quum ineptum sit, *καὶ εἰ μ. καρτερός ἐστιν* aut nihil aliud significat nisi quanquam valde fortis est, aut *εἰ καὶ μ. κ. ἐστιν* rescribamus necesse est. At dicat aliquis Hectoris robur et praestantiam ab Idomeneo non tanti aestimari, quanta fuerit, idque ipsum intelligi posse ex futuro, quod sequitur: certiora ergo a nobis esse afferenda. Quae ne desint, ab aliis provisum est, veluti a Quinto in Posthom. IV, 97. Ibi enim Aiax Diomedi, qui, ne Troiani Achille interfecto nova rei bené gerendae spe accenderentur, suis auctor suasorque exstiterat, ut bellum statim redintegrarent, inter alia haec obiicit:

— — — *Τρῶες δέ, καὶ εἰ θάνε Πηλέος υἱός,*
οὐ μάλα θαρσήσουσιν, ἔτι ζώοντος ἐμεῖο
καὶ σεῦ, ἠδὲ καὶ αὐτοῦ ἀμύμονος Ἀτρείδαο.

Iam videbis *καὶ εἰ θάνε Π. υἱὸς* minime prodere incerti quiddam, verum de eo, quod reapse evenerat, dici: „Troes, quanquam Achilles mortuus est, non magno admodum erunt animo, me superstite et te, et forti

Atridae filio." Ut vero καὶ εἰ certo nullique exposit dubitationi adhibetur, ita εἰ καὶ ad id, quod parum fixu est, sed fieri potuisse sumitur, translatum invenies. In dicio est Apollonius Rhodius, apud quem Iaso ex peditionem a Pelia mandatam extemplo sibi recusandam fuisse dicit, additque in Argon. II, 625

— — — — — εἰ καὶ ἔμελλον
νηλειῶς μελεϊστὶ κεδαιόμενος θανέεσθαι.

i. e. etiamsi mihi miserabiliter conciso fuisset pereundum. Sumit igitur tanquam verum, quod eventurum fuisse vix erat credibile. Adiungamus alium ejusdem poetae locum, quo utraque dicendi forma sic nectitur ut augmentum quoddam sive gradationem inesse liquido appareat. Argonautas, ne diis invitis per rupes Cyaneas navigare audeant, monet Phineus senex, qui, postquam deorum voluntas quemadmodum sit exploranda tradidit, lib. II, 341 sqq. pergit hisce:

ὦ μέλεοι, μὴ τλῆτε παρὲξ ἐμὰ θέσφατα βῆναι,
εἰ καί με τρὶς τόσσον ὀΐεσθ' Οὐρανίδῃσιν,
ὅσσον ἀνάρσιός εἰμι, καὶ εἰ πλεῖον στυγέεσθαι,
μὴ τλῆτ' οἰωνοῖο παρὲξ ἔτι νηῒ περῆσαι.

Iam utrumque in Argonautarum opinione et arbitrio versari, neutrum in re et facto positum esse intelligitur, nec minus certum est particulas deorum odium, quo Phineo fuit conflictandum, augere in maius et quasi exaggerare. Quae si reputaveris, poetarum usum notae, qua dictionem utramque Stallbaumius discretam voluit, adversari, neque Hermanni iudicium ab omni parte verum reique consentaneum esse perspicies. Itaque vel nihil omnino discriminis interesse dare cogimur, vel alia, si qua est, differentia nobis est indaganda. Alterum enim rebus incertis et dubiis, alterum iudicio vero atque explorato aptum esse habitum, quandoquidem scriptorum testimonia obloquantur, erit negandum.

§. 2.

Ut autem rem multis implicatam difficultatibus prudenter ac plene eruamus, ab eo, quod, ut aiebam, Hermannus acute praescripsit, initium faciamus. Crebro enim εἰ καί, quod in alterum multo rarius cadit, sic offertur, ut καί proximum quoddam spectet vocabulum.

Hinc primum fit, ut in eiusmodi iunctura ne εἰ quidem semper denotet conditionem, verum sua et propria vi interrogando adhibeatur, et proinde εἰ καὶ num forte significet. Praeivit iam poeta in Il. 2, 367

> γνώσεαι δ', εἰ καὶ θεσπεσίῃ πόλιν οὐκ ἀλαπάξεις
> ἢ ἀνδρῶν κακότητι καὶ ἀφραδίῃ πολέμοιο.

cf. ad Il. 3, 215. Nec distant Attici, velut Sophocles in Philocteta 961

> ὄλοιο μή πω, πρὶν μάθοιμ', εἰ καὶ πάλιν
> γνώμην μετοίσεις, εἰ δὲ μή, θανοῖς κακῶς.

Καὶ εἰ qui simili posuerit modo, scio neminem praeter Homer. Od. 9, 229. et Moschum, in Bionis epitaphio v. 125. scribentem: — ὥς κεν ἴδοιμι, καί, εἰ Πλουτῆϊ μελίσδεις: quemadmodum vulgo, nescio quam bene, solent interpungi. Verum si cui corrigere placuerit: ἴδοιμ', εἰ καὶ Πλουτῆϊ μελίσδεις, audaciae eius venia a communi Graecorum poetarum consuetudine peti possit. Attamen minore etiam molimine idem assequere interpunctione sublata: ὥς κεν ἴδοιμι, καὶ εἰ Πλουτῆϊ μελίσδεις; Sed his missis εἰ καὶ non in unam colliquescere notionem, et utrique particulae suam remanere potestatem exemplis iam probemus. Id iterum bipartitum est: etenim in aliis vel Latina lingua utriusque consociationem respuit, in aliis Latinorum ex more etiamsi vel simile quidquam substituere licet, nihilominus autem, si rem accuratius inspexeris, utriusque potestatem valere, neque alteram utram quasi consopitam esse intelliges. Quod si fit, poetae plerumque nec vero semper verbo aliquo interiecto εἰ καὶ separarunt. Prioris igitur generis est Homericus versus Il. 16, 623

> εἰ καὶ ἐγώ σε βάλοιμι τυχὼν μέσον ὀξέϊ χαλκῷ,

ubi conditionale verbo, copulativum pronomini attribuendum esse nemo non videt. Verbo aliquo interposito idem obtinet apud Theocritum in Id. XXV, 80., ubi de canum indole ac natura ita traditur:

> εἴ οἱ καὶ φρένες ὧδε νοήμονες ἔνδοθεν ἦσαν,
> ᾔδει δ', ᾧτε χρὴ χαλεπαινέμεν, ᾧτε καὶ οὐκί,
> οὐκ ἄν οἱ θηρῶν τις ἐδήρισεν περὶ τιμῆς·

add. Dionys. Perieges. v. 270, 1053. Horum finitima tragici passim suppeditant, velut Aeschyl. in Prometh. 343 — μάτην γάρ, οὐδὲν ὠφελῶν Ἐμοὶ πονήσεις, εἴ

τι καὶ πονεῖν θέλεις. et Sophocl. in Trach. 71 πᾶν τοίνυν, εἰ καὶ τοῦτ' ἔτλη, κλύοι τις ἄν. cf. Antig. 90. Aiac. 1127. Oed. R. 305. Posterioris usus, quem ponebam, testimonia praebet Homerus; is enim in Odyssea 11, 356., postquam Alcinous rex proximum mane exspectandum esse dixerat, Ulixem haec facit loquentem:

εἴ με καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἀνώγοιτ' αὐτόθι μίμνειν —

Quo significat se, siquidem Phaeaces iusserint, vel integrum annum apud ipsos esse commoraturum. Pertinet igitur καὶ non tam ad conditionale quam ad tempus a Phaeacibus constituendum. Utrumque quidem a Latinis uno verborum ambitu comprehendi et transferri potest, etsi me integrum per annum hic manere iusseritis, at vim quandam maiorem seiunctis particulis inesse sentimus. Ad haec proxime accedunt Il. 23, 832. Od. 18, 376. Hesiod Op. 321. 344. Theogon. 98. Oppian. Hal. I, 318. V, 129. Neque καὶ εἰ semper et ubique in unum quasi coeunt; nam apud Atticos certe καὶ interdum respicit totam enuntiationem, εἰ vero conditioni soli adstringitur. Id intelligere licet e Sophoclis Oed. T. v. 227 κεἰ μὲν φοβεῖται, τοὐπίκλημ' ὑπεξελών —, ubi oppositum εἰ δέ, quomodo singula cohaereant, manifesto prodit. add. Theocr. Id. XIV, 50. Quod in distributione valet, idem et negativum μή et pronomen indefinitum hic illic sibi exposcunt, siquidem ea sit horum natura, ut εἰ μή et εἴ τις vel ad verbum solum pertineant, vel reliquam comprehendant enuntiationem, dum καὶ sit copulativum. Sic Aiax Sophocleus v. 447. haec ait:

κεἰ μὴ τόδ' ὄμμα καὶ φρένες διάστροφοι
γνώμης ἀπῇξαν τῆς ἐμῆς, οὐκ ἄν ποτε
δίκην κατ' ἄλλου φωτὸς ὧδ' ἐψήφισαν.

Neque aliter res se habet in Aeschyli Eumen. 259 ὄψει δὲ κεἴ τις ἄλλον ἤλιτεν βροτῶν, quorum similia leguntur in eadem fabula 31. in Sept. contr. Thebas 178. et in Sophocl. Aiac. 1057, 1396. in Trach. 457. in Philoct. 621. in OC. 456, 488. Alibi vero, idque magis fuit celebre, horum contrarium obvenit.

Sed revertamur ad id, unde oratio deflexit, ad particulas εἰ καί. Haec igitur nulla verborum intercapedine segregatae et sibi invicem iunctae enuntiationem exordiuntur. Quod dicendi genus a priore non tam re ac

veritate quam specie et collocatione differre crediderim. Ac licet quidem, si Latino uteris idiomate, utramque in unum constipando etsi vel quanquam substituere, modo memineris suam utrique vim esse et potestatem, et alteram altera plenius describi atque accuratius definiri. Ita Nausicaa Ulyxi suadet, ut Areta matre exorata voti sui fiat compos: ea enim annuente, etsi e terra longius dissita sit oriundus, celerem in patriam reditum fore, Od. 6, 310. hisce:

— — — — — μητρὸς ποτὶ γούνασι χεῖρας
βάλλειν ἡμετέρης, ἵνα νόστιμον ἦμαρ ἴδηαι
χαίρων καρπαλίμως, εἰ καὶ μάλα τηλόθεν ἐσσί.

add. 7, 194. Iam verbis εἰ καὶ μάλα τηλόθεν ἐσσὶ conditio posita magis augetur. Dicunt enim Nausicaa et post Alcinous ipse reditum Ulixi a Phaeacibus certo sperandum esse, etiam tum, si terra remotior illius sit patria. Apparet hinc conditioni, quae in verbis εἰ τηλόθεν ἐσσὶ cernitur, incrementi quiddam accedere et cumulum quasi afferri voculis καὶ μάλα interiectis. Itaque valet, quod diximus, ad enuntiationem hypotheticam declarandam εἰ solam sufficere, καὶ vero cum adverbio consociandam illi plus gravitatis ac ponderis addere. Naturali quadam cognatione ista attingunt alia, sicut Il. 5, 410

τῷ νῦν Τυδεΐδης, εἰ καὶ μάλα καρτερός ἐστιν,
φραζέσθω, μή τίς οἱ ἀμείνων σεῖο μάχηται.

„Quare Tydides, etsi valde fortis est, considerato, ne quis melior te cum eo pugnet." Diomedem enim, quamvis magna excellat fortitudine, aliis diis imparem esse Veneris mater significat, cf. Od. 8, 139, 217. 13, 6. Apoll. Rhod. II, 342. Quint. Sm. V, 308. X, 36. Nam in his omnibus καὶ referendum est ad adverbium, quod proxime instat, eoque sententiae maiorem vel gravitatem vel perspicuitatem adiectam videmus. Alibi non qualitatis adverbia, sed localia et temporalia maiore vi instruit καί, veluti Achilles apud Quintum in Posthom. 1, 580. Hectorem semet ipsum et Aiacem vel e longinquo conspectos exhorruisse hisce affirmat:

— — — — — τρομέεσκε δὲ φαίδιμος Ἕκτωρ
ἡμέας, εἰ καὶ ἄπωθεν ἐσέδρακεν ἀΐσσοντας
δῆριν ἔπι στονόεσσαν, — — — — —

vid. praeterea Il. 23, 592. Od. 7, 52. Apoll. Rh. I, 689. Oppian. Hal. I, 720. Cyneg. III, 258. Ut autem particula καὶ adverbiis praemissa conditionem novo additamento auctam angustioribus includit finibus, ita eadem, aliis orationis partibus coniugata, eadem praedita est vi. Indicio sit Hom. Il. 13, 58

τῷ κε καὶ ἐσσύμενόν περ ἐρωήσαιτ' ἀπὸ νηῶν
ὠκυπόρων, εἰ καί μιν Ὀλύμπιος αὐτὸς ἐγείρει.

Quibus Neptunus Aiaci utrique fidem facit, Hectorem, etsi ab ipso Iove incitetur, dummodo opera intenta velint uti, a navibus prohibitum iri. Adverbium autem pronomen respicere eo minus erit negandum, quo saepius καὶ αὐτός, καὶ οἷος aliaque id genus copulantur. Alia aliorum vocabulorum exempla, quibus καὶ hypothetica praeeunte plus roboris et gravitatis dat, passim conspiciuntur, vid. Il. 3, 215. 16, 748. 17, 421. Apoll. Rh. I. 814. II, 625. 488. III, 429. Quint. Sm. IX, 103. X, 24. 305. Bion. Id. VIII, 3. Nicand. Alexiph. 1. Opp. Hal. IV, 133. Cyneg. II, 614. Cum epicis tantum non ubique concinunt tragici, uti Sophocl. in Electr. 547

δοκῶ μέν, εἰ καὶ σῆς δίχα γνώμης λέγω.

add. Trach. 220. OT. 283. 302. 408. Denique particulas εἰ καὶ maiore etiam vi intendit περ insuper adiecta, quae vel huic ipsi inhaeret, vel verbo alio interposito submittitur. Huius exemplum edit Homer. Od. 5, 485

ὥρῃ χειμερίῃ, εἰ καὶ μάλα περ χαλεπαίνοι, —

illius specimen est in Apoll. Arg. III, 61

τὸν μὲν ἐγών, εἰ καί περ ἐς Ἄϊδα ναυτίλληται
λυσόμενος χαλκέων Ἰξίονα νειόθι δεσμῶν,
ῥύσομαι, ὅσσον ἐμοῖσιν ἐνὶ σθένος ἔπλετο γυίοις.

add. ib. v. 1190. In his igitur omnibus εἰ solam conditioni inservire, καὶ cum alio quodam verbo, quo hypothesis et planius describatur et eius vis magis intendatur, tectius apertiusve sociari pro certo atque explorato habuerim. Itaque cum Graecis vernaculi sermonis particulas wenn auch apte possis comparare, quippe quae eadem propemodum gaudeant potestate: conditionem enim vel tum valere, si quid obstaculum novum ei obiiciatur, indicant. Eiusdem igitur notae ea sunt, de quibus Iacobsius in Animadvers. ad Antholog. Gr. XII,

162. et ad Antholog. Pal. III, 231. 261. erudite disputavit. Quanquam in his praemissis *εἰ καί*, *εἰ δὲ καὶ* vel *εἰ δὲ* in antithesi opponi solet *ἀλλά*. Iam vero ut *εἰ καὶ* particulis nostris wenn auch respondent, ita *καὶ εἰ* sive Atticorum *κεὶ* cum vernaculo auch wenn plerumque convenient. A priore igitur eo potissimum different, quod particula utraque conditionem positam declarat, eaque de causa neutra ad aliud quidquam pertinet, sed ipsum verbum, in quo conditio spectatur, comprehendit. Itaque Idomeneus professus Aiacum et Teucri vigorem Hectori, Priamo sato, quominus conata perficere possit, satis impedimenti obiecturum esse, non dicit: *εἰ καὶ μάλα καρτερός ἐστιν*, sed particulis traiectis *καὶ εἰ μάλα κ. ἐστ.*, i. e. etsi est valde fortis. Minus igitur dubitanter de Hectoris fortitudine loquitur Idomeneus quam de Tydidae robore Dione Il. 5, 410. Haec tantum sumit Tydidem fortasse valde fortem esse: ille magnam Hectoris virtutem, tot tantisque speciminibus comprobatam, testificatur. Quae quum ita sint, duo inde sequi consentaneum habuerim: primum errasse eos, qui particulas in Homeri versu transponendas esse arbitrarentur, deinde, verane sit conditio, an pro vero tantummodo assumpta, non e particulis, sed e verbi modo et tota sententiae conformatione iudicari deberi. Hinc fieri potest, quemadmodum est in Apollonii versibus, quos paullo ante e libro Argonauticorum secundo adduxi, ut *εἰ καὶ* praecedat, *καὶ εἰ* subsequatur. Etenim in his prior *καὶ* ad adverbium *τρὶς τόσσον* referendum est, posterior una cum hypothetica infinitivum *στυγέεσθαι* solum respicit. Illis ad amussim fere congruit Homeri Odyss. 22, 13

> — — — *τίς κ' οἴοιτο μετ' ἀνδράσι δαιτυμόνεσσιν*
> *μοῦνον ἐνὶ πλεόνεσσι, καὶ εἰ μάλα καρτερὸς εἴη,*
> *οἷ τεύξειν θανατόν τε κακὸν καὶ κῆρα μέλαιναν.*

Ubi ut in re, quae in sola versatur cogitatione, optativo praecedenti iterum iunxit optativum poeta, vid. Quint. Smyrn. I, 606. Quare, si ad propriam singulorum potestatem attenderis, *καὶ εἰ* hac lege plerumque dici, ut utraque particula conditionem deprehendat, invenies, veluti optativo instante Il. 9, 318

> *ἴση μοῖρα μένοντι, καὶ εἰ μάλα τις πολεμίζοι·*

add. 4, 347. 9, 380. Od. 13, 292. 22, 62. Arat. 817.

Apoll. Rh. I, 470. Callimach. in Dian. 178. in Del. 129. Oppian. Hal. III, 179, 475. IV, 369. V, 383. Neque alia particularum est ratio indicativo aut praesentis aut imperfecti aoristive subiuncto, quorum quidem exempla acervatim congesta liceat addere, vid. Il. 7, 117. 15, 51. 20, 371. Od. 10, 66. Nicandr. Ther. 779. Quint. Sm. III, 77, 261. IV, 97, 583. V, 302, 587. VI, 432. VII, 636. VIII, 438. X, 430. XI, 252. XIII, 361. XIV, 255. Tragici vero plerumque praesentis, rarius futuri aut praeteriti cuiusdam indicativum adsciscere solent, cf. Aeschyli Pers. 287. Sept. contr. Theb. 178, 429. Choeph. 113, 296. Soph. Antig. 234, 461. Electr. 617. Aiac. 563, 692, 962. OT. 669, 986, 1077. 1516. Ol. 306, 875, 957, 1181, 1323. Omnium denique rarissimus modus est subiunctivus, nec vero epicis prorsus inusitatus, sive κὲν adiiciatur, sive omittatur. Illius testimonium exstat in Il. 5, 351

— — — — — — — ἦ τέ σ' οἴω
ῥιγήσειν πόλεμόν γε, καὶ εἴ χ' ἑτέρωθι πύθηαι.

huius vel plura licet reperire in iisdem carminibus, ut Odyss. 12, 96. 16, 98, 116. hymn. Hom. in Merc. 565. Arat. Phaenom. 850. Quint. Smyrn. X, 18. XII, 249. XIV, 565, unum Sophoclis offertur in Antigona, propterea notandum, quod multi structuram eam a tragicis alienam putarunt, v. 710

ἀλλ' ἄνδρα, κεἴ τις ᾖ σοφός, τὸ μανθάνειν
πόλλ' αἰσχρὸν οὐδὲν καὶ τὸ μὴ τείνειν ἄγαν.

cf. interpretes ad h. l.

Haec fere sunt, quae de utriusque particulae similitudine ac dissimilitudine mihi erant praecipienda. Neque epicorum certe usum, a quo Attici tragici paullulum recesserunt ac termini, quibus καὶ εἰ circumscribitur, aliquanto protulerunt, legibus hic propositis valde refragari crediderim. Scriptorum aliorum, Atticorum potissimum, sermo num epico dispar an concors sit habendus, intelligentiores harum rerum arbitri diiudicent. Nam ad Homeri lectionem vel stabiliendam vel improbandam epicorum monumenta paullo diligentius, quam ab aliis factum videbam, excutere et sub examen vocare satis habui. Quare si qui mea probaverint, studii ac temporis in re levi quidem, sed ob id ipsum difficili, consumpti me minime poenitebit, sin acciderit contrarium, eorum nominum, qui meae tenuitati offecerint, magnitudine ac splendore me consolabor.

EXCURSUS XXIV. AD Il. *N*, 543

De spiritu, origine ac potestate aoristi Homerici ἐπὶ — ἑάφϑη.

---

§. 1.

Homerus l. all. Aphareum, Caletoris filium, ab Aenea in iugulo graviter vulneratum narrat, et eius plagae effectum hisce describit:

ἐκλίνϑη δ᾽ ἑτέρωσε κάρη, ἐπὶ δ᾽ ἀσπὶς ἑάφϑη
καὶ κόρυς· ἀμφὶ δέ οἱ ϑάνατος χύτο ϑυμοραϊστής.

Neque ita multum distant quae de Hectore Aiacis saxo humo afflicto leguntur in Il. 14, 418 sqq.

ὣς ἔπεσ᾽ Ἕκτορος ὦκα χαμαὶ μένος ἐν κονίῃσιν.
χειρὸς δ᾽ ἔκβαλεν ἔγχος, ἐπ᾽ αὐτῷ δ᾽ ἀσπὶς ἑάφϑη
καὶ κόρυς· ἀμφὶ δέ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.

In quibus et alia nostram sibi expetunt considerationem, et verbum ἑάφϑη sive ἐάφϑη nullo alio vel poetae vel cuiusquam exemplo firmatum praecipuam desiderat curam. Primum autem quid veteres de eo statuerint interpretes inquiramus, tum recentiorum, quae ab illis aut nihil aut parum absunt, decreta et recenseamus et diiudicemus. Inter plura vero, quae antiquiores ea de re disputarunt, longa Venet. interpretis quaestio primum quasi tenet locum. Is igitur ad illum versum, quem proxime respicimus, sic disserit: ἑάφϑη· Ἀρίσταρχος δασύνει, ἀπὸ τοῦ ἕπεσϑαι· φησὶ γάρ, ὅτι ἐπηκολούϑησεν αὐτῷ· καὶ δῆλον, ὅτι παρὰ τὸ ἕπω ἥφϑη ἢ εἵφϑη ὤφειλεν εἶναι ὁ ἀόριστος, καὶ κατὰ διαίρεσιν ἐγίνετο ἑάφϑη, ὡς τὸ ἥγη ἐάγη, ἥλη ἑάλη, ἥλω ἑάλω, τῆς δασείας ἐπὶ τὴν ἀρχὴν χωρούσης, ὡς ἔϑος. ταῦτα ὁ Τρύφων ἀπεφαίνετο ὑπὲρ τοῦ Ἀριστάρχου, πιϑανῶς πάνυ. ἡμεῖς δ᾽ ἔχομεν περὶ τὸν σχηματισμόν τι ἐξαίρετον συμβεβηκὸς ἐπιστῆσαι πρὸς τὸ πρῶτον. ἡ ει δίφϑογγος ἐν τοῖς παρῳχημένοις ἄρχουσα εἰ διαιροῖτο, εἰς δύο εε διαιρεῖται, εἶρτο ἔερτο „ἀτὰρ ἠλέκτροισιν ἔερτο“ (Od. 15, 460.)· εἶργνυ, ἔεργνυ „κατὰ συφεοῖσιν ἐέργνυ“ (Od. 10, 238.), οὐκ ἄρα ἐκ τοῦ εἵφϑη ἐγένετο ἡ διαίρεσις. δῶμεν δὲ ἀπὸ τοῦ η ἄρχεσϑαι τὸ ἥφϑη, ἐπεὶ ἀδιαφόρως τὰ ἀπὸ

τοῦ ε ἀρχόμενα ῥήματα εἴωθε κλίνεσθαι καὶ διὰ τῆ ει διφθόγγου κατ' ἀρχὴν καὶ διὰ τοῦ η· ἀπὸ γοῦ τοῦ ἑλκῶ περισπωμένου εἵλκεον φήσας τὸν παρατατι κὸν, διὰ τοῦ η τὸν ἀόριστον ἐξήνεγκεν ἐν τῷ „Λητ γὰρ ἥλκησε Διός" (Od. 11, 580.). ἀλλ' οὐ θέλει πα λιν τὸ η τὸ κατ' ἀρχὴν τῶν παρῳχημένων εἰς ᾱ κα η διαλύεσθαι, ὁπότε ὁ ἐνεστὼς ἄρχει ἀπὸ τοῦ ε· ἀπ μέντοι τοῦ ᾱ καὶ η, ὡς δῆλον ἐκ τῶν τοιούτων, ἥλ ἑάλη (ἁλῶ γὰρ τό θέμα· πρόδηλον κἀκ τῆς ἁλεὶς μ τοχῆς), ἥγη ἑάγη. πῶς οὖν παρὰ τὸ ἕπω καὶ ἥφθ τὸ ἑάφθη δύναται διαιρεῖσθαι; διὸ ὁ Τυραννίων ἐκ δέχεται ἀπὸ τοῦ ἅπτω, οὗ γίνεται ἀόριστος, φησὶ ἥφθη, καὶ ποιητικῶς ἅφθη, προσόδῳ δὲ τοῦ ε ἑάφθ ὅτι δὲ τὸ προσερχόμενον ε ταῖς δασυνομέναις λέξει μεταληπτικὸν γίνεται τῆς ἐκείνων δασύτητος, πρόδ λον κἀκ τοῦ ἕερσα, ἕεδνα, ἑήνδανε, ἑώρων. οὕτως οι καὶ τὸ ἑάφθη ἔχει. σημαίνει δὲ τὸ οἱονεὶ συνήφθ αὐτῷ. ταῦτα μὲν ὁ Τυραννίων. εἰ δὲ ἠβούλετο κα διαίρεσιν παραλαμβάνειν ὁ ἀνήρ, οὐδὲν ἦν τὸ κωλῦο **Praemisi ea, quibus tanquam fundamento sua imposu runt alii. Etenim longe plerique Homeri interpretes grammatici, quae magna Aristarchi fuit auctoritas, aor stum** ἑάφθη **sive** ἐάφθη **a stirpe** ἕπω **neque a med** ἕπομαι **repetunt, etsi utrumque significatu vel pari v simili admodum fuisse censent. Qua vero ratione forn nova et inusitata ab illo etymo sit facta, et alii plur exposuerunt, et Suid. I, 665. brevissime descripsi** ἑάφθη, ἐπηκολούθησεν. ἕπω, ἕψω, ἧφα, ἧμμαι, ἥφθη καὶ ἐν διαλύσει ἑάφθην, τὸ τρίτον ἑάφθη. **Id aute quum nullum aliud** εα **praefigat,** μονῆρες **esse habitu Etym. M. 307, 26. testatur addendo prioribus:** ἔσ δὲ τὸ πάθος μονῆρες, καὶ οὐδὲν αὐτῷ ὅμοιον· ο γὰρ εἰς ε καὶ ε διελύθη, οὐδ' εἰς δύο εε, ἀλλ' εἰς καὶ ᾱ, **cf. Etym. Or. 64, 15. Zonar. I, 593 sq. Ph vor. 545, 23. Etymologiam hancce qui veram dux runt vocem Homericam reddunt** ἐπηκολούθησεν, **un prioribus annumerandi sunt Apoll. in Lex. 237. Eustath. ad Il. 945, 36., qui hisce interpretatur ve bum:** ἐπὶ δ' ἀσπὶς ἑάφθη καὶ κόρυς, ὅ ἐστιν ἠκολο θησεν ἀπὸ τοῦ ἕπω, ἵνα ὥσπερ ἀπὸ τοῦ εἱλῶ γίνετ τὸ ἑάλη, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ ἕπω τὸ ἑάφθη. δοκεῖ συντελεῖν ἐνταῦθα καὶ τὸ τοῦ Ἡροδότου (8, 27. εἰπόντος περί τινων, ὡς περιέφθησαν τρηχέως κατε ληφθέντες εἰς τὸν Παρνασσόν. ἐκ τοῦ περιέπω γα

ἐκεῖ τὸ περιέφθησαν. Nec tamen omnibus istam vel etymologiam vel potestatem arrisisse iidem fere grammatici comprobant. Ut enim Apollonius in Lex. ἐάφθη, inquit, ἐπηκολούθησεν· ἔνιοι δὲ κατηνέχθη, ita alii aut eandem aut simillimam apponunt glossam, ut schol. brev. ad Il. 13, 543.: ἐπὶ δ' ἀσπὶς ἐάφθη· ἐπικατήχθη δὲ αὐτῷ ἡ ἀσπίς. ὃ ἔστιν ἐπικατηνέχθη παρὰ τὸ ἕπεσθαι. Quibus ultimum non quadrat: diversa enim commixta esse Apollonii interpretatio docet manifesto. Iccirco aliud circumspiciamus etymum necesse est, de quo, si quis dubitat, omnem ei ambigendi causam dement Etymol. magni auctor, Zonaras ac Phavorinus sua e communi, ut videtur, fonte repetentes. Scribit igitur ille l. all.: ἐάφθη· ἢ παρὰ τὸ ἐῶ, ἐάθη, καὶ πλεονασμῷ τοῦ φ. ἢ παρὰ τὸ ἕπω τὸ ἀκολουθῶ, εἵφθη κ. τ. λ. Putarunt ergo ἐῶ, ἐάθη, quod iisdem auctoribus (vid. Etym. M. 352, 43. et ad Il. 24, 556.) συγχωρῶ indicat, consona inserta aoristum ἐάφθη ex se procreasse. Hoc modo apparet, quid sit, quod multi pro adspiratione ab Aristarcho et prioribus sancita assumpserint lenem. Sed totam illam opinionem nulla alia ratione nisi prava coniectandi et explicandi cupiditate niti videre in promptu est; eam igitur lubenter, credo, missam faciamus et multis veterum commentatorum ariolationibus, quibus inducti nova et inaudita effinxerunt, adscribamus. Quartum quoddam ex Hesychii Lexico I, 1059. nec dissimili aliorum interpretatione nonnulli arcessendum statuerunt. Nam quum ille ἐάφθη. ἐκάμφθη, ἐβλάβη habeat, idque nulli eorum, quae enumeravimus, videatur convenire, Buttmannus in Lexil. II, 138. schol. brev. ad Il. 14, 419. in comparationem vocato, ubi legitur: ἐπ' αὐτῷ δ' ἀσπὶς ἐάφθη· ἐπικατεκάμφθη δὲ αὐτῷ ἡ ἀσπίς, ὅ ἐστι κατηνέχθη, ad stirpem ἄγω, ἐάγη, ἐάχθη et consona mutata ἐάφθη respicit, eamque scribendi errore obliteratam ducit. At isti Buttmanni invento, nisi animus fallit, veterum testimonia aperte repugnant: imo probabile est eos, qui hanc verbi potestatem subesse crederent, de etymo non dissensisse ab aliis, et ἐάφθη parum considerate ad ἐῶ ἐάθη retulisse. Quod quum cedere significare existimassent, idem ad clypeum in terram quasi super corpus prostrati defluente acceperunt, et proinde latius exposuerunt ἐπικατεκάμφθη, ἐκάμφθη, ἐβλάβη.

Haec propemodum sunt, quae scrutatori veteris de-

ctrinae provido et ab audacia nimia alieno e variis grammaticorum multorum praeceptis eruere licebit. Eorum summa huc redit: interpretes quidem Iliados Homericae Graeci non minus quam alii formae obsoletae eamque ob causam difficilis triplicem excogitarunt etymologiam. Prima harum fuit Aristarchi a plerisque et recepta et celebrata, quae ab activo ἕπω, ἕψω aoristum passivi ἥφθην, εἵφθην et ἑάφθην facit descendentem; altera Tyrannionis ab antiquioribus, quod altum ea de re silentium prodit, ferme repudiata, recentiorum demum assensu et laudata et in Lexica illata, quam si sequimur, aoristum, usu paene obliteratum, ad stirpem ἅπτω, ἥφθην ἑάφθην referendum esse apparet: tertia, tametsi, cui auctori debeatur, latet, multorum tamen tulit olim plausum. Hi igitur ἐάφθη, utpote a verbo ἐάω, ἐάθην profectum, leni instruxerunt spiritu. Quod quum a veritate, ut iam diximus, longissime abesse videatur, cum Heynio reversus sum ad adspirationem, quam Aristarchus ac Tyrannio tuendam susceperunt, etsi Venetus interpres ad eam stabiliendam exempla quaedam minus idonea cumulavit. Aristarchi vero normam suo assensu confirmant Ven. liber et Townlei., neque alios plures ab istis discrepare iudicaverim, qui sciam Vindd. in Il. 14, 419. ἐάφθη ratum facere. Libris concinunt grammatici doctiores, velut Apollonius, Suidas, alii, neque Eustathius secus suadet, etsi in eius commentariis editorum negligentia, id quod singula inspicienti manifestum erit, nonnulla prave administravit. Horum igitur ad numerum et auctoritatem leves et fide parum digni sunt ei, qui contrarium sectantur, praesertim quum nescias, num lenis librariorum socordiae, an falsae etymologiae umbrae et speciei referatur acceptus. Tale enim quid suspicari lubet ex iis, qui, velut Zonaras ac Photius, brevi verborum intervallo utramque formam admiserunt.

§. 2.

Restat, ut, quomodo illis veterum copiis recentiores usi sint, dispiciamus. Atque interpretes quidem Latini, qui pro sui operis fine ac consilio iudicium interposuerunt nullum, Aristarchum plerumque sequuntur, neque alio quoquam Henr. Vossii interpretatio nos ducit. Heynius, postquam veterum decreta, de quibus uberius et explicatius diximus, recensuit, rem totam in

controversia positam breviter ac fidenter dirimit hisce: „Quis non videat poetam declarare velle, hominem vulnere in gutture accepto prostratum capite reclinato retinuisse galeam et clypeum, quia et illa et hic alligati erant; alioquin excidissent, si sine vinculo fuissent; ergo ἐφῆφϑαι, ἐφημμένον εἶναι τὴν ἀσπίδα ait.“ Neque isti explicationi, ut postea videbimus, poetae aut consilium aut loquendi usum adversari crediderim. Verum idem ad ξ, 419, ubi scholiasta Veneti utriusque et minoris affert interpretamenta, eo descendit, ut quod factum nollem, ἐάφϑη alteri praeferat, rectius fortasse refutat schol. B., qui ἐπ' αὐτῷ δ' ἀσπὶς ἐάφϑη non ad ipsum Hectorem procumbentem, sed ad hastam eius de manibus elapsam voluit adiunctum. Id enim a poetae mente et consuetudine mirum quantum abhorret. Molimine maiore, sed minore effectu Homerica pertractavit Buttmann. Lexil. II, 138 sqq. Qui etsi de praepositionis vi diligentius aliis quaesivit, nimia tamen subtilitate eo pervenit, ut poetae mentem obscuraret magis quam illustraret. Nam quum Il. 13, 543. iis, quae in Il. 14, 419. dicuntur, accuratius describi et quasi explanari ponat: ἐπ' αὐτῷ nec cadentis capiti neque ipsi, qui decumbit, sive toti eius corpori quadrare existimat; galeam enim alias longius ablatam et devolutam strati corpori vel capiti quasi impingi absonum esse. Dicit ergo ἐπ' αὐτῷ nihil aliud significare nisi insuper, post illum, velut in Il. 16, 661 πολέες γὰρ ἐπ' αὐτῷ κάππεσον, add. 20, 395. 23, 290. et vera tradere schol. ad Il. 14, 419 ἅμα γὰρ ὅλῳ συγκατηνέχϑη τῷ σώματι. Itaque Homerum ea ferme narrare: Hector cecidit, ensem manibus demisit, postea clypeus et galea deciderunt, galeam vero seorsum esse delapsum apparere. Vulnere enim utroque loco cadentis collo inflicto ac loro, quod collo subnexum esset, rupto, galeam una cum viro de capite in terram defluxisse, neque aliam priori versui, qui rem minus plene describat, subesse sententiam. Ei vero explicationi ἐάφϑη, ut ab ἅπτω profectum, obstare putat; nam si transtuleris: „inflicta est in ipsum, schlug, fiel auf ihn,“ ἐπὶ cum verbo esse coniungendum et galeam corpori incuti mirum videri. Ad has vero difficultates insuper accedere formae ἐάφϑη insolentiam; nullum enim augmenti syllabici praefixi exemplum offerri, nisi verbo sit digamma Aeolicum adiectum; eius autem ve-

stigium neque ἕπω ἕπομαι neque ἅπτω ἅπτομαι ostendere. Quae quum ita sint, nisi quis tertiam ei rei magis accomodatam invenerit stirpem, ἕπεσθαι aliquam certe literae illius speciem prae se ferre, si memineris Latini sequi; et similia tum Latina tum patria cum Graecis contuleris, cuius generis sint: se socer Sitten collata ad Graeca ἕ, ἕκυρος, ἦθος. His igitur concessis ἐάφθη non ad ἅπτειν, sed ad ἕπειν pertinere verisimilius autumat, αὐτῷ vero non semper ἀντίθεσιν inesse, verum eam quoque potestatem, qua ad aliud quidquam simpliciter adiungatur sive ut Buttmannus scripsit: der schwächere Obiekts-Sinn ihn, es, cf. Od. 17, 269. 9, 205. Quae si ad nostra accommodaveris in Il. 14, 419 χειρὸς δ' ἔκβαλεν ἔγχος, ἐπ' αὐτῷ δ' ἀσπὶς ἐάφθη, pronomen cum hasta optime et aptissime connexum iri. Nam ἔκβαλεν ἔγχος nihil amplius esse nisi hasta ei decidit, iam ἐπὶ ἐάφθη clypeum ac galeam simul proruisse indicare, nec quenquam intelligere, cur id ad virum potius quam ad hastam sit referendum. Iam quod in hastam 14, 419. cadat, id in Il. 13, 543. in caput quadrare, verbum autem ἐκλίθη huic interpretationi, quae schol. Venet. B. fuerit, concinere, vid. Il. 23, 232. Od. 19, 470. Il. 10. 472. Quare si ἐάφθη sequebatur indicat, et Aristarchus verum vidit et interpretes Latini Homerica commode transferunt: „inclinatum autem est in alteram partem caput et clypeus sequutus et galea." Verbo enim ἐφέπεσθαι sufficere censet lexilogi scriptor caput inclinari tum arma cadere, ut vi sua et propria dicatur idem ἐπ' δ' ἕψονται et ἐπὶ δ' ἕσπωνται θεοὶ ἄλλοι Il. 4, 63 Od. 12, 349.

Haud scio, an tota ista Buttmanni disputatio pluribus sit refellenda, praesertim quum ipse in gr. Gr. II §. 114, p. 8., sua retractarit, et ἐπὶ δ' ἀσπὶς ἐάφθη a stirpe ἅπτω repetendum dixerit. Hoc autem, ut iam in lexilogo fecerat, inflicta est reddidit. Quapropter et Passovii admonitione in lexic. Gr. v. ἐάφθη carere possumus, et Bothii iracundia, qua ad Iliad. locum allatum in Buttmannum invehitur, illum critico Alexandrino titubanti aurem praebuisse conquestus. Melius Buttmanni et acumini et existimationi prospexit Rostius in Damii Lexic. Homer. 479, c. Verumtamen monendum est lexilogi auctorem lorum galeae hastae lapidisve ict

perruptum esse temere statuisse, nihil enim eiusmodi significavit Homerus. Tum ne illud quidem verum est, quod dicit galeam capite decussam longius provolvi. Quod si quando evenit, quemadmodum res gesta sit, poeta nos ignorare noluit. Ita in Il. 13, 527 Deiphobus Ascalaphi interfecti galeam capiti detractam manu tenet, et eam a Merione in brachio vulneratus remittit. Quo facto galea in terram prolapsa edit fragorem. Ib. 576 sqq. Helenus Deipyri cassidem ense Thracio deiicit de capite, eaque inter pugnantium pedes devoluta ab Achivo quodam tollitur. In Il. vero 16, 793 Apollo Patroclo galeam excutit, eaque strepitu moto inter equorum pedes provolvitur. His accedit quartus locus Il. 15, 535 sqq., ubi Meges non ipsam galeam, sed cristam equinam ei insertam ex adversarii capite demetit ense. Iam quum Buttmannus sua falsis, ut apparet, superstruxerit argumentis, totam eius sententiam a vero abesse erit consentaneum. Sed altera etiam Buttmanni interpretatio, qua galeam et clypeum prostrati sive capiti sive corpori inflictos putat, singula penitius rimanti absona et mira videbitur. Nam quomodo cassis capiti religata et proinde retenta corpori inflicta dici possit, vix assequor, sin autem verbum ad clypeum proxime spectare iudicaveris, Ascalaphi caput, in quod ingruisse fertur scutum, iterum adversabitur. Iam quum ἐφάπτειν τινί τι, metaphora a nendo ducta, alicui innectere aliquid proprie significet, ac verbi eius passivum saepius ita usurpetur, ut quid alicui quasi illigatum et connexum, i. e. fato constitutum, esse declaret, velut in Il. 7, 402

ὡς ἤδη Τρώεσσιν ὀλέθρου πείρατ᾽ ἐφῆπται.

cf. 12, 79. Od. 22, 33, 41. et magis indefinita Il. 2, 15, 32, 69. 6, 241. 21, 513, nondum perspicere potui, quid impediat, quominus ista, sicut Tyrannio et Heynius praeceperunt, proprie intelligamus, de clypeo ac galea iacentis collo alligatis et una cum prostrato delapsis. Imo, si Homerica diligentius consideraveris, poetam ipsum tale quid nobis significaturum fuisse reperies; loco enim priore gutture Apharei Aeneae cuspide perrupto caput in alteram partem reclinatum fuisse tradit, galea ergo et clypeus, utpote loro collo subnexo retenti, ei sunt iuncti et in eandem vergunt partem. Quare non adiicit αὐτῷ, quod, quum caput solum respicere possit, ineptum est habendum. Hector vero Aiacis saxo

percussus resupinus cadit, eique adiuncti tenentur clypeus et galea. Eam igitur explicationem, quam Heinrichsius, Bothius aliique probarunt, utrique poetae versui optime convenire iudicaverim. Quod vero ad ἐάφϑη et eius augmentum attinet, nobiscum sentiunt et illi et Thiersch. in gr. Gr. §. 157, 6 et Matth. gr. Gr. §. 161, qui alia adspirationis exempla protulit, velut ἕεστο Il. 12, 464, ἐέσσατο 10, 23. 177. Od. 14. 529. iisque ἑήνδανε Il. 24, 25. Od. 3, 143. et alia accedunt.

Haec si apte congruenterque sunt dicta, Aristarchi iudicium pravum et incommodum esse facile intelliges. Cui etsi de etymologia concedere velimus, ipsam tamen sequendi notionem clypeo fortasse haud alienam, cum casside utriusque caesorum collo subligata, capiti imposita, conciliari non posse fatendum erit. Itaque verbo obscuro et antiquitatis tenebris involuto explicationem, qua nihil proficimus, ab illo admotam esse vix negari poterit. Quod vero a nobis verisimillimum est habitum, ei forsitan hoc solum aliquis obiiciat, quod primitivum ἅπτω et ἅπτομαι digammate caruisse videatur, sed istum literae et incertissimae et temporis decursu paene exstinctae defectum vel parum vel nihil efficere mihi quidem certum est et exploratum.

EXCURSUS XXV. AD Il. Ξ, 499.

De adverbio φὴ sive φῆ a Zenodoto recepto.

§. 1.

A Zenodoto adverbium φὴ sive φῆ Homeri carminibus bis insertum fuisse Veneti scholiastae cum aliis quibusdam memoriae tradiderunt. De quo, ut omnia complectamur, primum veterum audiamus testimonia, Zenodoto adversaria, tum ea, quae nostra potissimum aetate subtilius et plenius sint disputata, illis adiungamus, iudicio nostro interposito. Zenodotus igitur primum in Il. 2, 144 scripsisse dicitur:

κινήθη δ' ἀγορὴ, φὴ κύματα μακρὰ θαλάσσης
πόντου Ἰκαρίοιο, τὰ μέν τ' Εὖρός τε Νότος τε
ὤρορ' ἐπαΐξας πατρὸς Διὸς ἐκ νεφελάων.

deinde 14, 499

— — — — ὁ δὲ, φὴ κώδειαν ἀνασχὼν,
πέφραδέ τε Τρώεσσι καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα·

Quod quid sit, Graeci Iliados interpretes nobis exposuerunt. Scholiasta igitur Veneti A. ad versum priorem re breviter defunctus annotat: ὡς κύματα, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει φῆ κύματα. οὐδέποτε δὲ Ὅμηρος τὸ φῆ ἀντὶ τοῦ ὡς τέταχεν. Indicat hisce propter insolitam Zenodoti lectionem versui diplen fuisse adiectam. Pleniora et magis accurata et iidem et alii ad 14, 499. suppeditant; ibi enim duplex observatio cernitur in schol. Venet. A., quarum una sic sonat: ὁ δὲ φῆ κώδειαν ἀνασχών· ὁ μὲν Ζηνόδοτος καὶ τὸν δὲ καὶ τὸν φὴ ἐγκλίνει, ἵνα τὸ φὴ ταὐτὸν ὑπάρχῃ τῷ ὡς καὶ τὸ μεταλαμβανόμενον τοιοῦτον ᾖ, ὁ δὲ ὡς κώδειαν ἀνασχὼν πέφραδέ τε Τρώεσσιν. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ἐκδεξάμενος τὸ ἔφη ῥῆμα ὁμοίως τῷ ἔβη, δοκεῖ ἀθετεῖν τὸν δεύτερον στίχον. ὅπερ οὐκ ἀναγκαῖον· ποιητικὸν γὰρ ἔθος τὸ πολλάκις τὸ αὐτὸ ἐπαναλαμβάνεσθαι. πρὸς δὲ τὸν Ζηνόδοτον ὑγιῶς ἀποφαίνεται ἐκεῖνο, ὅτι ὁ ποιητὴς οὐδέποτε οἶδε τὸ φῆ ἀντὶ τοῦ ὡς, οἱ δὲ μετ' αὐτὸν, ὥςπερ Ἀντίμαχος καὶ οἱ περὶ Καλλίμαχον. Alter interpres ad Aristarchi sententiam, qua versum proximum deleri iusserunt, confirmandam v. 500. haec adiicit: ἡ διπλῆ, ὅτι ἀναγνόντες τινὲς φη κώδειαν ὑφ' ἓν, ἵν' ᾖ ὡς κώδειαν, προςεπέταξαν τὸν ἠθετημένον. οὐδέποτε δὲ Ὅμηρος τὸ φῆ ἀντὶ τοῦ ὡς τέταχεν. ἴσως δὲ καὶ Ἀντίμαχος ἐντεῦθεν ἐπλανήθη „φῆ γέρων οἶσιν" (γεράνοισιν coniecit Bekkerus) εἰπών. δεῖ δὲ ἔξωθεν προςλαμβάνειν τὸ ὡς, καὶ ἀθετεῖν τὸν στίχον· ταυτολογίαν γὰρ περιέχει. Nec plus ponderis Zenodoti scripturae tribuunt scholl. Vict. et Lips., quorum haec feruntur: φή· ὡς· ἀλλ' ἔστι νεώτερον. ἄμεινον οὖν παραλελεῖφθαι μετὰ τὸ ἔφη τὸ ὡς „Τηλεμάχου ἑτάρω τε κασιγνήτω τε ἔσεσθαι" (Od. 21, 216.), καὶ ἐκ παραλλήλου εἶναι τὸ φῆ πέφραδε ηὔδα. Iis propemodum convenit Eustath. 999, 25 sqq. ἐν δὲ τῷ „φῆ κώδειαν ἀνασχὼν, πέφραδέ τε" Ἀρίσταρχος μὲν ῥῆμα ἐκδέχεται τὸ φῆ, οἷα τοῦ ὡς ἔξωθεν προςνοουμένου, ἵνα λέγῃ, ὅτι ὁ δὲ ἔφη, ὡς κώδειαν ἀνασχὼν,

πέφραδέ τε καὶ ἔπος ηὔδα, καὶ εἴη κατὰ παραλληλίαν, ταυτολογία ἐν τῷ φῆ καὶ πέφραδε καὶ ηὔδα. τοῦτο δὲ διὰ τὸ ἐν τοῖς ῥήμασιν τοῦ Πηνελέου σῶφρον καὶ οὐδὲ ἔξω πάθους· ἠρκέσθη γὰρ ὁ ἥρως τῷ ἔργῳ εἰς λύπην τῶν Τρώων, ὃ πάνυ παροξυντικόν ἐστιν ἐς θυμόν, εἰ οὕτως ἀνατείνας παραδειγματίζει τοῦ πεσόντος τὴν κεφαλήν. καὶ οὕτω μὲν Ἀρίσταρχος περὶ τοῦ φῆ κώδειαν ἀνασχών. οἱ δὲ νεώτεροι καὶ Ζηνόδοτος τὸ φῆ ἐπίρρημά φασι παραβολικόν, οὐδέποτε ὑφ' Ὁμήρου ῥηθέν. Scholiastis sua debet **Suidas** III, 595.; quod quum editores eius lateret, minus commode singula verba restituerunt, fonte autem horum cognito facile emendabis singula, ita legenda: φῆ· οὐδέποτε Ὅμηρος τὸ φῆ ἀντὶ τοῦ ὡς τέταχεν· ὁ δὲ φῆ κώδειαν ἀνασχών, ἵν' ᾖ ὡς κώδειαν. Haec sunt, quae e veterum commentariis licet congerere. E quibus apparet neminem fere fuisse, qui Zenodoto tantam haberet fidem, ut φῆ sive φὴ Homericum putaret. Id enim, si qua fuit auctoritate, Antimacho poetae, Callimacho et recentioribus quibusdam assignant, ut Homerica aetate inferius. Quare et priore loco vulgare ὡς κύματα μ. θ. tuentur, et nostro, sicut Aristarchus praeceperat, ὁ δὲ φῆ κώδειαν ἀνασχὼν scribunt, verbum autem ter repetitum φῆ, πέφραδε, ηὔδα vel simili poetae tautologia excusant, ut Il. 18, 253. Od. 7, 155 — 158. vel versum proximum, eodem Aristarcho praeeunte, spurium censent. Etenim ille πέφραδε Homero nunquam **dicere**, sed indicare — invito mihi operae in annotat. critica **indicare** substituerunt — sive διασημαίνειν esse aliquoties admonuit; vid. **Lehrsium** de Arist. stud. Hom. 93 sq. Sed id posthac iterum erit attingendum, in praesens quidem sufficit adiicere Zenodoto et **Wolfium** in Proleg. 204. et **Heynium** in observat. IV, 221 et VI, 614 sq. derogasse fidem. Quorum alter negat quidem voculam ex ipsa Zenodoti officina prodiisse, sed eam monstruosam et Homero posteriorem ducit, alter eam ad artis criticae infantiam et quasi crepundia relegat. At quod hi duumviri tollendum aut certe improbandum duxerunt, idem alii, ut varia sunt hominum iudicia, non solum ferendum et excusandum, verum etiam laudandum et restituendum esse denuntiarunt. Quod quum viri tum eruditionis copia insignes tum nominis fama exsplendescentes censuerint, iis obloqui paene nefas videbitur. Sed agam id cum maxima

animi tranquillitate, et controversia causae exposita, cur mihi sit dissidendum, subiiciam, rem vero integram ac plenam legentium arbitrio dirimendam relinquam.

§. 2.

Ad Zenodoti igitur adverbium φρὴ (eum enim tenorem scholiastae tuentur) stabiliendum et confirmandum deinceps prodierunt Bekkerus in censur. carmin. Homer. a Wolfio editor. l. all. 143., Buttmannus in Lexil. I, 236 sqq., Thierschius in gr. Gr. §. 158, 14, Vossius in sched. crit. I, 247 sq. et Bothius ad Il. 2, 144.. Hic autem priorum, Buttmanni maxime ac Vossii, credo, assensu motus in id processit audaciae, ut 14, 499 ὁ δὲ, φρῆ κώδειαν ἀνασχὼν, Πέφραδέ τ. Τρ. tanquam genuinum induceret. Illi vero omnes in re concordes de adverbii origine varie sentiunt: nam cum Bekkero faciunt Buttmannus ac Thierschius, Vossius et Bothius alio delati aliam scrutati sunt etymologiam. Ut de ea primum dicamus, Bekkerus et Graecae gentis et aliorum populorum usum et linguam in subsidium vocando φ non raro admodum in simplicem adspirationem conversum esse efficit. Ac de Graecis quidem ad Riemer. Lexic. v. φορβὴ φοιτάω nos remittit, Latinorum exempla suppeditare grammaticos, qui hircum, hordeum, hariolum ex antiquioribus firco, fordeo, fariolo ortum traxisse affirment, nec repugnare vel Hispanorum vel Britannorum linguam. Simili igitur modo ᾗ, quod cognatione οἷ et οὗ attingat, adspirationem sibi expetere et antiquissimo tempore φρῆ fuisse coniicit. Neque alia via ac ratione ad id, quod sibi propositum habet, pervenit Buttmannus in Lexil. I, 240 sqq. Hic etsi digammatis vestigio ᾗ carere et nihil aliud nisi quo vel ubi Homero significare dat, particulam tamen φρὴ e loci adverbiis sibi invicem cognatis ᾗ, πῆ, τῇ oriri potuisse suspicatur. Facile enim πῇ, i. e. qua via, in notionem quo modo transire potuisse et proinde olim adfuisse in epicorum sermone. Iam quum interrogativa relationi admodum sint finitima, πῆ antiquissimo Graecae linguae tempore idem fere ac sicut potuisse indicare. Ab eo igitur πῆ non longius abesse φρὴ quam πάτρα ab adspirato φράτρα vel flagrum a nomine Graeco πληγὴ ac similia a similibus. Φρὴ autem ita mutatum, dum vis eius

relativa, qua τῇ contineretur, plane intercidisset, in epica dialecto ut rariorem formam quae sicut declararet, remanere potuisse, etsi significatio illa in loci adverbiis ᾗ, τῇ dudum esset exstincta Quae porro Buttmannus de huius adverbii tono disputat, ea, utpote ex scholiis hausta, silentio praetereo. Thierschius cum Bekkero et Buttmanno plane congruit, nec quidquam novi aut reconditi exprompsit. Longe aliter statuit Vossius l. l., qui, postquam Zenodoteum φὴ cum Latino ceu et Germanico sam comparavit, ac Bekkeri etymologiam minime ineptam dixit, submittit: φη illud, quod neque bene coniici possit, nomen forsitan antiquum fuisse a verbo φάω, i. e. φαίνω, oriundum, idque speciem, formam ac similitudinem velut εἰκὸς indicasse, id postea, ut de priscis patrii sermonis nominibus laut, kraft, statt constet, in adverbium abiisse, itaque tum forma tum potestate proximum accedere ad Latinorum instar. Bothius eadem fere, sed nomine Vossii suppresso, repetit ad Il. 2, 144. et Buttmanno refutato sic scribit: „derivem a φάος, sicut ὑφὴ ab ὑφάω, ut vel speciem rerum significet, a φάω, φαίνω, vel idem sit ac φάτις, λόγος a φάω, φάναι. Hoc si sumemus, φῆ κύματα vel erit specie fluctus, non veri fluctus, vel λόγῳ (οὐκ ἔργῳ) κύματα, h. e. tale, quod fluctum esse dicas; in quo utroque inest notio comparandi, quae exprimitur verbis ut, sicut. Origine autem nominis obscurata scribi coepit, opinor, φῆ vel φὴ, ἵνα τὸ φὴ ταὐτὸν ὑπάρχῃ τῷ ὡς, ut ait schol. A., Zenodoti explicans scripturam." Recensui singulas singulorum coniecturas, quae quam firmo et idoneo fundamento nitantur, iam propius videamus. Ac Bothii quidem et Vossii suspiciones vel eo laborant, quod nomen simplex ut obsoletum a verbo trito atque usitato artificiosius repetant Ut enim taceam usu et consuetudine magis probari contrarium, quo verba a nominibus, nec vero haec, siquidem primitiva sint, ab illis ducant originem, etymologia ista, si qua vis ac fides ei esset statuenda, longe aliam, atque ea est, quam apud Homerum reperimus, sibi posceret structuram. Quod neminem fugiet, qui usum eorum, quae cum nostro illi composuerunt, paullo diligentius scrutari atque intueri voluerit. Buttmannus autem ea sumpsit, quae sibimet ipsis valde repugnant, nam dum concedit ᾗ, πῇ ac τῇ et loci potestatem ubique prae se ferre, neque

ullum Aeolismi vestigium iis inesse, mirum sane est et paene incredibile eum ad consequentia istis argumentis maxime adversaria progredi potuisse. Nec vero id perfecit: quippe qui non semel, sed ter quatterve non ex eo, quod fuerit, id, quod sit, colligat, verum ab eo, quod fuisse vel esse potuerit, ad id, quod revera sit, deducatur. Ab eo autem, quod esse possit, ad id, quod sit, nullam valere consequentiam communis dialecticorum regula praescribit. Unde Buttmanni ratiunculas contortius esse conclusas eaque de causa nihil evinci iis intelligitur. Verum tamen disputatio eius plena et numeris suis absoluta Thierschium et Bekkerum, umbra quadam ac specie elusos, a vero aberrasse nobis paene persuadet. Tota denique ista causa *indicio esse potest nihil* tam anceps et fallax esse, quam fervidum *illud* etymologiae studium, quo qui incensi feruntur nova in dies portenta et monstra, olim, ut spero, iterum abiicienda et explodenda, nobis procudunt.

At duo externa, quae vocantur, supersunt argumenta, a Zenodoti defensoribus in suam rem conversa, necdum a nobis examinata. Primum enim dicunt adverbium φὴ sive φῆ aliis scriptoribus, ut Antimacho, cognitum usitatumque fuisse scholiastas vel invitos fateri, deinde Zenodotum suum, quod iam Wolfius erat suspicatus, ex antiquioribus hausisse exemplaribus, neque ipsum esse commentum. Ad utrumque breviter et dilucide respondebo. Antimachus ergo et Callimachus, si Veneto credimus interpreti, φὴ noverunt et adoptarunt, Eustathius idem Zenodoto et recentioribus dat. Hos autem, etsi Vossio, ut suam causam adiuvaret, aliter visum est, nullos alios esse nisi Callimachum et Antimachum, quos scholiastae nominatim afferunt, iudicaverim. Illi autem ipsi, quemadmodum Vossius observavit, verborum priscorum et obsoletorum fuerunt amatores. Nonne igitur Antimachus, ut unus interpretum Veneti divinat, istum ἀρχαϊσμὸν ex ipsa prava Iliados lectione potuit arripere, ab Antimacho iterum suum, de quo nihil nobis constat, mutuari Callimachus? Cui quidem suspicioni, ne Bekkero quidem spretae, maior veri species eo accedit, quod Antimachus, Apollonius aliique aetatis et huius et posterioris scriptores, id quod multis indiciis compertum habemus, Zenodoti recensionem trivisse videantur. Denique ipsum Antimachi fragmentum φη

γέρων οἶσιν, pro quo Bekkerus φη γεράνοισιν suadet, Buttmannus in Lexil. 238 φή ῥα γέρων οἶσιν restitui iubet, ita obscurum atque imperfectum est, ut ex eo certe nihil fructus ad Homerum redundet. Neque Hermanni emendatio, qua in hymn. Homeric. in Mercur. 241 φή ῥα νεόλλουτον reposuit, Buttmanni aliorumque causae magnopere prodest aut prodesse potest Primum enim Hermannus ipse verbum illud a Zenodoto in Iliadem illatum dicit, deinde correctio ista, quanquam multi eam plausu exceperunt, tamen valde dubia et incerta erit habenda ob id ipsum, quod formam insolitam et levi profecto praesidio tutam carmini inserit Homericis non ita dissimili. Sed in haec altius inquirere nolim. Consideremus potius, an plus momenti antiquis Zenodoti sit exemplaribus, quibus magnopere confidunt Buttmannus ac Vossius. Iam si quis obiicere vellet Zenodotum multa sinistre administrasse, is parum vel nihil esset effecturus. Regeri enim potest Aristarchi et eius scholae invidia Zenodoti doctrinae ac famae immerito detractum esse. Ac confitendum est sane illum, qui primus fere artem criticam factitavit, multa et praeclare inchoasse et sagaciter animadvertisse. Sed ponamus eum ὁ δε φη κωδειαν ἀνασχων versu proximo adiecto in libris suis reperisse, nonne, ut triplicem eiusdem repetitionem declinaret et comparandi adverbium, quod male abesse putaret, una suppleret, poetae verba eo modo, quo fecit, potuit explicare? Nonne idem, ut ei, quod in libris se legisse opinabatur, plus ponderis esset et auctoritatis, alii quoque, qui idoneus visus esset, versui inserere? Imo id fecisse illum non tam scholiastae nobis persuadent, quam constans poetae usus ac sermo ostendunt. Nam si adverbium istud Homero receptum tritumque fuisset, aliquanto plura eius vestigia nobis offerri necesse esset. Ita poeta θεὸν ὥς, ἠέλιον ὥς, κακὸν ὥς (vid. de vers. Graec. her. 20. 42. 61.), aliaque similia sexcenties dixit. In quibus productio syllabae brevis Zenodoti φὴ facillime evitari poterat, at nusquam ulla adiumenti istius exstat memoria. Quae quum ita sint, vel Zenodoti ipsius vel exemplarium, quibus sua debet, fidem valde imminui atque elevari vix quisquam poterit negare.

Sed dicat aliquis ea quidem, quae ad Zenodoteum stabiliendum et ab oblivione vindicandum allata sint, pa-

rum valere, et Homeri locum ita esse comparatum, ut vel eius emendatio vel alia quaecunque necessario requiratur. Etenim verba tria, nullo aut levi admodum discrimine separata, quemadmodum Bekkerus docuerit, insolita, molesta, absurda esse, neque Il. 18, 249, 253. aut Odyss. 7, 155, 159., quorum ratio sit diversissima, nostra excusare. Porro grammaticos particulam comparandi extrinsecus advocare argutius quam verius, et nimia Aristarchi fiducia impulsos Homerum balbutientem quam loquentem maluisse. Vix enim dubium esse, quin ille fuerit dux et antesignanus eorum, qui particulam φὴ rei aptissimam et imagini maxime congruam repudiaverint. Aristarchus igitur, sicuti Vossius censet, voculam *istam* prava et inutili *explicatione* ex Iliade 14, 499. *eiecit*, in libro autem secundo pro arbitrio eam *damnavit*, isti vero, ut solent, scholiastae assentantur rerum incuriosi et negligentes. Quin tanta fuerunt audacia, ut versum insequentem litura inducerent. Hic docta Lehrsii sedulitas nobis fecit otium, qui recte observavit Buttmannum, cui Vossium licet adiungere, de Aristarchi sententia minus quaesivisse, neque causam, qua eius iudicium niteretur, perspexisse, idque veritati plane congruere et supra significavi et in annotat. critica admonui. Iam hic possem subsistere, nisi Buttmannus duo alia tanquam soloeca et Homero indigna notasset. Quorum unum Il. 2, 144. respicit, alterum nostrum attingit versum. Negat enim ὡς comparativum nominis simplicis accusativo aut nominativo praemitti, sed vel subiici vel in longiores formas ὥςτε, ἠΰτε abire, eaque de causa Zenodoti φὴ κύματα μ. ϑ. probandum ducit, tum, ut iam dixi, comparativi ellipsin duram atque intolerabilem credit. Ac de illo quidem, in quo Buttmannus cum aliis erravit, in excursu proximo, qui de Homeri comparationibus quaeret, dicendi opportunitas erit, hoc quam vim habeat, statim inspiciamus. *Κώδειαν* igitur, ab Homero nunquam repetitam, scholia μήκωνος κεφαλὴν reddunt, nec dissident plurimi, velut Eustath. 999, 31. Etym. M. 549, 58., alii. At nihilo minus idem, ut a papavere translatum, hominis caput et significare potest et revera significat; vid. Nicandr. Alexiph. 216. Lycophr. Alex. 37. scholl. utriusque, Hesych. II, 394. Polluc. II. segm. 38., neque id Heynium et alios latuit. Buttmannus vero reponit ex Homeri demum verbis recentiores illud mu-

tuatos esse, ideoque ex iis imagine egregia, quae quan vera et apta sit interpretes Graeci haud ignorarint, sublata idem temere affingi Homero. In quo iterum vir sagacis et eruditi inconstantiam miramur, ut qui φι propter Antimachi et Callimachi exempla ex Iliade toll nefas habeat, κώδειαν vero, quod Nicander et Lycophron eo translato sint usi, pari modo ab Homero dici potuisse neget. Sed demus κώδειαν papaveris potius quam hominis caput indicare, nonne metaphora aeque bene atque comparatio poetae convenit? Illa enim imaginem perire et quasi dilui nemo profecto dicit; cf. Ciceronem de oratore III, 40 sqq. Veteres quidem omnes propemodum verbis κώδειαν ἀνασχὼν cogitatione adiiciundum esse ὡς existimant; vid. praeter scholl. et Eustathium Apoll. Lex. 426., at illos Zenodoti ratio eo quasi compulisse videtur, certe dubitare licebit, num quis, si Zenodoti varietas lateret ignota, comparandi adverbium fuisset requisiturus. Quod ut clarius pateat, quomodo res sit acta, paucis enarrabo. Multa caede utrinque facta, Acamas Troianus Promachum Boeotum interficit, et sua virtute, hostis casu superbius gloriatur. Quo et reliqui commoventur Achivi et praecipue Peneleus, Boeotorum imperator. Is igitur in Acamantem irruens, hoc refugiente, Ilioneum, Phorbantis opulenti filium unum, ita graviter sauciat, ut hasta sub supercilio incussa ad oculi radices penetret, pupillam elidat et per oculum cervicemque adigatur. Vulneratus manibus expansis resedit, Peneleus autem ense arrepto cervicem ferit mediam et caput una cum casside demetit, dum hasta etiamtum oculo infixa haeret. Iam sequuntur verba, de quibus nobis est sermo. Prioribus autem enarratis poeta, ut puto, sine ulla propemodum duritie verbum translatum potuit eligere, id enim orationi plus gratiae et decoris conciliat, praesertim quum κάρη praecedat, idque papaveris capiti simile a corpore sit desectum. His igitur causis motus, versu proximo, quod πέφραδε Homericus sermo non admittit, sublato, omnia sana et integra esse statuebam. At fortasse illum ipsum tueri ac defendere possis, si πέφραδεν explicueris ἔδειξε sive ostendit Troianis caesi caput hasta sublatum. Vix enim maior inest tautologia verbis φῆ et εὐχόμενος ἔπος ηὔδα quam sexcenties lectis: ὅ σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν. Attamen huic explicationi πέφραδε parum concinne interiectum inter

utrumque obstat. Quae quum ita sint, haud scio, an omnium omnino desideriis satisfecerimus, si lenissima mutatione scribamus:

— — — — — ὃ δὲ βῆ κώδειαν ἀνασχών,
πέφραδέ τε Τρώεσσι, καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα,

ille vero capite sublato incessit, et Troianis id ostendit et gloriabundus verba fecit. Vellem sane, in hanc meam coniecturam quadraret Euripidium illud: *αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι.* Id autem dispiciant alii me acutiores, quibus, ut initio dicebam, iudicium esto integrum atque illibatum. Quare hoc solum addo — reliqua enim clara et manifesta esse crediderim — ἔβη sive βῆ non praeter Homeri morem atque usum, de quo ad 2, 665. breviter disserui, adiungi participio.

EXCURSUS XXVI. AD IL. *O*, 382.

De liberiore in comparationibus Homericis structura.

§. 1.

Comparationum et multitudine et varietate praecipuum ornamentum Homeri afferri carminibus, eaque novo quasi et puro collustrari lumine omnes consentiunt. Ille igitur similitudinum crebrarum et dissimilium flos, quo tota Ilias atque Odyssea distinctae sunt, si non solus, maxime certe effecit, ut veteres, quemadmodum Cicero in disput. Tuscul. V, 114 tradit, Homeri non poesin, sed picturam nos videre censerent. Nec secus statuit prudentissimus inter Romanos harum rerum arbiter Quinctilianus Instit. Orat. X, 1, 49. Veterum iudicio moti nostra hac aetate Homeri comparationes plures tractarunt; vid. Spohn. de extr. part. Odyss. p. 211. et Günther. Athen. II, 102 sqq. At hi quidem similitudines maxime insignes colligere et examinare, vel de temporum et modorum formis, quae istis conveniant, disscrere satis habuerunt. Nemo, quantum vidi aut com-

πέφραδέ τε καὶ ἔπος ηὔδα, καὶ εἴη κατὰ παραλληλίαν ταυτολογία ἐν τῷ φῆ καὶ πέφραδε καὶ ηὔδα. τοῦτο δὲ διὰ τὸ ἐν τοῖς ῥήμασιν τοῦ Πηνελέου σῶφρον καὶ οὐδὲ ἔξω πάθους· ἠρκέσθη γὰρ ὁ ἥρως τῷ ἔργῳ εἰς λύπην τῶν Τρώων, ὃ πάνυ παροξυντικόν ἐστιν ἐς θυμόν, εἰ οὕτως ἀνατείνας παραδειγματίζει τοῦ πεσόντος τὴν κεφαλήν. καὶ οὕτω μὲν Ἀρίσταρχος περὶ τοῦ φῆ κώδειαν ἀνασχών. οἱ δὲ νεώτεροι καὶ Ζηνόδοτος τὸ φῆ ἐπίῤῥημά φασι παραβολικόν, οὐδέποτε ὑφ' Ὁμήρου ῥηθέν. Scholiastis sua debet Suidas III, 595.; quod quum editores eius lateret, minus commode singula verba restituerunt, fonte autem horum cognito facile emendabis singula, ita legenda: φῆ· οὐδέποτε Ὅμηρος τὸ φῆ ἀντὶ τοῦ ὡς τέταχεν· ὁ δὲ φῆ κώδειαν ἀνασχών, ἵν' ᾖ ὡς κώδειαν. Haec sunt, quae e veterum commentariis licet congerere. E quibus apparet neminem fere fuisse, qui Zenodoto tantam haberet fidem, ut φῆ sive φὴ Homericum putaret. Id enim, si qua fuit auctoritate, Antimacho poetae, Callimacho et recentioribus quibusdam assignant, ut Homerica aetate inferius. Quare et priore loco vulgare ὡς κύματα μ. θ. tuentur, et nostro, sicut Aristarchus praeceperat, ὁ δὲ φῆ κώδειαν ἀνασχὼν scribunt, verbum autem ter repetitum φῆ, πέφραδε, ηὔδα vel simili poetae tautologia excusant, ut Il. 18, 253. Od. 7, 155 — 158. vel versum proximum, eodem Aristarcho praeeunte, spurium censent. Etenim ille πέφραδε Homero nunquam dicere, sed indicare — invito mihi operae in annotat. critica iudicare substituerunt — sive διασημαίνειν esse aliquoties admonuit; vid. Lehrsium de Arist. stud. Hom. 93 sq. Sed id posthac iterum erit attingendum, in praesens quidem sufficit adiicere Zenodoto et Wolfium in Proleg. 204. et Heynium in observat. IV, 221 et VI, 614 sq. derogasse fidem. Quorum alter negat quidem voculam ex ipsa Zenodoti officina prodiisse, sed eam monstruosam et Homero posteriorem ducit, alter eam ad artis criticae infantiam et quasi crepundia relegat. At quod hi duumviri tollendum aut certe improbandum duxerunt, idem alii, ut varia sunt hominum iudicia, non solum ferendum et excusandum, verum etiam laudandum et restituendum esse denuntiarunt. Quod quum viri tum eruditionis copia insignes tum nominis fama exsplendescentes censuerint, iis obloqui paene nefas videbitur. Sed agam id cum maxima

animi tranquillitate, et controversia causae exposita, cur mihi sit dissidendum, subiiciam, rem vero integram ac plenam legentium arbitrio dirimendam relinquam.

§. 2.

Ad Zenodoti igitur adverbium φὴ (eum enim tenorem scholiastae tuentur) stabiliendum et confirmandum deinceps prodierunt Bekkerus in censur. carmin. Homer. a Wolfio editor. l. all. 143., Buttmannus in Lexil. I, 236 sqq., Thierschius in gr. Gr. §. 158, 14, Vossius in sched. crit. I, 247 sq. et Bothius ad Il. 2, 144.. Hic autem priorum, Buttmanni maxime ac Vossii, credo, assensu motus in id processit audaciae, ut 14, 499 ὁ δὲ, φῇ κώδειαν ἀνασχὼν, Πέφραδέ τ. Τρ. tanquam genuinum induceret. Illi vero omnes in re concordes de adverbii origine varie sentiunt: nam cum Bekkero faciunt Buttmannus ac Thierschius, Vossius et Bothius alio delati aliam scrutati sunt etymologiam. Ut de ea primum dicamus, Bekkerus et Graecae gentis et aliorum populorum usum et linguam in subsidium vocando φ non raro admodum in simplicem adspirationem conversum esse efficit. Ac de Graecis quidem ad Riemer. Lexic. v. φορβὴ φοιτάω nos remittit, Latinorum exempla suppeditare grammaticos, qui hircum, hordeum, hariolum ex antiquioribus firco, fordeo, fariolo ortum traxisse affirment, nec repugnare vel Hispanorum vel Britannorum linguam. Simili igitur modo ᾗ, quod cognatione οἷ et οὗ attingat, adspirationem sibi expetere et antiquissimo tempore φῇ fuisse coniicit. Neque alia via ac ratione ad id, quod sibi propositum habet, pervenit Buttmannus in Lexil. I, 240 sqq. Hic etsi digammatis vestigio ᾗ carere et nihil aliud nisi quo vel ubi Homero significare dat, particulam tamen φὴ e loci adverbiis sibi invicem cognatis ᾗ, πῇ, τῇ oriri potuisse suspicatur. Facile enim πῇ, i. e. qua via, in notionem quo modo transire potuisse et proinde olim adfuisse in epicorum sermone. Iam quum interrogativa relationi admodum sint finitima, πῇ antiquissimo Graecae linguae tempore idem fere ac sicut potuisse indicare. Ab eo igitur πῇ non longius abesse φὴ quam πάτρα ab adspirato φράτρα vel flagrum a nomine Graeco πληγὴ ac similia a similibus. Φὴ autem ita mutatum, dum vis eius

relativa, qua τῆ contineretur, plane intercidisset, i epica dialecto ut rariorem formam quae sicut declararet, remanere potuisse, etsi significatio illa in loci adverbiis ᾗ, τῆ dudum esset exstincta Quae porro Buttmannus de huius adverbii tono disputat, ea, utpote ex scholiis hausta, silentio praetereo. Thierschius cum Bekkero et Buttmanno plane congruit, nec quidquam novi aut reconditi exprompsit. Longe aliter statuit Vossius l. l., qui, postquam Zenodoteum φὴ cum Latino ceu et Germanico sam comparavit, ac Bekkeri etymologiam minime ineptam dixit, submittit: φη illud, quod neque bene coniici possit, nomen forsitan antiquum fuisse a verbo φάω, i. e. φαίνω, oriundum, idque speciem, formam ac similitudinem velut εἰκὸς indicasse, id postea, ut de priscis patrii sermonis nominibus laut, kraft, statt constet, in adverbium abiisse, itaque tum forma tum potestate proximum accedere ad Latinorum instar. Bothius eadem fere, sed nomine Vossii suppresso, repetit ad Il. 2, 144. et Buttmanno refutato sic scribit: „derivem a φάος, sicut ὑφὴ ab ὑφάω, ut vel speciem rerum significet, a φάω, φαίνω, vel idem sit ac φάτις, λόγος a φάω, φάναι. Hoc si sumemus, φῆ κύματα vel erit specie fluctus, non veri fluctus, vel λόγῳ (οὐκ ἔργῳ) κύματα, h. e. tale, quod fluctum esse dicas; in quo utroque inest notio comparandi, quae exprimitur verbis ut, sicut. Origine autem nominis obscurata scribi coepit, opinor, φῆ vel φὴ, ἵνα τὸ φὴ ταὐτὸν ὑπάρχῃ τῷ ὡς, ut ait schol. A., Zenodoti explicans scripturam." Recensui singulas singulorum coniecturas, quae quam firmo et idoneo fundamento nitantur, iam propius videamus. Ac Bothii quidem et Vossii suspiciones vel eo laborant, quod nomen simplex ut obsoletum a verbo trito atque usitato artificiosius repetant Ut enim taceam usu et consuetudine magis probari contrarium, quo verba a nominibus, nec vero haec, siquidem primitiva sint, ab illis ducant originem, etymologia ista, si qua vis ac fides ei esset statuenda, longe aliam, atque ea est, quam apud Homerum reperimus, sibi posceret structuram. Quod neminem fugiet, qui usum eorum, quae cum nostro illi composuerunt, paullo diligentius scrutari atque intueri voluerit. Buttmannus autem ea sumpsit, quae sibimet ipsis valde repugnant, nam dum concedit ᾗ, πῇ ac τῆ et loci potestatem ubique prae se ferre, neque

ullum Aeolismi vestigium iis inesse, mirum sane est et paene incredibile eum ad consequentia istis argumentis maxime adversaria progredi potuisse. Nec vero id perfecit: quippe qui non semel, sed ter quatterve non ex eo, quod fuerit, id, quod sit, colligat, verum ab eo, quod fuisse vel esse potuerit, ad id, quod revera sit, deducatur. Ab eo autem, quod esse possit, ad id, quod sit, nullam valere consequentiam communis dialecticorum regula praescribit. Unde Buttmanni ratiunculas contortius esse conclusas eaque de causa nihil evinci iis intelligitur. Verum tamen disputatio eius plena et numeris suis absoluta Thierschium et Bekkerum, umbra quadam ac specie elusos, a vero aberrasse nobis paene persuadet. Tota denique ista causa indicio esse potest nihil tam anceps et fallax esse, quam fervidum illud etymologiae studium, quo qui incensi feruntur nova in dies portenta et monstra, olim, ut spero, iterum abiicienda et explodenda, nobis procudunt.

At duo externa, quae vocantur, supersunt argumenta, a Zenodoti defensoribus in suam rem conversa, necdum a nobis examinata. Primum enim dicunt adverbium φὴ sive φῆ aliis scriptoribus, ut Antimacho, cognitum usitatumque fuisse scholiastas vel invitos fateri, deinde Zenodotum suum, quod iam Wolfius erat suspicatus, ex antiquioribus hausisse exemplaribus, neque ipsum esse commentum. Ad utrumque breviter et dilucide respondebo. Antimachus ergo et Callimachus, si Veneto credimus interpreti, φὴ noverunt et adoptarunt, Eustathius idem Zenodoto et recentioribus dat. Hos autem, etsi Vossio, ut suam causam adiuvaret, aliter visum est, nullos alios esse nisi Callimachum et Antimachum, quos scholiastae nominatim afferunt, iudicaverim. Illi autem ipsi, quemadmodum Vossius observavit, verborum priscorum et obsoletorum fuerunt amatores. Nonne igitur Antimachus, ut unus interpretum Veneti divinat, istum ἀρχαϊσμὸν ex ipsa prava Iliados lectione potuit arripere, ab Antimacho iterum suum, de quo nihil nobis constat, mutuari Callimachus? Cui quidem suspicioni, ne Bekkero quidem spretae, maior veri species eo accedit, quod Antimachus, Apollonius aliique aetatis et huius et posterioris scriptores, id quod multis indiciis compertum habemus, Zenodoti recensionem trivisse videantur. Denique ipsum Antimachi fragmentum φη

γέρων οἶσιν, pro quo Bekkerus φη γεράνοισιν suadet, Buttmannus in Lexil. 238 φή ῥα γέρων οἶσι restitui iubet, ita obscurum atque imperfectum est, ut ex eo certe nihil fructus ad Homerum redundet. Neque Hermanni emendatio, qua in hymn. Homeric. in Mercur. 241 φή ῥα νεόλλουτον reposuit, Buttmanni aliorumque causae magnopere prodest aut prodesse potest Primum enim Hermannus ipse verbum illud a Zenodoto in Iliadem illatum dicit, deinde correctio ista, quanquam multi eam plausu exceperunt, tamen valde dubia et incerta erit habenda ob id ipsum, quod formam insolitam et levi profecto praesidio tutam carmini inserit Homericis non ita dissimili. Sed in haec altius inquirere nolim. Consideremus potius, an plus momenti antiquis Zenodoti sit exemplaribus, quibus magnopere confidunt Buttmannus ac Vossius. Iam si quis obiicere vellet Zenodotum multa sinistre administrasse, is parum vel nihil esset effecturus. Regeri enim potest Aristarchi et eius scholae invidia Zenodoti doctrinae ac famae immerito detractum esse. Ac confitendum est sane illum, qui primus fere artem criticam factitavit, multa et praeclare inchoasse et sagaciter animadvertisse. Sed ponamus eum ὁ δε φη κωδειαν ἀνασχων versu proximo adiecto in libris suis reperisse, nonne, ut triplicem eiusdem repetitionem declinaret et comparandi adverbium, quod male abesse putaret, una suppleret, poetae verba eo modo, quo fecit, potuit explicare? Nonne idem, ut ei, quod in libris se legisse opinabatur, plus ponderis esset et auctoritatis, alii quoque, qui idoneus visus esset, versui inserere? Imo id fecisse illum non tam scholiastae nobis persuadent, quam constans poetae usus ac sermo ostendunt. Nam si adverbium istud Homero receptum tritumque fuisset, aliquanto plura eius vestigia nobis offerri necesse esset. Ita poeta ϑεὸν ὥς, ἠέλιον ὥς, κακὸν ὥς (vid. de vers. Graec. her. 20. 42. 61.), aliaque similia sexcenties dixit. In quibus productio syllabae brevis Zenodoti φὴ facillime evitari poterat, at nusquam ulla adiumenti istius exstat memoria. Quae quum ita sint, vel Zenodoti ipsius vel exemplarium, quibus sua debet, fidem valde imminui atque elevari vix quisquam poterit negare.

Sed dicat aliquis ea quidem, quae ad Zenodoteum stabiliendum et ab oblivione vindicandum allata sint, pa-

rum valere, et Homeri locum ita esse comparatum, ut vel eius emendatio vel alia quaecunque necessario requiratur. Etenim verba tria, nullo aut levi admodum discrimine separata, quemadmodum Bekkerus docuerit, insolita, molesta, absurda esse, neque Il. 18, 249, 253. aut Odyss. 7, 155, 159., quorum ratio sit diversissima, nostra excusare. Porro grammaticos particulam comparandi extrinsecus advocare argutius quam verius, et nimia Aristarchi fiducia impulsos Homerum balbutientem quam loquentem maluisse. Vix enim dubium esse, quin ille fuerit dux et antesignanus eorum, qui particulam φὴ rei aptissimam et imagini maxime congruam repudiaverint. Aristarchus igitur, sicuti Vossius censet, voculam *istam prava* et inutili *explicatione* ex Iliade 14, 499. *eiecit*, in libro autem secundo pro arbitrio eam *damnavit*, isti vero, ut solent, scholiastae assentantur rerum incuriosi et negligentes. Quin tanta fuerunt audacia, ut versum insequentem litura inducerent. Hic docta Lehrsii sedulitas nobis fecit otium, qui recte observavit Buttmannum, cui Vossium licet adiungere, de Aristarchi sententia minus quaesivisse, neque causam, qua eius iudicium niteretur, perspexisse, idque veritati plane congruere et supra significavi et in annotat. critica admonui. Iam hic possem subsistere, nisi Buttmannus duo alia tanquam soloeca et Homero indigna notasset. Quorum unum Il. 2, 144. respicit, alterum nostrum attingit versum. Negat enim ὡς comparativum nominis simplicis accusativo aut nominativo praemitti, sed vel subiici vel in longiores formas ὥςτε, ἠΰτε abire, eaque de causa Zenodoti φὴ κύματα μ. ϑ. probandum ducit, tum, ut iam dixi, comparativi ellipsin duram atque intolerabilem credit. Ac de illo quidem, in quo Buttmannus cum aliis erravit, in excursu proximo, qui de Homeri comparationibus quaeret, dicendi opportunitas erit, hoc quam vim habeat, statim inspiciamus. *Κώδειαν* igitur, ab Homero nunquam repetitam, scholia *μήκωνος κεφαλὴν* reddunt, nec dissident plurimi, velut Eustath. 999, 31. Etym. M. 549, 58., alii. At nihilo minus idem, ut a papavere translatum, hominis caput et significare potest et revera significat; vid. Nicandr. Alexiph. 216. Lycophr. Alex. 37. scholl. utriusque, Hesych. II, 394. Polluc. II. segm. 38., neque id Heynium et alios latuit. Buttmannus vero reponit ex Homeri demum verbis recentiores illud mu-

tuatos esse, ideoque ex iis imagine egregia, quae quan vera et apta sit interpretes Graeci haud ignorarint, sublata idem temere affingi Homero. In quo iterum vir sagacis et eruditi inconstantiam miramur, ut qui φι propter Antimachi et Callimachi exempla ex Iliade toll nefas habeat, κώδειαν vero, quod Nicander et Lycophron eo translato sint usi, pari modo ab Homero dici potuisse neget. Sed demus κώδειαν papaveris potius quam hominis caput indicare, nonne metaphora aeque bene atque comparatio poetae convenit? Illa enim imaginem perire et quasi dilui nemo profecto dicit; cf. Ciceronem de oratore III, 40 sqq. Veteres quidem omnes propemodum verbis κώδειαν ἀνασχὼν cogitatione adiiciundum esse ὡς existimant; vid. praeter scholl. et Eustathium Apoll. Lex. 426., at illos Zenodoti ratio eo quasi compulisse videtur, certe dubitare licebit, num quis, si Zenodoti varietas lateret ignota, comparandi adverbium fuisset requisiturus. Quod ut clarius pateat, quomodo res sit acta, paucis enarrabo. Multa caede utrinque facta, Acamas Troianus Promachum Boeotum interficit, et sua virtute, hostis casu superbius gloriatur. Quo et reliqui commoventur Achivi et praecipue Peneleus, Boeotorum imperator. Is igitur in Acamantem irruens, hoc refugiente, Ilioneum, Phorbantis opulenti filium unum, ita graviter sauciat, ut hasta sub supercilio incussa ad oculi radices penetret, pupillam elidat et per oculum cervicemque adigatur. Vulneratus manibus expansis resedit, Peneleus autem ense arrepto cervicem ferit mediam et caput una cum casside demetit, dum hasta etiamtum oculo infixa haeret. Iam sequuntur verba, de quibus nobis est sermo. Prioribus autem enarratis poeta, ut puto, sine ulla propemodum duritie verbum translatum potuit eligere, id enim orationi plus gratiae et decoris conciliat, praesertim quum κάρη praecedat, idque papaveris capiti simile a corpore sit desectum. His igitur causis motus, versu proximo, quod πέφραδε Homericus sermo non admittit, sublato, omnia sana et integra esse statuebam. At fortasse illum ipsum tueri ac defendere possis, si πέφραδεν explicueris ἔδειξε sive ostendit Troianis caesi caput hasta sublatum. Vix enim maior inest tautologia verbis φῆ et εὐχόμενος ἔπος ηὔδα quam sexcenties lectis: ὅ σφιν ἐΰφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν. Attamen huic explicationi πέφραδε parum concinne interiectum inter

utrumque obstat. Quae quum ita sint, haud scio, an omnium omnino desideriis satisfecerimus, si lenissima mutatione scribamus:

— — — — — — ὃ δὲ βῆ κώδειαν ἀνασχὼν,
πέφραδέ τε Τρώεσσι, καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα,

ille vero capite sublato incessit, et Troianis id ostendit et gloriabundus verba fecit. Vellem sane, in hanc meam coniecturam quadraret Euripidium illud: *αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι.* Id autem dispiciant alii me acutiores, quibus, ut initio dicebam, iudicium esto integrum atque illibatum. Quare hoc solum addo — reliqua enim clara et manifesta esse crediderim — *ἔβη* sive *βῆ* non praeter Homeri morem atque usum, de quo ad 2, 665. breviter disserui, ad*iungi* participio.

EXCURSUS XXVI. AD IL. *O*, 382.

De liberiore in comparationibus Homericis structura.

§. 1.

Comparationum et multitudine et varietate praecipuum ornamentum Homeri afferri carminibus, eaque novo quasi et puro collustrari lumine omnes consentiunt. Ille igitur similitudinum crebrarum et dissimilium flos, quo tota Ilias atque Odyssea distinctae sunt, si non solus, maxime certe effecit, ut veteres, quemadmodum Cicero in disput. Tuscul. V, 114 tradit, Homeri non poesin, sed picturam nos videre censerent. Nec secus statuit prudentissimus inter Romanos harum rerum arbiter Quinctilianus Instit. Orat. X, 1, 49. Veterum iudicio moti nostra hac aetate Homeri comparationes plures tractarunt; vid. Spohn. de extr. part. Odyss. p. 211. et Günther. Athen. II, 102 sqq. At hi quidem similitudines maxime insignes colligere et examinare, vel de temporum et modorum formis, quae istis conveniant, disserere satis habuerunt. Nemo, quantum vidi aut com-

peri, mirificam tum poetae tum sermonis Graeci ube tatem, ea in re imprimis conspicuam, penitius invest gavit, eoque, quantae huic, si ad aliorum populorum linguarum penuriam contuleris, fuerint opes ac divitis luculenter demonstravit. Cui quidem quaestioni ia Eustath. ad Il. 176, 30 sqq. aliquam navavit opera Ita disserens: *ἔστιν οὖν παραβολὴ νόημα πιστούμενο ἐκ τῶν καθεκάστην γινομένων τὰ λεγόμενα, ἢ λόγο διδάσκων καὶ πιστούμενος τὸ ὑποκείμενον ἐκ τῶν εἰω θότων ἀεὶ γίνεσθαι. λέγεται δὲ παραβολή, διότι τοῖ λεγομένοις παραβάλλει, τουτέστι συγκρίνει καὶ παρα τίθησι, πρᾶγμά τι γνώριμον εἰωθὸς ἀεὶ γίνεσθα ὅπερ ὀφείλει πάντως γνωριμώτερον εἶναι τοῦ δι᾽ παρείληπται. κακία γὰρ παραβολῆς τὸ ἄγνωστον κα ἀσύνηθες, εἰς ὃ αἱ τοῦ Χοιρίλου κακίζονται παραβο λαί, διότι οὐ διδασκαλικὴ ἡ τοιαύτη ἐστὶ παραβολή λαμβάνεται δὲ ἀπὸ πάντων λογικῶν τε καὶ ἀλόγων ἐμψύχων τε καὶ ἀψύχων, ὡς μυριαχοῦ δειχθήσεται χαρακτηρίζεται δὲ ὡςεπιτοπολὺ διὰ τῶν παρακειμένω αὐτοῖς παραβολικῶν ἐπιῤῥημάτων· ὧν τὰ μὲν εἰσ κοινά, οἷον τὸ ὡς, τὸ ὥςπερ, τὸ καθάπερ, τὰ δ ποιητικά, οἷον τὸ εὖτε, ἠΰ, ἠΰτε, ἅτινα καὶ αὐτὰ τ καθὰ δηλοῦσι. δύναται δέ ποτε καὶ δίχα τούτων εἶνα τὴν παραβολήν, οἷον ὡς εἴ τις, μονομαχίαν φράζων εἶτα θέλων παραβολὴν εἰπεῖν ἐρεῖ οὕτως· οὕτω κα θῆρες μάχονται, λέων τυχὸν καὶ κάπρος, τάδε κα τάδε ποιοῦντες· ἢ καὶ ἄλλως, ὅτι λόγος ἔχει καὶ λέον τα καὶ κάπρον ἀλλήλοις μαχομένους τὰ καὶ τὰ ποι εῖν, ἢ ὅτι εἶδον ἐγώ ποτε λέοντα καὶ κάπρον τὰ κα τὰ ποιοῦντας, ἢ ὅτι οὐδὲ λέων οὐδὲ κάπρος τοιάνδ μάχην συστήσουσι τὰ καὶ τὰ ποιοῦντες. καὶ τοιαῦτ μέν, ὡς ἐπιτόμως εἰπεῖν, τὰ τῆς παραβολῆς, περὶ ἧ πολλαχοῦ καὶ ἐν ἄλλοις τὰ δέοντα. ἰστέον δὲ καί, ὅτ ὡςεπιπολὺ μὲν προηγεῖται ἡ παραβολὴ τῆς ἀνταποδό σεως, οἷον· ὡς τόδε γίνεται, οὕτω τόδε. ποτὲ δὲ κα ἀνάπαλιν, οἷον· οὕτω διεπράχθη τόδε τι, ὡς ὅτε τό δε τι γεγένηται. καὶ ὅτι τῶν παραβολῶν αἱ μέν εἰσι ἀναπόδοτοι, ὡς ὅτε τις εἴποι, ὅτε ἐμάχοντό τέ τινες ὡς θῆρες τοιάδε τινὰ ποιοῦντες· αἱ δὲ μετὰ ἀποδόσεως ὡς ὅτε τις εἴποι, ὅτι, ὡς δ᾽ ὅτε θῆρες μαχόμενοι τάδε τινὰ διαπράττονται· ὣς ἢ οὕτω καὶ οἵδε τάδε ἐποίουν. ἀποδέδοται γὰρ ἡ τοιαύτη παραβολὴ ἐν τῷ ὣς καὶ ἐν τῷ οὕτως. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.* His quidem Eustathius comparationum partes ac genera

descripsit, neque idonea exempla illorum deerunt ei, qui Homeri aliorumque poetarum monumenta hanc ob rem voluerit perscrutari. Magna autem Graecae linguae ubertas, quam praedicabam, simul elucescet. Ut enim silentio premamus ea comparandi genera, quae rem quandam aliunde sumptam ad id, de quo traditur, illustrandam transferunt, neque certo quodam et proprio verbo duo inter se contendi nobis significant, quod persona altera optativi *φαίης*, comparativo gradu, vel alio quocunque modo fieri potest: eae ipsae voculae, quibus rerum similitudinem indicat Homerus, variae admodum sunt et multiplices. Nam praeterquam quod verba *εἴδομαι* et *εἴκω* eorumque participia *εἰδόμενος*, *εἰσάμενος*, *ἐεισάμενος*, *ἐοικώς*, *εἰκυῖα* et *ἐοικυῖα*, ea, quae aliis similia esse dicuntur, saepe denotant, tum adiectivorum tum particularum, quibus idem indicatur, copia poetis Graecis usitata est. Illorum ex numero sunt *ἀλίγκιος*, *ἐναλίγκιος*, *ἀτάλαντος*, *εἴκελος*, *ἴκελος*, *ἶσος*, *ὁμοῖος* et *ὁμοίιος*, nec minus *οἷος* et *ὅσος*, quorum alterum rei vim ac naturam, alterum numerum et magnitudinem describit. Adverbii vice non solum *οἷον*, *οἷα* et *ὅσσον* funguntur, verum comparandi propria sunt *εὖτε* et *ἠΰτε*, quorum illud in Homericis semel bisve obvium (cf. ad Il. 3, 10. 19, 386.) et Quintus Smyrnaeus frequentat et Eustathius dubitatione eximit, deinde *ὡς* et eius vel composita vel derivata, qualia sunt *ὥςτε*, *ὡςεί*, *ὥςπερ*, in apodosi vero *ὥς* et *αὔτως*, rarius *οὕτως* et *τώς* Homeri et epicorum usus adsciscit, sicuti praecedenti *οἷον* atque *ὅσσον*, *τοῖον*, *τοῖαι*, *τόσσον* respondent. Versus autem et poetarum desiderio conducunt formae productae, ut *ὁσσάτιον* et *τοσσάτιον* aliaque plura, quae necessitas genuit, delectatio iucunditasque celebravit. Haec vero omnia singulatim percensere et fines, quibus usus et consuetudo quaeque deprehendit, constituere longum est ac minus necessarium. Quare mihi quidem de liberiore comparationum Homericarum structura praecipienti satis erit primum nonnulla, quae ab aliis parum scite et vere sint tradita, expromere, tum quam libere ac solute oratio in longioribus potissimum similitudinibus vagetur, demonstrabo. Quibus perfunctus de vocum comparandi propriarum permutatione et coacervatione pauca addam.

Nullam particulam in comparationibus crebrius reperiri adverbio *ὡς* paullo ante diximus. Sed eam, si

Buttmanno in Lexil. I, 239 sq. fidem habemus, Homerus in sententiarum initio nunquam aliter posuit, nisi enuntiatio integra verbo vel participio adiuncto sit submissa. Eximenda tamen esse dicit eiusmodi exempla, in quibus ellipsis facile cognoscenda insit, velut Od. 14, 441

αἴθ' οὕτως, Εὔμαιε, φίλος Διὶ πατρὶ γένοιτο,
ὡς ἐμοί· — — — — — — —

At in comparatione vera et plena, in qua ὡς nominativo vel accusativo praemissa Latinorum particulae instar respondeat, nullam ei sedem esse relictam. Huic enim comparandi generi vel ὥς nominibus postpositum, vel ὥςτε vel denique ἠΰτε congruere. Quare in Il. 2, 144 κινήθη δ' ἀγορή, ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης cum Zenodoto φὴ κ. μ. θ. esse scribendum. Cui quidem opinioni auctor ipse adeo diffisus est, ut huius rei causam nos explorare vetet, dicens usum solum legem ac normam esse loquendi, eumque saepe indicari tantum, nec vero explicari posse. Quod sane mirari licet, quum Buttmannus ipse dicendi causas haud raro quaerat subtilius. Nihilominus eius praecepto credidit Passovius in Lex. Gr. II, 1489. v. ὡς, etsi isti Homericus sermo aliquoties adversatur. Considera modo hos versus: Il. 21, 282

νῦν δέ με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι,
ἐρχθέντ' ἐν μεγάλῳ ποταμῷ, ὡς παῖδα συφορβόν.

Il. 19, 403

μηδ', ὡς Πάτροκλον, λίπετ' αὐτοῦ τεθνηῶτα.

Il. 23, 430

— Ἀντίλοχος δ' ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον ἔλαυνεν
κέντρῳ ἐπισπέρχων, ὡς οὐκ ἀΐοντι ἐοικώς.

Od. 15, 479

ἄντλῳ δ' ἐνδούπησε πεσοῦσ', ὡς εἰναλίη κήξ.

A quibus non multum distat Od. 6, 20

ἣ δ' ἀνέμου ὡς πνοιὴ ἐπέσσυτο δέμνια κούρης.

Homero vero accinunt epici plerique, sicut Theocr. Id. II, 56. III, 54. XV, 92. XVIII, 37. XX, 16, 22. XXVII, 51. Bion, I, 59. Mosch. I, 9, 16. Apollon. Arg. I, 1335. Quint. Sm. II, 198. III, 184. Quorum quidem copia Homeri versum Zenodoti mutatione, ab omnibus libris et grammaticis spreta, tutum praestabit. Nec Buttmanni causam vel ὧς nomini suo post-

positum vel ὥς τε et eius usus reddent superiorem. Illud enim nomini et adiectivo aliquoties interiectum reperitur, cuius rei testimonia Homerica habes Od. 11, 413 σύες ὣς ἀργιόδοντες, Ib. 18, 29 συὸς ὣς ληϊβοτείρης, quorum ad normam Apoll. Arg. II, 1023 σύες ὣς φορβάδες dedit, add. Quint. V, 131. et Od. 22, 299 οἳ δὲ φέβοντο κατὰ μέγαρον, βόες ὣς ἀγελαῖαι, ubi nominis ultima praeter usitatum poetae morem corripitur; vid. Il. 3, 196 8, 94, 271. 13, 137. In posteriorum epicorum libris idem longe saepius obvenit; vid. Hes. Scut. 60 σέλας ὣς πυρὸς αἰθομένοιο. Apoll. Arg. I, 240 ἀστέρες ὣς νεφέεσσι μετέπρεπον, Theocr. Id. XIII, 24. Quint. Sm. II, 533. III, 271. V, 558. IX, 77. XI, 306. XII, 507. XIV, 23. Veruntamen productione Homeri consuetudine sancita non prorsus abstinuerunt, id quod patebit inspicienti Hes. Theog. 862. Theocr. Id. XXV, 201. Apoll. Arg. II, 566. III, 1124. IV, 1145. Quint. Sm. I, 107. Hinc verendum est, ne in Nicandr. Ther. 240 πομφόλυγες τὼς grammatico de metro sollicito acceptum referatur; alias enim ab epicorum more poeta ille haud recedit; cf. 543. 642. Sicut autem ὣς comparativum inter nomen et attributum solet interseri, similiter adiectivo postponitur, nomine insequente: conf. Oppian. Hal. II, 337 ἀπηνέος ὣς ἀπὸ πέτρης, quae ad Homeri similitudinem Il. 13, 137. dicta sunt. Tum ὣς nomini subiunctum et verbum adhaeret finitum; vid. Od. 2, 47, 234. 5, 12, et alia plura, quibus comparatio uberius illustratur et planius describitur, relativo inserto submittuntur, ut in Il. 13, 118. 15, 579. 16, 756. 24, 41. Quint. Sm. II, 248. V, 131. Neque alia et ea diversa particula ὥςτε ad similitudinem traductae ratio est: nam et illa vel integrae praemittitur enuntiationi, conf. Il. 2, 459. 3, 23. 4, 433. 5, 136. 9, 14. 16, 3. 11, 67. 12, 167, 278, 299, 421, 433. 13, 62, 198, 703, 15, 271, 323, 381, 410, 690. 16, 633. 17, 109. 18, 318. 19, 434, 742, 747, 755. 21, 493. 22, 22, 26, 308. vel nomini uni et soli adiuncta tenetur, ut in Il. 3, 381. 20, 444. 6, 513. 19, 398. 10, 154. 297. 11, 68, 239. 13, 437, 564, 654. 17, 480, 674. 18, 518, 539. 22, 125 αὔτως, ὥςτε γυναῖκα, 23, 365, vel denique, quod omnium rarissimum est, nomini simplici additur verbum aut participium, ut in Il. 2, 289. 15, 630. Triplex iste usus ad alios permanavit. Ita auctor hymni Homerici in Cererem ali-

quoties copulavit ὥςτε cum simplici nomine; cf. v. 43. 68. 89. 108; plenae et perfectae comparationi idem praemisit 174

> αἱ δ', ὥςτ' ἢ ἔλαφοι ἢ πόρτιες εἴαρος ὥρῃ
> ἅλλοντ' ἂν λειμῶνα κορεσσάμεναι φρένα φορβῇ,
> ὣς αἱ ἐπισχόμεναι ἑανῶν πτύχας ἱμεροέντων
> ἤϊξαν κοίλην κατ' ἀμαξιτόν, — — — —

Alterum et tertium in unum conflavit Oppianus, qui poeta similitudinum elegantia et veritate aliis praestat, in Halieut. II, 122 sqq.

> — — — ἐκ γάρ οἱ κεφαλῆς πεφύασιν ἀραιοὶ
> ἀκρεμόνες προτενεῖς, ὥςτε πλόκοι, οἷσι καὶ αὐτοὶ
> ὥςτε περ ὁρμιῇσιν ἐφέλκεται ἰχθύος ἄγρῃ.

His igitur omnibus Buttmanni regulam pro arbitrio denuntiatam idoneo et iusto fundamento carere efficitur. Unum superest, quod memoratu dignum hic addam, Wolfium ὥςπερ, quod Homerus separare solet (vid. Dammii Lex. Hom. 1224, a.), ex duobus Iliadis locis 17, 747. 18, 318. recte eiecisse, quandoquidem ea dicatur lege, ut vel cum verbo nectatur (cf. Od. 9, 365. T, 206.), vel hiatum arceat; vid. Il. 24, 487. Od. 2, 333. Cum Homero ea in re fere consentit Quintus; vid. eius Posthom. V, 213. VI, 312. VII, 45. Quare apud eundem XIII, 395 ἀλλ' ὥςπερ ξύλον αὖον ἐν οὔρεϊ ὑλήεντι Εἱστήκει hoc alteri ὥςτε cedat necesse erit; vid. I, 86. 800. V, 563. X, 68. 166. XIII, 127. XIV, 528. XI, 249, ubi literae coniungendae male segregantur. Theocritus denique ὥςπερ solum novit, nec tamen unquam ea in re leges Homericas migravit. Indicio esse possunt Id. II, 164. IV, 16. X, 4. XI, 64. XV, 73.

§. 2.

Comparationum Homericarum aliae angustis includuntur finibus ac similitudinem, qua diversa duo continentur, paucis indicant verbis, aliae longius productae novam quasi rerum speciem repraesentant, et animum alio avocando tum satietati occurrunt, tum proelia et res in bello gestas brevi distinguunt narratiuncula. Haec vel tota et integra ad ea, quae fiunt, illustranda atque exornanda transfertur, vel, aliis minus necessariis dilatandi et amplificandi causa interiectis, singula quaedam maiore circum-

fudit lumine. Quod quidem poeta saepe ita instituit, ut a nomine sive pronomine exorsus plura interserat, et in fine idem illud, quod iam adfuit, repetat. Inde, quum verbum desit, ad quod prius referatur, ἀνακόλουθον quoddam existere intelligitur; id vero augetur, si a casu recto, qui initio fuit positus, sermo ad alium quendam deflectit. Omnium denique simplicissima est iunctura ea, quae a verbo finito progressa in comparationis clausula iterum subiicit nomen illo iam comprehensum. Singula autem singulorum exempla ea, quae diximus, magis aperient. Prioris igitur generis est illud, quod in Iliad. 11, 67 sqq. legimus:

οἳ δ᾽, ὥςτ᾽ ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισιν
ὄγμον ἐλαύνωσιν ἀνδρὸς μάκαρος κατ᾽ ἄρουραν
πυρῶν ἢ κριθῶν· τὰ δὲ δράγματα ταρφέα πίπτει·
ὣς Τρῶες καὶ Ἀχαιοὶ ἐπ᾽ ἀλλήλοισι θορόντες
δῄουν, οὐδ᾽ ἕτεροι μνώοντ᾽ ὀλοοῖο φόβοιο.

Messorum enim opera tres per versus copiosius descripta, quarto ad pugnam rediit et pronominis ad utrumque exercitum referendi parum memor Troum et Achivorum mentionem denuo facit. Posterius audacius etiam iunctum Il. 4, 433 sqq. comprobent:

Τρῶες δ᾽, ὥςτ᾽ ὄϊες πολυπάμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ
μυρίαι ἑστήκασιν, ἀμελγόμεναι γάλα λευκόν,
ἀζηχὲς μεμακυῖαι, ἀκούουσαι ὄπα ἀρνῶν·
ὣς Τρώων ἀλαλητὸς ἀνὰ στρατὸν εὐρὺν ὀρώρει.

Ubi quum poeta verbum aliquod cum Troum nomine erat commissurus, similitudine uberius enarrata aliud idque comparationi aptum adscivit, et huic illius genitivum adiunxit. Alia structurae utriusque testimonia tum Homerus tum epici posterioris aetatis crebro suppeditant; vid. Il. 13, 62, 65, 795, 800. 15, 271, 277, 323, 326, 381, 384, 579, 582. 16, 156, 164, ubi praeterea a particula comparandi sermo abit ad adiectivum eiusdem potestatis hisce:

τοῖοι Μυρμιδόνων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες
ἀμφ᾽ ἀγαθὸν θεράποντα ποδώκεος Αἰακίδαο
ῥώοντ᾽· — — — — — —

porro Il. 17, 755, 758. 20, 164, 174. 23, 597, 600. Od. 13, 81, 84. Quint. Sm. II, 102, 106. V, 297,

300. XI, 207, 215. XIII, 103, 108. At verbum in exordio collocatum nomine sub finem adiecto magis definitur in Il. 17, 281 sqq.

ἴθυσεν δὲ διὰ προμάχων, συῒ εἴκελος ἀλκὴν
καπρίῳ, ὅςτ' ἐν ὄρεσσι κύνας θαλερούς τ' αἰζηοὺς
ῥηϊδίως ἐκέδασσεν ἑλιξάμενος διὰ βήσσας·
ὡς υἱὸς Τελαμῶνος ἀγαυοῦ, φαίδιμος Αἴας,
ῥεῖα μετεισάμενος Τρώων ἐκέδασσε φάλαγγας —.

conf. ib. 657, 665. Od. 6, 130, 135. Apoll. Arg. I, 774, 781, 1243, 1248. Quint. Sm. V, 386, 390. 407, 411. X, 170, 176. XI, 45, 150.

Nec vero in nomen solum abundantia ista, quae structurae negligentius et liberius iunctae speciem habet, cadit, sed pronomen etiam in similitudinis clausula nonnunquam iteratum cernitur, sicut in Il. 2, 459 sqq.

τῶν δ', ὥςτ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλά,
χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,
Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα,
ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσιν
κλαγγηδὸν προκαθιζόντων, σμαραγεῖ δέ τε λειμών·
ὡς τῶν ἔθνεα πολλὰ νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων
εἰς πεδίον προχέοντο Σκαμάνδριον· — — —

Horum similia sunt ib. 474, 476. 12, 167, 171. 16, 428, 430, 633, 635 17, 742, 746. Od. 4, 342, 345. Hesiod. Scut. 405, 412. Apoll. Arg. I, 536, 540. Quint. Sm. VIII, 175, 180. X, 66, 72. XI, 307. 314. Quorum pars interpunctione melius instituenda sanari potest. Casuum enallagen in comparatione illis finitimam Homerus habet Il. 22, 25 sqq., ubi de Achille armorum fulgore conspicuo sic refert:

τὸν δ' ὁ γέρων Πρίαμος πρῶτος ἴδεν ὀφθαλμοῖσιν
παμφαίνονθ', ὥςτ' ἀστέρ' ἐπεσσύμενον πεδίοιο
ὅς ῥά τ' ὀπώρας εἶσιν· ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαὶ
φαίνονται πολλοῖσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ·
ὅντε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσιν·
λαμπρότατος μὲν ὅδ' ἐστί, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται,
καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν·
ὡς τοῦ χαλκὸς ἔλαμπε περὶ στήθεσσι θέοντος.

Neque exempla desunt, quae nomini vel verbo praemisso demonstrativum subiungunt, veluti Il. 18, 316 sqq.

> τοῖσι δὲ Πηλείδης ἁδινοῦ ἐξῆρχε γόοιο,
> χεῖρας ἐπ' ἀνδροφόνους θέμενος στήθεσσιν ἑταίρου,
> πυκνὰ μάλα στενάχων· ὥςτε λὶς ἠϋγένειος,
> ᾧ ῥά θ' ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνὴρ
> ὕλης ἐκ πυκινῆς· ὃ δέ τ' ἄχνυται ὕστερος ἐλθών·
> πολλὰ δέ τ' ἄγκε' ἐπῆλθε μετ' ἀνέρος ἴχνι' ἐρευνῶν,
> εἴ ποθεν ἐξεύροι· μάλα γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ·
> ὣς ὃ βαρυστενάχων μετεφώνεε Μυρμιδόνεσσιν.

add. Apoll. II, 70, 75. Quint. Sm. IV, 220, 224. Iisdem igitur legibus, quas nominibus usus sanxit, pronomina adstricta videmus. Neque alio ex fonte liberior dicendi forma est repetenda, pluribus enim in medio collocatis, initii ferme obliti aliam poetae submiserunt clausulam, posterioribus congruentem, a prioribus aliquanto magis distantem.

Sicut autem nomina interdum abundant in comparatione pleniore et longius deducta, pariter verbo semel in similitudinis exordium illigato et iterum in eius clausula addito, si rem ad vivum resecare volueris, orationem redundare ac prius abesse posse exempla nobis persuadent, vid. Il. 13, 471 sqq.

> ἀλλ' ἔμεν', ὡς ὅτε τις σῦς οὔρεσιν ἀλκὶ πεποιθώς,
> ὅςτε μένει κολοσυρτὸν ἐπερχόμενον πολὺν ἀνδρῶν
> χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, φρίσσει δέ τε νῶτον ὕπερθεν·
> ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον· αὐτὰρ ὀδόντας
> θήγει ἀλέξασθαι μεμαὼς κύνας ἠδὲ καὶ ἄνδρας·
> ὣς μένεν Ἰδομενεὺς δουρικλυτός, οὐδ' ὑπεχώρει.

vid. ib. 389, 392, 571, 573. 16, 482, 485. Quint. Sm. I, 249, 252. Causa rei eadem est, quam supra indicavimus, pluribus enim interiectis verbum iam adfuisse minus recordati sunt poetae.

Comparatio si fusius et copiosius describitur, et nova quaedam in maiorem rei gratiam aut ornatum cumulantur, maiore etiam licentia procurrit structura. Quod si fit, multiplex quidem ac varius poetae est usus, certasque leges singulis vix licet constituere, in universum tamen haec possunt praecipi. Primum non ita raro

a casu vel recto ad obliquum aliquem vel ab obliquo vicissim ad rectum progreditur oratio. Utriusque exempla praebet Ilias, uti huius exstat 4, 75 sqq.

> *οἷον δ' ἀστέρα ἧκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω,*
> *ἢ ναύτῃσι τέρας ἠὲ στρατῷ εὐρέϊ λαῶν,*
> *λαμπρόν· τοῦ δέ τε πολλοὶ ἀπὸ σπινθῆρες ἵενται·*
> *τῷ εἰκυῖ' ἤϊξεν ἐπὶ χθόνα Παλλὰς Ἀθήνη.*

Illud probabit Il. 11, 172 sqq.

> *οἳ δ' ἔτι κὰμ μέσσον πεδίον φοβέοντο βόες ὥς,*
> *ἅςτε λέων ἐφόβησε μολὼν ἐν νυκτὸς ἀμολγῷ*
> *πάσας· τῇ δέ τ' ἰῇ ἀναφαίνεται αἰπὺς ὄλεθρος·*
> *τῆς δ' ἐξ αὐχέν' ἔαξε λαβὼν κρατεροῖσιν ὀδοῦσιν*
> *πρῶτον, ἔπειτα δέ θ' αἷμα καὶ ἔγκατα πάντα λαφύσσει·*
> *ὣς τοὺς Ἀτρείδης ἔφεπε κρείων Ἀγαμέμνων —.*

vid. 11, 548, 556. 12, 299, 307. 15, 630, 636. 16, 7, 11, 259, 266, 582, 584, 751, 754. Quint. Sm. VI, 341, 348. XI, 362, 365.

Deinde et ab eo, quod in comparationis principio fuit, ad aliud quoddam ei cognatum, sed extremae parti magis aptum, et a re comparandi causa illata ad id ipsum, quocum componitur, fieri solet transitus. Velut in Il. 5, 87, 93. a Diomede torrenti simili ad Troum catervas, quae, ut agrorum messes fluvii impetu abripiuntur, Tydidae virtute in fugam pelluntur, imago est traducta:

> *θῦνε γὰρ ἂμ πεδίον, ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς*
> *χειμάῤῥῳ, ὅςτ' ὦκα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας·*
> *τὸν δ' οὔτ' ἄρ τε γέφυραι ἐεργμέναι ἰσχανόωσιν,*
> *οὔτ' ἄρα ἕρκεα ἴσχει ἀλωάων ἐριθηλέων*
> *ἐλθόντ' ἐξαπίνης, ὅτ' ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος·*
> *πολλὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ ἔργα κατήριπε κάλ' αἰζηῶν·*
> *ὣς ὑπὸ Τυδείδῃ πυκιναὶ κλονέοντο φάλαγγες —.*

Utrumque autem latius patet et creberrimo tum Homeri tum aliorum usu celebratur; vid. Il. 5, 499, 502. 13, 334, 337. 16, 487, 490. 17, 61, 68, 263, 266, 547, 551, 725, 730, 737, 740. 22, 139, 143. 317, 319. Od. 6, 102, 109, 162, 166, 168. Apoll. Arg. II, 662,

608. III, 656, 664. 1299, 1303. IV, 214, 218. Oppian. Hal. III, 581, 586. IV, 120, 128, 153, 160, 179, 182, 195, 202, 290, 293, 296, 325, 330, 600, 604. Quint. Sm. I, 625, 628. III, 181, 185. IV, 220, 224. 349, 353. V, 131, 133, 364, 367, 370, 503, 507. VIII, 89, 92, 222, 227, 405, 407.

§. 3.

Restat, ut de verborum comparandi propriorum necessitudine ac permutatione breviter et strictim videamus. At nemo hic trita et ubique obvia a nobis exspectabit: nam *ὡς* — *ὣς*, *ὡς* — *αὕτως* sive *ὡςαύτως*, *ὣς* — *οὕτως*, *τὼς* — *ὡς*, *ὡς* — *ὡς* — *ὣς* aliaque eius generis sexcenties sibi invicem opponi et quaelibet Homeri pagina docet, nec quisquam ignorat. Quare ea dumtaxat, quae vel minus patent, vel non ita crebrescunt, in medium proferantur. Ac de adverbiis quidem *ἠΰτε* et *εὖτε* Buttmann. in Lexil. II, 227 sqq. egit copiosius. Verum illum et etymologiam proposuisse incertam et alia Graecorum sermoni contraria praecepisse iam ostendimus. Quare id solum adiicio, *ἠΰτε* vel simplici componi nomini, vel plenam exordiri similitudinem, quam si praeparat, in apodosi *ὣς* habes obiectam. Hic usus ab Homero repetendus; vid. Il. 1, 359. 2, 754, 872. 7, 235. cll. 2, 87, 91, 455, 457. 4, 243, 246. 15, 618, 622. 17, 547, 551, ad omnes alios transiit epicos. Exemplis, quia innumerabilis horum est copia, paucis iisque certis defungar, vid. Theocr. Id. XXV, 245. Mosch. II, 113. Apoll. Arg. II, 197. III, 446. Oppian. Hal. I, 36. IV, 283. Quint. Sm. X, 440. XII, 365. Maneth. Apotel. V, 157. et confer hisce: Apoll. Arg. I, 1243, 1248. Opp. Hal. II, 404, 405. III, 505, 507. IV, 274, 279. Quint. Sm. I, 5, 8, 175, 177. III, 63, 66. IV, 78, 81., ubi in versu proximo leve insidet mendum; etenim plerumque legitur:

> *κίνυτο δ' ἠΰτε πόντος ἀπείριτος Ἰκαρίοιο,*
> *ἠδὲ καὶ ἀναλέον βαθὺ λήϊον, ὁππόθ' ἵκηται*
> *ῥιπὴ ἀπειρεσίη νεφεληγερέος Ζεφύροιο·*
> *ὣς ἄρα κίνυτο λαὸς ἐπ' ἤοσιν Ἑλλησπόντου.*

At disiunctivam *ἠὲ καὶ ἀναλ. β. λ.* restituendam esse patebit intuenti in Hom. Il. 7, 236. 13, 390. 16, 483.

Apoll. Arg. II, 267. III, 1376. Quint. Posth. VIII, 205. IX, 452. Nec duplicem istam dicendi formam, ex qua utriusque cognationem licet perspicere, particulae εὔτε detraxit Quintus, cf. I, 586. VII, 516. XI, 132., ubi ad nomen solum pertinet, longe autem saepius plenae adiecta similitudini e regione habet positam ὥς, ut in Posthom. II, 471, 477. III, 142, 147, 221, 227. 280, 281. VI, 341, 348. 532, 537. VII, 107, 112. Hinc, nisi fallor, eidem in Il. 3, 10. et 19, 386., quorum in altero Buttmannus, in altero iam Alexandrini quidam eam sollicitarunt, plus fidei ac roboris accedit.

De gradu comparativo, qui semel in Il. 4, 277. et iterum in Apoll. Arg. I, 269. particulae ἠΰτε praefixus legitur, non minus perverse iudicavit idem Buttmann. in Lexil. 229 sq. Tantum enim abest, ut ἠΰτε Germanico wie comparativo addito par sit habenda, ut sua et propria vi semper et ubique sit instructa. Hoc iam inde lubet augurari, quod tum apud Homerum tum apud Apollonium, prouti res postulat, ὣς illi obstet. Apollonius igitur de Alcimede, Iasonis matre, sic refert:

μήτηρ δ' ὡς τὰ πρῶτ' ἐπεχεύατο πήχεε παιδί,
ὣς ἔχετο κλαίουσ' ἀδινώτερον, ἠΰτε κούρη
οἰόθεν ἀσπασίως πολιὴν τροφὸν ἀμφιπεσοῦσα
μύρεται, ᾗ οὐκ εἰσὶν ἔτ' ἄλλοι κηδεμονῆες,
ἀλλ' ὑπὸ μητρυιῇ βίοτον βαρὺν ἡγηλάζει,
καί ἑ νέον πολίεσσιν ὀνείδεσιν ἐστυφέλιξεν·
τῇ δέ τ' ὀρινομένῃ δέδεται κέαρ ἐνδόθεν ἄτῃ,
οὐδ' ἔχει ἐκφλῦξαι τόσσον γόον, ὅσσον ὀρεχθεῖ·
ὣς ἀδινὸν κλαίεσκον ἑὸν παῖδ' ἄγκας ἔχουσα
'Αλκιμέδη — — — — —

Ergo apparet ἠΰτε κούρη respondere ultimis, in prioribus autem comparativo immensum puellae fletum significari. Quae si reputaveris, ne Odysseam quidem 16, 216., si vel maxime scripseris cum Buttmanno, etsi coniectura valde dubia sit: κλαῖον δὲ λιγέως ἀδινώτερον, ἠΰτ' οἰωνοί, eius explicationi quidquam prodesse, singulis accuratius inspectis, facile intelliges. De Iliadis autem loco in annotat. critica, quantum satis erat, dixisse nobis videmur.

Sicut autem comparativo ὡς alia eiusdem potestatis adiectiva vel adverbia passim obstant, neque id ipsum ὀρθοτονούμενον semper iteratur, pari modo ἠΰτε praemisso τοῖος, τόσσος aliaque finitima in antithesi respondent; cf. Il. 2, 469, 472, 480, 482. Quint. Sm. I, 625, 628. Alibi adiectivum ei opponitur, ut in Il. 16, 7, 11 τῇ ἴκελος. Idem ex abundantia quadam alii comparationi vel subiicitur vel praemittitur. Illius exemplum est in Apoll. Arg. IV, 877

αὐτὴ δὲ πνοιῇ ἰκέλη δέμας ἠΰτ' ὄνειρος
βῆ ῥ' ἴμεν ἐκ μεγάροιο θοῶς — — — —

de Thetide Pelei aedes celeriter relinquente. Huius specimen dedit idem II, 267

αἱ δ' ἄφαρ, ἠΰτ' ἄελλαι ἀδευκέες, ἢ στεροπαὶ ὥς,
ἀπρόφατοι νεφέων ἐξάλμεναι ἐσσεύοντο
κλαγγῇ — — — — — — —

Ad haec adiungo statim duo alia ab Homero paene aliena per recentiorum opera longe lateque sparsa et paullulum inflexa ἅτε et ὅπως. Horum alterum in Il. 22, 127 ἅτε παρθένος ἠΐθεός τε semel comparando adhibetur, alterum plerumque spectat verbum solum, in plena enuntiatione, ὣς subsequente, conspicitur in Od. 15, 111

Τηλέμαχ', ἤτοι νόστον, ὅπως φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς,
ὥς τοι Ζεὺς τελέσειεν — — — —

vid. Passov. Lexic. Gr. II, 357. At ab ista Homeri norma aliquanto discesserunt poetae posteriores. Etenim hi quidem ἅτε, ut Homerus praeivit, et mediae inserunt enuntiationi, et ad plenam atque integram comparationem idem transtulerunt. Prius igitur crebro repertum vides in Theocr. Id. XVII, 107. in Nicandr. Ther. 833. Al. 217, 471, 472, 555. in Oppian. Hal. II, 84. III, 232, 236, 619. IV, 480, 489. V, 642. Cyneg. II, 502, in Quint Posth. II, 217, 298, 536. X, 434. XI, 163, 374. XIII, 156. Posterius adscivit Apoll. in Arg. III, 957. de Iasone Medeam convenieute:

αὐτὰρ ὅγ' οὐ μετὰ δηρὸν ἐελδομένῃ ἐφαάνθη
ὑψόσ' ἀναθρώσκων, ἅτε Σείριος Ὠκεανοῖο,
ὃς δ' ἤτοι καλὸς μὲν ἀρίζηλός τ' ἐσιδέσθαι

300. XI, 207, 215. XIII, 103, 108. At verbum in exordio collocatum nomine sub finem adiecto magis definitur in Il. 17, 281 sqq.

ἴθυσεν δὲ διὰ προμάχων, συὶ εἴκελος ἀλκὴν
καπρίῳ, ὅςτ' ἐν ὄρεσσι κύνας θαλερούς τ' αἰζηοὺς
ῥηϊδίως ἐκέδασσεν ἑλιξάμενος διὰ βήσσας·
ὣς υἱὸς Τελαμῶνος ἀγανοῦ, φαίδιμος Αἴας,
ῥεῖα μετεισάμενος Τρώων ἐκέδασσε φάλαγγας —.

conf. ib. 657, 665. Od. 6, 130, 135. Apoll. Arg. I, 774, 781, 1243, 1248. Quint. Sm. V, 386, 390. 407, 411. X, 170, 176. XI, 45, 150.

Nec vero in nomen solum abundantia ista, quae structurae negligentius et liberius iunctae speciem habet, cadit, sed pronomen etiam in similitudinis clausula nonnunquam iteratum cernitur, sicut in Il. 2, 459 sqq.

τῶν δ', ὥςτ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλά,
χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,
Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα,
ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσιν
κλαγγηδὸν προκαθιζόντων, σμαραγεῖ δέ τε λειμών·
ὣς τῶν ἔθνεα πολλὰ νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων
εἰς πεδίον προχέοντο Σκαμάνδριον· — — —

Horum similia sunt ib. 474, 476. 12, 167, 171. 16, 428, 430, 633, 635 17, 742, 746. Od. 4, 342, 345. Hesiod. Scut. 405, 412. Apoll. Arg. I, 536, 540. Quint. Sm. VIII, 175, 180. X, 66, 72. XI, 307. 314. Quorum pars interpunctione melius instituenda sanari potest. Casuum enallagen in comparatione illis finitimam Homerus habet Il. 22, 25 sqq., ubi de Achille armorum fulgore conspicuo sic refert:

τὸν δ' ὁ γέρων Πρίαμος πρῶτος ἴδεν ὀφθαλμοῖσιν
παμφαίνονθ', ὥςτ' ἀστέρ' ἐπεσσύμενον πεδίοιο
ὅς ῥά τ' ὀπώρας εἶσιν· ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαὶ
φαίνονται πολλοῖσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ·
ὅντε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσιν·
λαμπρότατος μὲν ὅδ' ἐστί, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται,
καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν·
ὣς τοῦ χαλκὸς ἔλαμπε περὶ στήθεσσι θέοντος.

Neque exempla desunt, quae nomini vel verbo praemisso demonstrativum subiungunt, veluti Il. 18, 316 sqq.

> τοῖσι δὲ Πηλείδης ἁδινοῦ ἐξῆρχε γόοιο,
> χεῖρας ἐπ' ἀνδροφόνους θέμενος στήθεσσιν ἑταίρου,
> πυκνὰ μάλα στενάχων· ὥςτε λὶς ἠϋγένειος,
> ᾧ ῥά θ' ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνὴρ
> ὕλης ἐκ πυκινῆς· ὃ δέ τ' ἄχνυται ὕστερος ἐλθών·
> πολλὰ δέ τ' ἄγκε' ἐπῆλθε μετ' ἀνέρος ἴχνι' ἐρευνῶν,
> εἴ ποθεν ἐξεύροι· μάλα γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ·
> ὣς ὃ βαρυστενάχων μετεφώνεε Μυρμιδόνεσσιν.

add. Apoll. II, 70, 75. Quint. Sm. IV, 220, 224. Iisdem igitur legibus, quas nominibus usus sanxit, pronomina adstricta videmus. Neque alio ex fonte liberior dicendi forma est repetenda, pluribus enim in medio collocatis, initii ferme obliti aliam poetae submiserunt clausulam, posterioribus congruentem, a prioribus aliquanto magis distantem.

Sicut autem nomina interdum abundant in comparatione pleniore et longius deducta, pariter verbo semel in similitudinis exordium illigato et iterum in eius clausula addito, si rem ad vivum resecare volueris, orationem redundare ac prius abesse posse exempla nobis persuadent, vid. Il. 13, 471 sqq.

> ἀλλ' ἔμεν', ὡς ὅτε τις σῦς οὔρεσιν ἀλκὶ πεποιθὼς,
> ὅςτε μένει κολοσυρτὸν ἐπερχόμενον πολὺν ἀνδρῶν
> χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, φρίσσει δέ τε νῶτον ὕπερθεν·
> ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον· αὐτὰρ ὀδόντας
> θήγει ἀλέξασθαι μεμαὼς κύνας ἠδὲ καὶ ἄνδρας·
> ὣς μένεν Ἰδομενεὺς δουρικλυτός, οὐδ' ὑπεχώρει.

vid. ib. 389, 392, 571, 573. 16, 482, 485. Quint. Sm. I, 249, 252. Causa rei eadem est, quam supra indicavimus, pluribus enim interiectis verbum iam adfuisse minus recordati sunt poetae.

Comparatio si fusius et copiosius describitur, et nova quaedam in maiorem rei gratiam aut ornatum cumulantur, maiore etiam licentia procurrit structura. Quod si fit, multiplex quidem ac varius poetae est usus, certasque leges singulis vix licet constituere, in universum tamen haec possunt praecipi. Primum non ita raro

a casu vel recto ad obliquum aliquem vel ab obliquo vicissim ad rectum progreditur oratio. Utriusque exempla praebet Ilias, uti huius exstat Δ, 75 sqq.

> οἷον δ' ἀστέρα ἧκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω,
> ἢ ναύτῃσι τέρας ἠὲ στρατῷ εὐρέϊ λαῶν,
> λαμπρόν· τοῦ δέ τε πολλοὶ ἀπὸ σπινθῆρες ἵενται·
> τῷ εἰκυῖ' ἤϊξεν ἐπὶ χθόνα Παλλὰς Ἀθήνη.

Illud probabit Il. 11, 172 sqq.

> οἳ δ' ἔτι κὰμ μέσσον πεδίον φοβέοντο βόες ὥς,
> ἅςτε λέων ἐφόβησε μολὼν ἐν νυκτὸς ἀμολγῷ
> πάσας· τῇ δέ τ' ἰῇ ἀναφαίνεται αἰπὺς ὄλεθρος·
> τῆς δ' ἐξ αὐχέν' ἔαξε λαβὼν κρατεροῖσιν ὀδοῦσιν
> πρῶτον, ἔπειτα δέ θ' αἷμα καὶ ἔγκατα πάντα λαφύσσει·
> ὣς τοὺς Ἀτρείδης ἔφεπε κρείων Ἀγαμέμνων —.

vid. 11, 548, 556. 12, 299, 307. 15, 630, 636. 16, 7, 11, 259, 266, 582, 584, 751, 754. Quint. Sm. VI, 341, 348. XI, 362, 365.

Deinde et ab eo, quod in comparationis principio fuit, ad aliud quoddam ei cognatum, sed extremae parti magis aptum, et a re comparandi causa illata ad id ipsum, quocum componitur, fieri solet transitus. Velut in Il. 5, 87, 93. a Diomede torrenti simili ad Troum catervas, quae, ut agrorum messes fluvii impetu abripiuntur, Tydidae virtute in fugam pelluntur, imago est traducta:

> θῦνε γὰρ ἂμ πεδίον, ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς
> χειμάῤῥῳ, ὅςτ' ὦκα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας·
> τὸν δ' οὔτ' ἄρ τε γέφυραι ἐεργμέναι ἰσχανόωσιν,
> οὔτ' ἄρα ἕρκεα ἴσχει ἀλωάων ἐριθηλέων
> ἐλθόντ' ἐξαπίνης, ὅτ' ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος·
> πολλὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ ἔργα κατήριπε κάλ' αἰζηῶν·
> ὣς ὑπὸ Τυδείδῃ πυκιναὶ κλονέοντο φάλαγγες —.

Utrumque autem latius patet et creberrimo tum Homeri tum aliorum usu celebratur; vid. Il. 5, 499, 502. 13, 334, 337. 16, 487, 490. 17, 61, 68, 263, 266, 547, 551, 725, 730, 737, 740. 22, 139, 143. 317, 319. Od. 6, 102, 109, 162, 166, 168. Apoll. Arg. II, 662,

608. III, 656, 664. 1299, 1303. IV, 214, 218. Oppian. Hal. III, 581, 586. IV, 120, 126, 153, 160, 179, 182, 195, 202, 290, 293, 296, 325, 330, 600, 604. Quint. Sm. I, 625, 628. III, 181, 185. IV, 220, 224. 349, 353. V, 131, 133, 364, 367, 370, 503, 507. VIII, 89, 92, 222, 227, 405, 407.

§. 3.

Restat, ut de verborum comparandi propriorum necessitudine ac permutatione breviter et strictim videamus. At nemo hic trita et ubique obvia a nobis exspectabit: nam ὡς — ὣς, ὡς — αὔτως sive ὡςαύτως, ὥς — οὕτως, τὼς — ὡς, ὡς — ὡς — ὣς aliaque eius generis sexcenties sibi invicem opponi et quaelibet Homeri pagina docet, nec quisquam ignorat. Quare ea dumtaxat, quae vel minus patent, vel non ita crebrescunt, in medium proferantur. Ac de adverbiis quidem ἠΰτε et εὖτε Buttmann. in Lexil. II, 227 sqq. egit copiosius. Verum illum et etymologiam proposuisse incertam et alia Graecorum sermoni contraria praecepisse iam ostendimus. Quare id solum adiicio, ἠΰτε vel simplici componi nomini, vel plenam exordiri similitudinem, quam si praeparat, in apodosi ὣς habes obiectam. Hic usus ab Homero repetendus; vid. Il. 1, 359. 2, 754, 872. 7, 235. cll. 2, 87, 91, 455, 457. 4, 243, 246. 15, 618, 622. 17, 547, 551, ad omnes alios transiit epicos. Exemplis, quia innumerabilis horum est copia, paucis iisque certis defungar, vid. Theocr. Id. XXV, 245. Mosch. II, 113. Apoll. Arg. II, 197. III, 446. Oppian. Hal. I, 36. IV, 283. Quint. Sm. X, 440. XII, 365. Maneth. Apotel. V, 157. et confer hisce: Apoll. Arg. I, 1243, 1248. Opp. Hal. II, 404, 405. III, 505, 507. IV, 274, 279. Quint. Sm. I, 5, 8, 175, 177. III, 63, 66. IV, 78, 81., ubi in versu proximo leve insidet mendum; etenim plerumque legitur:

> κίνυτο δ' ἠΰτε πόντος ἀπείριτος Ἰκαρίοιο,
> ἠδὲ καὶ ἀναλέον βαθὺ λήϊον, ὁππόθ' ἵκηται
> ῥιπὴ ἀπειρεσίη νεφεληγερέος Ζεφύροιο·
> ὣς ἄρα κίνυτο λαὸς ἐπ' ἠόσιν Ἑλλησπόντου.

At disiunctivam ἠὲ καὶ αναλ. β. λ. restituendam esse patebit intuenti in Hom. Il. 7, 236. 13, 390. 16, 483.

Apoll. Arg. II, 267. III, 1376. Quint. Posth. VIII, 205. IX, 452. Nec duplicem istam dicendi formam, ex qua utriusque cognationem licet perspicere, particulae εὖτε detraxit Quintus, cf. I, 586. VII, 516. XI, 132., ubi ad nomen solum pertinet, longe autem saepius plenae adiecta similitudini e regione habet positam ὥς, ut in Posthom. II, 471, 477. III, 142, 147, 221, 227. 280, 281. VI, 341, 348. 532, 537. VII, 107, 112. Hinc, nisi fallor, eidem in Il. 3, 10. et 19, 386., quorum in altero Buttmannus, in altero iam Alexandrini quidam eam sollicitarunt, plus fidei ac roboris accedit.

De gradu comparativo, qui semel in Il. 4, 277. et iterum in Apoll. Arg. I, 269 particulae ἠΰτε praefixus legitur, non minus perverse iudicavit idem Buttmann. in Lexil. 229 sq. Tantum enim abest, ut ἠΰτε Germanico wie comparativo addito par sit habenda, ut sua et propria vi semper et ubique sit instructa. Hoc iam inde lubet augurari, quod tum apud Homerum tum apud Apollonium, prouti res postulat, ὣς illi obstet. Apollonius igitur de Alcimede, Iasonis matre, sic refert:

μήτηρ δ᾽ ὡς τὰ πρῶτ᾽ ἐπεχεύατο πήχεε παιδί,
ὣς ἔχετο κλαίουσ᾽ ἀδινώτερον, ἠΰτε κούρη
οἰόθεν ἀσπασίως πολιὴν τροφὸν ἀμφιπεσοῦσα
μύρεται, ᾗ οὐκ εἰσὶν ἔτ᾽ ἄλλοι κηδεμονῆες,
ἀλλ᾽ ὑπὸ μητρυιῇ βίοτον βαρὺν ἡγηλάζει,
καί ἑ νέον πολίεσσιν ὀνείδεσιν ἐστυφέλιξεν·
τῇ δέ τ᾽ ὀρινομένῃ δέδεται κέαρ ἐνδόθεν ἄτῃ,
οὐδ᾽ ἔχει ἐκφλῦξαι τόσσον γόον, ὅσσον ὀρεχθεῖ·
ὣς ἀδινὸν κλαίεσκον ἑὸν παῖδ᾽ ἄγκας ἔχουσα
Ἀλκιμέδη — — — — —

Ergo apparet ἠΰτε κούρη respondere ultimis, in prioribus autem comparativo immensum puellae fletum significari. Quae si reputaveris, ne Odysseam quidem 16, 216., si vel maxime scripseris cum Buttmanno, etsi coniectura valde dubia sit: κλαῖον δὲ λιγέως ἀδινώτερον, ἠΰτ᾽ οἰωνοί, eius explicationi quidquam prodesse, singulis accuratius inspectis, facile intelliges. De Iliadis autem loco in annotat. critica, quantum satis erat, dixisse nobis videmur.

Sicut autem comparativo ὡς alia eiusdem potestatis adiectiva vel adverbia passim obstant, neque id ipsum ὀρθοτονούμενον semper iteratur, pari modo ἠΰτε praemisso τοῖος, τόσσος aliaque finitima in antithesi respondent; cf. Il. 2, 469, 472, 480, 482. Quint. Sm. I, 625, 628. Alibi adiectivum ei opponitur, ut in Il. 16, 7, 11 τῇ ἴκελος. Idem ex abundantia quadam alii comparationi vel subiicitur vel praemittitur. Illius exemplum est in Apoll. Arg. IV, 877

αὐτὴ δὲ πνοιῇ ἰκέλη δέμας ἠΰτ' ὄνειρος
βῆ ῥ' ἴμεν ἐκ μεγάροιο θοῶς — — — —

de Thetide Pelei aedes celeriter relinquente. Huius specimen dedit idem II, 267

αἱ δ' ἄφαρ, ἠΰτ' ἄελλαι ἀδευκέες, ἢ στεροπαὶ ὣς,
ἀπρόφατοι νεφέων ἐξάλμεναι ἐσσεύοντο
κλαγγῇ — — — — — — —

Ad haec adiungo statim duo alia ab Homero paene aliena per recentiorum opera longe lateque sparsa et paullulum inflexa ἅτε et ὅπως. Horum alterum in Il. 22, 127 ἅτε παρθένος ἠΐθεός τε semel comparando adhibetur, alterum plerumque spectat verbum solum, in plena enuntiatione, ὣς subsequente, conspicitur in Od. 15, 111

Τηλέμαχ', ἤτοι νόστον, ὅπως φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς,
ὥς τοι Ζεὺς τελέσειεν — — — —

vid. Passov. Lexic. Gr. II, 357. At ab ista Homeri norma aliquanto discesserunt poetae posteriores. Etenim hi quidem ἅτε, ut Homerus praeivit, et mediae inserunt enuntiationi, et ad plenam atque integram comparationem idem transtulerunt. Prius igitur crebro repertum vides in Theocr. Id. XVII, 107. in Nicandr. Ther. 833. Al. 217, 471, 472, 555. in Oppian. Hal. II, 84. III, 232, 236, 619. IV, 480, 489. V, 642. Cyneg. II, 502, in Quint Posth. II, 217, 298, 536. X, 434. XI, 163, 374. XIII, 156. Posterius adscivit Apoll. in Arg. III, 957. de Iasone Medeam convenienite:

αὐτὰρ ὅγ' οὐ μετὰ δηρὸν ἐελδομένῃ ἐφαάνθη
ὑψόσ' ἀναθρώσκων, ἅτε Σείριος Ὠκεανοῖο,
ὃς δ' ἤτοι καλὸς μὲν ἀρίζηλός τ' ἐσιδέσθαι

ἀντέλλει, μήλοισι δ' ἐν ἄσπετον ἧκεν ὀϊζύν·
ὣς ἄρα τῇ καλὸς μὲν ἐπήλυθεν εἰσοράασθαι
Αἰσονίδης, κάματον δὲ δυςίμερον ὦρσε φανθείς.

add. Opp. Hal. IV, 153, 160, 600, 604. Quint. Sm VIII, 167, 170, 175, 180. XI, 74, 77. XII, 580, 584 in quorum priore emendaverim *ἡ δ' ἅτε πάρδαλις ἔσσυτ' ἐν οὔρεσιν ἀσχαλόωσα*, simili modo *ἅτε* — *ὧδε* sibi invicem respondent in Theocrit. Id. XVIII, 27, 28. 29, 31. Quod ad *ὅπως* attinet, Homeri de more id dixit Quint. Sm. IX, 316., at multo saepius nominibus ista postponitur, ut apud poetam *ὥς*. Praeivit Apoll. Arg. I, 285.

δμωῒς ὅπως, κενεοῖσι λελείψομαι ἐν μεγάροισιν.

vid. praeterea Oppian. Hal. V, 462. Cyn. IV, 313. Quint. Sm. I, 539. III, 276. VII, 387, 645. IV, 235, 365. XII, 504., qui nunc praemisit nunc postposuit nomini comparativum. At idem non minus quam Oppian. in Hal. V, 312 sqq. ab eo plenam et perfectam exorsi similitudinem *ὣς* obiiciunt, velut in Posthom. VI, 378 sqq.

κεῖτο γὰρ ἐν κονίῃσι καὶ αἵμασι σὺν κταμένοισιν,
ἔρνος ὅπως ἐριθηλὲς ἐλαίης εὐκεάτοιο,
ἥν τε βίη ποταμοῖο κατὰ ῥόον ἠχήεντα
σύν τ' ὄχθῃς ἐλάσῃσι βόθρον διὰ πάντα κεδάσσας
ῥιζόθεν· ἡ δ' ἄρα κεῖται ὑπ' ἄνθεσι βεβριθυῖα·
ὣς τῆμος Νιρῆος ἐπὶ χθονὸς ἄσπετον οὖδας
ἐξεχύθη δέμας ἠὺ καὶ ἀγλαΐη ἐρατεινή·

add. IV, 238, 246. VII, 133, 140. VIII, 338, 340.

Praeterea adverbii vice funguntur *οἷον* et *οἷα*, quorum alterum poetae cognitum fuisse videtur, alterum apud sequiores demum invaluit. Haec autem vel comparationi simplici sunt apta, vel iis, ut adiectivo *οἷος* respondet *τοῖος*, cui *τοιόςδε*, *ὣς* aliaque affinia licet substituere, cf. Il. 6, 146. 11, 62, 64. 22, 317, 319. 18, 591. Apoll. Arg. II, 662, 668. e regione obstant *τοῖον*, *τὼς* et *ὥς*. Medium horum, etsi ambigi potest, Homerus videtur novisse: cf. Od. 19, 233 sq. Longe crebrius alii epici eo dicendi genere utuntur; vid. Arat. Ph. 344, 348. Apoll. Arg. IV, 1062, 1066. 1280, 1288. Opp. Hal. I, 197, 202. II, 196, 197. V, 215, 221. Cyneg. I, 507, 509. Quint. Sm. VII, 49, 53.

Apollonius de more poetarum recentiorum *τοίως* et *ὣς* in comparatione semel coniunxit Arg. III, 1399 sqq.

ἔρνεά που τοίως Διὸς ἄσπετον ὀμβρήσαντος
φυταλιῇ νεόθρεπτα κατημύουσιν ἔραζε
κλασθέντα ῥίζηθεν, ἀλωήων πόνος ἀνδρῶν·
τὸν δὲ κατηφείη τε καὶ οὐλοὸν ἄλγος ἱκάνει
κλήρου σημαντῆρα φυτοτρόφον· ὣς τότ' ἄνακτος
Αἰήταο βαρεῖαι ὑπὸ φρένας ἦλθον ἀνίαι.

Nec minus saepe *οἷα* et *οἷον* eodem modo, quo *ἠΰτε* dicitur, singulari vel nomini vel enuntiationi reperiuntur adiecta; vid. Theocr. Id. XX, 23. XXII, 47. XXIII, 10. Apoll. Arg. III, 1020. IV, 460, 626. Dionys. Perieg. 1076. Opp. Hal. I. 743. II, 652. Cyneg. II, 221. Quint. Sm. XI, 196, 383. XII, 409. XIV, 458, 494. Maneth. Apotel. V, 23.

Iam ab adverbiis ad adiectiva, quibus ea subest potestas, nos convertamus. Illis autem, ut initio dixi, participia quaedam concinunt, sicut *ἐοικώς*, *εἰκώς*. Haec igitur, ubi res plenius enarratur, ad adverbiorum similitudinem *ὡς* sive *ὡςεί* sibi habent opposita; vid. Il. 5, 87, 93., 16, 582, 584. 17, 725, 730., neque ea structura ipsum caret verbum, teste Il. 13, 102 sqq.

— — — — — *οἳ τὸ πάρος περ*
φυζακινῇς ἐλάφοισιν ἐοίκεσαν, αἵτε καθ' ὕλην
θώων παρδαλίων τε λύκων τ' ἤϊα πέλονται,
αὔτως ἠλάσκουσαι, ἀνάλκιδες, οὐδ' ἐπὶ χάρμη·
ὣς Τρῶες τὸ πρίν γε μένος καὶ χεῖρας Ἀχαιῶν
μίμνειν οὐκ ἐθέλεσκον ἐναντίον, οὐδ' ἠβαιόν.

Nec differt *ἐναλίγκιος*, cuius exempla offerunt Il. 13, 242, 245. 22, 410. Quint. Sm. II, 197, 200. et II. 5, 5, 7., ubi in antithesi *τοῖον* sequitur. Reliqua eius generis nomina, cui quid simile habetur, dativum paene solum adiungunt, res vero, in qua similitudo cernitur, apposita quartum exposcit casum. Hoc praeceptum in omnia propemodum cadit adiectiva, nisi quid in singulis vel Homeri vel aliorum epicorum usus variavit. Qua de re pauca quaedam coronidis loco subtexamus Communem igitur normam *ἀτάλαντος*, *ἀλίγκιος* cum compositis *ἐναλίγκιος* et *προςαλίγκιος* sequi latet neminem sermonis Homerici gnarum, nec diversa sunt participia *εἰ-*

δόμενος et *ἐοικώς*, vid. Il. 8, 305. 17, 323. 21, 600. Od. 2, 268, 401. 4, 4. 13, 222. 22, 206. Arat. Ph. 183. Quint. Sm. I, 336. V, 527. VI, 201. XI, 226. XII, 107. XIV, 55, 550. At dativus uni duobusve nominibus coniunctus multo saepius deprehenditur in poetarum monumentis. Prioribus illis et vi et structura *ἴκελος* et *εἴκελος* sunt consimilia, etsi particulam perraro habent oppositam, velut eius exemplum suppeditat Hesiod. Scut. 198

τῇ ἰκέλη, ὡςεί τε μάχην ἐθέλουσα κορύσσειν.

Dativus personae, rei accusativus iam Homero est familiaris; vid. Il. 2, 478. 4, 253. 13, 330. 17, 281. 18, 154. Od. 21, 411. Apoll. Rh. IV, 877. Quint. Sm. III, 121. Est vero ubi poetae diverso indicarunt modo similitudinem, qua duo continentur; ita Oppian. Hal. I, 357. dativo suppresso canit:

ἤ που κεῖνον ἰδών, πλόον ἰχθύος, εἴκελον ἔργον
δουροπαγὲς τόρνωσε, τὰ μὲν πνοιῇσι πετάσσας
ἐκ προτόνων, τὰ δ' ὄπισθε χαλινωτήρια νηῶν.

Idem poeta ib. 662. genitivum, *οἷα* interiecto, adscivit hisce:

— — — *ἐπεί ῥά οἱ ὤπασε δαίμων*
καὶ γάλα καὶ μαζῶν ἰκέλην φύσιν οἷα γυναικῶν.

Denique non silentio erit praetereundum *εἴκελον* et *ἴκελον*, quum alterum sit usitatius, haud raro a librariis permisceri, et illius loco, qui, ubi dactylo opus est, numeris magis convenit, *ἴκελον* inferri perperam. Ex Homeri quidem carminibus, librorum meliorum ope freti, vitium istud expulerunt. Verum relictum est apud alios, ut in Quint. Posth. XI, 9

στρωφῶντ' ἀργαλέῃσιν Ἐρινύσιν ἴκελαι ἄντην.

in Nic. Ther. 235

τῆς καὶ ἀπὸ πληγῆς φέρεται λίπει ἴκελος ἰχώρ.

Sed iam poeta uterque sibi repetit diphthongum; vid. Nic. Ther. 755, 800. Quint. Sm. III, 121, 536. XIII, 486., nec dispar Quinto est Homerus, quum alibi tum in Od. 22, 240 — — *χελιδόνι εἰκέλη ἄντην*. Contra *ἶσος*, si recte observavi, dativo solo contentus est, vid. Hom. Il. 5, 438, 459, 884. 16, 786. 20, 447,

493. 21, 18, 227. hymn. in Cer. 235. Il. 22, 182, 460. Od. 3, 290. 11, 243 alibi. Poetae recentiores, qui ab Hesiodo inde pro numerorum commoditate eius priorem nunc producunt nunc corripiunt (vid. de prosod. Gr. §. 64, 2, n, annot. 2.), nihil aliud novarunt. Insuper ἶσον et ἶσα iam Homerum adverbii loco dixisse inter omnes constat, eaque in re epicorum aliorum usus haud dissimilis reperitur, ut Moschi Id. IV, 9 τὸν μὲν ἐγὼ τίεσκον ἶσον φαέεσσιν ἐμοῖσιν, add. Theocr. Id. XVII, 135. XVIII, 51. Bion. Id. VIII, 1. XV, 18. Opp. Hal. I, 137. Quint. Sm. I, 513. III, 648. V, 164. VI, 140. VII, 674, 687 VIII, 157. IX, 295. Ei cognatum ὁμοῖος proprie significat parem, ideoque dativum personae, verbi infinitivum requirit; cf. Il. 2, 553 sq. 14, 521. 17, 475 sq., verum idem comparando idoneum habitum est, ut in Il. 17, 51. legitur: αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι, Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι, add. Od. 6, 231. 23, 158., neque exempla desunt, quibus insuper aut rei accusativus aut verbi infinitivus accedit, conf. Il. 5, 778. 10, 437. Od. 6, 16. 8, 14. Epici alii utramque Homeri rationem norunt. Testes sunto Arat. Phaen. 1007. Theocr. Id. XVIII, 21. XXIV, 130. Dionys. Perieg. 175, 181, 329. Oppian. Hal. I, 437. III, 581. IV, 55, 126. V, 59, 600. Cyneg. III, 438, 478. Quint. Sm. IV, 219. VII, 177. XII, 187. Genitivum, quem, ut scimus, ἶσος quoque assumit, semel iunxit Theocr. Id. II, 88., idemque neutrum pro adverbio intulit Id. VIII, 87. Cur autem apud eundem XV, 10 αἰὲν ὅμοιος soleat edi contra atque alibi fit nondum potui assequi. Proxima istud cognatione attingit ὁμοίιος, quod etsi Homeri sermoni plerumque accommodant posteriores, velut Bion. Id. VI, 18 χὰ νὺξ ἀνθρώποισιν ἶσα καὶ ὁμοίιος ἀώς, add. Opp. Hal. I, 513. II, 582. III, 597. Cyneg. I, 293. Quint. Sm. XI, 329., tamen in aliis comparationi simplici adhibetur, velut in Quint. Posth. XIV, 207

ἀνδρῶν γὰρ γένος ἐστὶν ὁμοίιον ἄνθεσι ποίης,
ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι, τὰ μὲν φθινύθει, τὰ δ' ἀέξει.

add. Oppian. Hal. II, 233. Cyneg. I, 325, 472.

Haec quidem in praesens sufficiant. Magna vero ista vocularum, quae comparando sunt aptae, copia et varietas argumento esse poterit, quam vere scripserit Tullius nihil esse tam tenerum, tam flexibile, neque

quod tam facile sequatur quocunque ducas, quam orationem. Iam si qui sunt, qui nonnulla, quae huc pertineant, minus plene aut distincte a me tradita, alia prorsus neglecta iudicaverint, ii velim meminerint me primum non omnia et singula, quae de comparationibus dici possunt, hic fuisse complexurum, sed ea sola, quibus vel singulare quiddam insit, vel momentum aliquod ad singulas comparandi voces dignoscendas et sua quasi nota distinguendas; deinde plurimum quidem studii ac temporis in his conquirendis ac digerendis a me esse collocatum, verum ipsas multiplices rei vicissitudines et usum liberum ac solutum ei, qui recte et prudenter praecipere voluerit de singulis, multa eaque gravia obstruere impedimenta. Denique lectoribus aequis bonisque adversa, quacum mihi haec disponenti et perscribenti erat conflictandum, respicienda erit valetudo. Etenim morbus diu intra viscera reconditus et subinde me aggressus nunquam quidem cursum magnopere retardavit, at nuper tanta in me irruit vehementia, ut subita capitis vertigine obiecta tum animi tum corporis vires deficerent. Quo ex tempore et insomniis me fatigavit et ori pallorem induxit, toti denique corpori attulit languorem. Accedit, quod nostrae huius scholae ea sit conditio, eaque docentium inopia, ut si muneri strenue et abunde satisfacere volueris, nihil remissius socordiusve sit agendum, sed omni ope operaque eo connitendum, ut adolescentes, si non plena ac perfecta, certe iusta et commoda imbuantur doctrina. Officium autem diligenter sancteque servandum esse semper existimavi. Itaque si qua sunt, quae aut in hac dissertatione aut in iis, quae subsequentur, parum scienter disputata videbuntur, alii damnum inde ortum meae potius fortunae iniquitati quam animi voluntati aut inertiae desidiaeque tribuere velint, etiam atque etiam rogo.

EXCURSUS XXVII. AD Il. Π, 227.

De particulis ὅτι μή et ὅτε μή in sententia conditionali positis.

---

§. 1.

Particulas in Homeri versu obvias iam veteribus ambigendi ac disceptandi materiam attulisse plura indicant. Eustathius quidem 1057, 14. cum libris plerisque concors ita disserit: ἰστέον δὲ καὶ, ὅτι, ὥςπερ ἡμεῖς ἰδιωτικώτερόν φαμεν οὐκ ἄλλῳ τινὶ εἰ μὴ τῷ Διὶ, τοῦτο Ὅμηρος μὲν οὕτω φησίν· οὔτε τῳ ἔσπενδεν, ὅτε μὴ Διί· οἱ δὲ ὕστερον ῥήτορες, ὅτι μὴ Διί. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πτώσεων, οἷον οὐδεὶς ἕτερος, ὅτι μὴ ὁ δεῖνα, καὶ οὐδένες ἄλλοι, ὅτι μὴ οἱ δεῖνα. οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ ῥημάτων, οἷον οὐκ ἄλλο τι ἔδρα, ὅτι μὴ ἐτρύφα. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ μετοχῶν καὶ ἐπὶ ἀντωνυμιῶν. Καὶ σημείωσαι, ὅτι ἐξ Ὁμήρου λαβόντες οἱ μετ' αὐτὸν εἶπον τὸ ὅτι μὴ τόδε. ἐν γὰρ τῷ „ὅτε μὴ Διὶ πατρὶ" τὸ μὲν τὲ παραπληρωματικῶς παρέλκει, τὸ δὲ ὃ ἀντὶ τοῦ ὅτι νοεῖται. Schol. contra Veneti A.: Ἀρίσταρχος, inquit, ὅτι· ἄλλοι δὲ διὰ τοῦ ε ὅτε. Quocum faciunt non modo scholl. LB., Venet. liber et Vindob. unus, sed etiam apud Athenaeum XI, 781. c. olim obtinuit ὅτι μή. Ergo grammatici in eo certe congruunt, quod ὅτι utrique subesse putant. Nam Eustathius ὅ idem atque ὅτι esse, τε vero abundare dicit, neque alia, ut opinor, Aristarcho fuit mutandi causa. Quod utrum in aliis etiam Homeri versibus suaserit necne, ignoramus, nihil enim ea de re usquam annotatum video. Ut vero recte et sincere iudicemus, primum quid sit ὅτι μή et unde ducat originem, nobis erit indagandum. Quo cognito ad particulas Homero et epicis usitatas ὅτε μή tuto licebit progredi. Iam Eustathius ὅτι μή scriptoribus aetatis posterioris admodum familiare fuisse vere tradit, id autem illos ab Homero esse mutuatos temere, ut videtur, suspicatur. Particulae enim illae quum apud Herodotum et plures alios increbrescant, plurimi, qui de particulis Graecis scripserunt, in iis explicandis studium et operam posuerunt. Ac plerique horum vel nihil certi definierunt, ut Devar. de part. Gr. ling. 275., vel ad ellipsin extrin-

secus advocandam confugerunt, sicut Hoogevenus et Zeunius; cf. hunc ad Viger. 552. Ille vero ἴσθι, hic ἢ supplendum putavit. Quare Thucydidis verba IV, 26 οὐ γὰρ ἦν κρήνη, ὅτι μὴ μία ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει τῆς Πύλου, καὶ αὐτὴ οὐ μεγάλη ita illustrant, ut ἴσθι μὴ μία vel ὅτι μὴ ἄλλη ἢ μία adiiciendum esse dicant. Neutrum horum rei et Graecorum usui aptum haberi potest; istorum ergo disputationes iure missas faciamus. Neque Heynius ad Il. vers. allatum meliore utitur successu, quippe qui ὅτι μὴ et ὅτε μὴ non tam vi ac natura, quam usu et dialecto dignosci arbitretur. Iccirco, quia conditio abesse videtur, particulam hypotheticam mente subiiciundam esse dicit, hoc modo: οὐ σπένδεσκεν, εἰ μὴ ὅτε σπένδεσκε Διὶ πατρὶ eodemque adiumento utitur ad Thucydidis verba explicanda, quae ita iungit: οὐ γὰρ ἦν κρήνη, εἰ μὴ ὅτι μία ἦν. At ellipsis ista mira profecto et dura ponit ea, quae nemini sano in mentem possunt venire. Primum enim ista verborum ambages, cuius nihil prorsus utilitatis ad nos redundet, absona est, deinde particulae ipsae ita pervertuntur, ut orationis perspicuitati non prosint, sed ei officiant. Merito igitur istam Heynii rationem alii sunt aspernati.

Iam si Herodotum, cui ὅτι μὴ in deliciis fuit (cf. Schweighäus. Lexic. Herod. 161.) contuleris, Hermannum ad Viger. 849, 347. ea de re melius ac scitius praecepisse admodum verisimile est. Etenim hic inventis priorum reiectis fontem dictionis inde repetit, quod, quum Herodot. I, 143. scripserit: ὅτι γὰρ μὴ Ἀθῆναι, ἦν οὐδὲν ἄλλο πόλισμα λόγιμον, recte dicitur: οὐδὲν ὅ τι μὴ Ἀθῆναι: nihil quod non sit Athenae, i. e. omnia sunt Athenae; praeter Athenas nihil est; nihil est nisi Athenae. Hoc ubi usu invaluerat, eadem ad alia structura mutata transferre coeperunt, quo ex genere sit Thucydidium illud, quod dicendum fuerit: οὐδὲν ἦν ὅ τι μὴ κρήνη μία, nihil erat, nisi quod erat unus fons. Isti Hermanni iudicio adstipulatus est Schweighaeuserus l. all., et alia quaedam, quibus sententiam suam comprobaret, adiecit argumenta, velut Herodoti illud II, 60 συμφοιτέωσι δὲ, ὅ τι ἀνὴρ καὶ γυνή ἐστιν. Procedente autem tempore memoriam huius originis paene intercidisse ex eo patet, quod plurimi scriptores ὅτι μὴ

et ὅτι γὰρ μή ita dicunt, ut Latinorum nisi prorsus congruat. Multa eius rei exempla ex Pausaniae descriptione Graeciae nuper collegit Siebelis ad libr. I. c. 18, 6.

Verum de his videant alii. Ex iis autem, quae viri docti non sine magna veri specie disputarunt, ὅτι μή et ὅτε μή tum origine tum significatione differre efficitur. Illud enim e pronomine indefinito et particula negativa est compositum, huic particula temporis et negativa originem dederunt. Quare consequens erit alterum quod non, alterum quando non sive nisi quum indicare. Neque Eustathio fides est habenda dicenti ὅτι μή recentiores ex Homero duxisse, neque τε abundare recte putabis. Primum enim Homerus ὅτι μή ne novit quidem, deinde ὅτε μή, quo passim utitur, ad alios transiit epicos, denique id ipsum, quod iam propius intueamur, non modo negativa praecedente, verum etiam in alia sententiarum conformatione reperitur.

§. 2.

Homerus quidem ter in Iliade, bis in Odyssea ὅτε μή coniunxit; vid. 13, 319. 14, 248. Od. 18, 197. 23, 185. In quibus ter praecedit negatio, bis ea abest, primum in Il. 13. 319., de quibus in Excurs. XXIII. egimus, deinde in Odyss. 23, 185. Ibi Ulyxes Penelopae mendacia quaedam, quibus advenam sibi ignotum exploret, fingenti indignabundus sic respondet:

> τίς δέ μοι ἄλλοσε θῆκε λέχος; χαλεπὸν δέ κεν εἴη
> καὶ μάλ' ἐπισταμένῳ, ὅτε μὴ θεὸς αὐτὸς ἐπελθὼν
> ῥηϊδίως ἐθέλων θείη ἄλλῃ ἐνὶ χώρῃ·

Quaerit igitur Ulixes, quis fuerit, qui alio transtulerit lectum, difficile enim id homini vel peritissimo fuisse factu, quando non sive nisi forte deus aliquis superveniens ipse facili negotio illum alio in loco posuerit. Quibuscum reliqua fere conciunt; etenim in omnibus, si a versu nostro discesseris, ad rem magis augendam pronomen αὐτός inseritur, omnia vero conditionem tempore quasi includunt. Pari vero modo in sermone vernaculo alternant et sibi invicem commiscentur wenn et wann, wenn nicht et wann nicht, Latini autem vel temporali substituunt hypotheticam nisi; vel utram-

que in unum coniungunt: nisi forte. Minus aptum hisce omnibus erit ὅτι, ut e pronomine ὅς τις profectum, neque enim quidquam adest, quod relativum possit spectare. In Iliade vero 16, 227., ubi tale quid inesse possit: οὔτε τινὶ σπένδεσκε θεῶν, ὅτε μὴ Διὶ πατρί, i. e. neque alii cuiquam deorum (eo) libavit, nisi Iovi patri, verbum e superioribus repetendum esse sua sponte apparet. Non eadem, sed similis certe verbi substantivi ellipsis aliquoties deprehenditur, ubi particula ὅτε sola legitur, velut in Il. 13, 335

ἤματι τῷ, ὅτε τε πλείστη κόνις ἀμφὶ κελεύθους —

Callimach. in Del. 65.

νύμφαι δ' αὖ κλαίουσιν, ὅτε δρυσὶν οὐκέτι φύλλα.

add. Il. 16, 433.

Ab Homero poetas alios ὅτε μὴ traduxisse constat, velut Callimach. in Pall. lav. 101., dorica usus forma:

— — — — Κρόνιοι δ' ὧδε λέγοντι νόμοι.
ὅς κέ τιν' ἀθανάτων, ὅκα μὴ θεὸς αὐτὸς ἕληται,
ἀθρήσῃ, μισθῷ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλῳ.

Quae Homericis quibusdam apprime conveniunt. Tum idem ter profert Apollon. Arg. I, 245.

αὐτῆμάρ κε δόμους ὀλοῷ πυρὶ δηώσειαν
Αἰήτεω, ὅτε μή σφιν ἑκὼν δέρος ἐγγυαλίξῃ.

Ib. IV, 409.

οὐδ' ἂν ἐγὼ Κόλχοισιν ὑπείξω μὴ πτολεμίζειν
ἀντιβίην, ὅτε μή με διὲξ εἰῶσι νέεσθαι.

Ib. v. 587.

— — — — οὐ γὰρ ἀλύξειν
ἔννεπεν, οὔτε πόνους δολιχῆς ἁλὸς οὔτε θυέλλας
ἀργαλέας, ὅτε μὴ Κίρκη φόνον Ἀψύρτοιο
νηλέα νίψειεν· — — — —

Semel idem est in hymn. Homeric. in Mercur. 93

καὶ σιγᾶν, ὅτε μή τι καταβλάπτῃ τὸ σὸν αὐτοῦ.

Apposui, ut iudicium nostrum magis patesceret aliis, locos veterum integros. Ubique enim particulae

ὅτε μὴ tempus, quod conditioni adstringitur, denotant. Ita Callimachi versus erunt explicandi: leges a Iove latae sic praecipiunt, ut quicunque deorum aliquem, nisi forte ipse (deus) voluerit, adspexerit, illum cum magno suo videat detrimento. Eiusdem generis sunt reliqua et alia finitima, si quae fortasse apud alios reperiantur. Neque scriptores pedestres ista Homeri loquutione prorsus abstinuisse Plutarchus ostendit vit. Lycurg. c. XXIV extremo: χοροὶ δὲ καὶ θαλίαι καὶ εὐωχίαι καὶ διατριβαὶ περί τε θήρας καὶ γυμνάσια καὶ λέσχας τὸν ἅπαντα χρόνον ἐπεχωρίαζον, ὅτε μὴ στρατευόμενοι τύχοιεν, i. e. tripudia vero et commessationes et epulae et exercitationes tum in venationibus tum in gymnasiis tum in circulis per omne tempus iis erant sollemnes, nisi forte in bellum essent profecti. Sustuli autem in his comma, quo non sine sensus dispendio post λέσχας vulgo distinguunt, deinde quum tempus, per quod Spartani ab exercitiis paternis cessaverint, indicetur ὅτε μὴ scribendum fuisse Chaeroneo facile intelliges. Quae quum ita sint, Aristarchi lectionem ὅτι μὴ Διὶ πατρὶ et ab Homeri usu et a dicendi proprietate abesse suspicari licet. Orta vero illa est e coniectura speciosa quidem, sed falsa, qua veteres quidam inducti ὅτι μὴ et ὅτε μὴ sibi affinia esse, alterumque ex altero effloruisse censerent. Illi vero opinioni non solum epicorum obstat consuetudo, verum etiam modus, quem sibi poscit utraque. De quo quidem ut pauca attexamus, virorum doctorum controversiae ea de re agitatae nos admonent.

Iam vero quum ὅτι μὴ id, quod factum esse aut fieri dicitur, soleat spectare, verbi indicativum ei adiungi consentaneum est. Hic quidem modo additus legitur, modo e superioribus est iterandus; vid. Herodot. I, 18, 181. II, 13. III, 125, 160. et Siebel. ad Pausan. I. p. 59. Plus diversitatis ὅτε μὴ permittit et pro varia cogitandi ratione variam sibi exposcit structuram. Minus id reputavit Thierschius, qui et in Act. Monac. I, 8. 4, 206. et in gr. Gr. §. 322, 14. a. Apollonii potissimum auctoritate impulsus subiunctivos aptiores et Homero paene restituendos autumavit. Nam ὅτε μὴ conditionem dicit indicare, sub qua tollatur quod praecessit, eaque de causa requiri coniunctivos. Thierschio obviam ivit Hermannus in Opusc. II, 36., qui quum

in omnibus Homeri locis sermo sit de re, quae vix exspectari possit, sed semper aliquid fingatur, et id tale, quale ne credibile quidem sit, optativos merito praeferendos iudicat. At ei Thierschius in Act. Mon. I, 4, 477. haud iniuria, credo, obiicit nihil Homericorum esse tale, quod exspectari non possit: nam et deum senem in iuvenem transformare et Iovem fulmina deiicere posse, eaque reapse mittere in Odyssea; add. Il, 7, 479. 8, 133 sqq. Hoc quidem lubenter largimur Thierschio, sed nihilominus ea, quae inde colligit, falsa ducimus. Etenim particulae ὅτε μή, quum idem atque εἰ μή significent, hae autem ipso Thierschio iudice vel optativum vel indicativum postulent, modos hosce ne ab illis quidem abesse consequens est. Indicativo vero locus est in re certa atque in facto posita, cuius exemplum praebet Il. 16, 227., neque eundem modum, quum Iupiter Homericus somno indulgeat, Lipsiensis liber et Eustath. in Il. 14, 248., absurde substituerunt. Cogitari enim potest utrumque: nisi ipse iubet, sive: nisi ipse iusserit. Nec minus indicativus, qui plurimorum fuit librorum, praesertim quum idem praecedat, haud inepte revocabitur in loco Apollonii Rhodii nostris cognato IV, 1656

> κέκλυτέ μευ· μούνη γὰρ ὀΐομαι ὔμμι δαμάσσειν
> ἄνδρα τόν, ὅςτις ὅδ' ἐστὶ, καὶ εἰ παγχάλκεον ἴσχει
> ὃν δέμας, ὁππότε μή οἱ ἐπ' ἀκάματον πέλοι
> (πέλει) αἰών.

Cur enim Medea sive poeta ab alio ad alium modum transire maluerit, nemo facile dixerit. Contra ubi res in sola versatur cogitatione et is, qui loquitur, nihil curat, utrum id, quod proferat, eventurum sit nec ne, optativus eligatur necesse est. Huc pertinent Homeri exempla paene omnia, unde iis optativum aptissimum existimaverim, nec distat Apoll. IV, 588., ubi vocale navis lignum Argonautis praedicit, nisi Circe expiaverit Absyrti caedem, maris et tempestatum pericula evitari non posse. Ab his denique paullo recedunt ii loci, qui subiunctivum offerunt. In his enim ὅτε μή respondet particulis ἢν μή et conditionem positam adstringit experientiae. Manifesto id prodit Callimachus, qui deum conspicato, nisi forte deus ipse se obtulerit hominis oculis, gravem poenam propositam esse dicit. Quod quum e numinis voluntate pendeat et eventu demum

sit cognoscendum, subiunctivo opus esse intelligitur. Neque aliter statuendum est de iis, quae tum in hymn. Homeric. in Merc. tum apud Apollon. Arg. IV, 409. leguntur. Utrumque enim sic affirmatur, ut experientia, utrum conditio locum habeat nec ne, sola sit comprobatura. Aliter indicari potest de Apollonii verbis I, 245. lectis, id quod Hermannus significasse videtur. Ibi enim, quum optativus antea legatur, res in cogitatione sola posita esse videtur, ideoque ἐγγναλίξαι rescribi poterit. Verum subiunctivum licet defendere, quandoquidem statueris Argonautas, vellere ab Aeeta denegato, eius aedes incendio statim esse concrematuros.

His igitur legibus particularum, de quibus exposui, et significatum et modi adiecti varietatem teneri crediderim. Ne quis autem putet me alienae segeti immisisse falcem, eadem propemodum, sed brevius olim a me prolata esse addo in Supplement. Ephemer. litter. Ienens. a. 1817. vol. II. p. 38. Sicut vero Thierschius in gr. Gr. I. all. nostra respexit, iisque motus minus fidenter loquutus est, ita ego quoque ea, quae ille recte monuit, dissimulare nolui. Quare unum dumtaxat est, quod prioribus subiungam, nullam prorsus fidem esse coniunctivo in Il. 13, 320, quippe quem sola Barnesii libido, ut videtur, procuderit.

EXCURSUS XXVIII. AD Il. Σ, 485.

De vi et usu verbi στεφανοῦσθαι apud epicos.

§. 1.

Poeta in Iliados versu allato artem Vulcani admirabilem in Achillis clypeo haec effinxisse narrat:

ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ', ἐν δ' οὐρανόν, ἐν δὲ θάλασσαν,
ἠέλιόν τ' ἀκάμαντα, σελήνην τε πλήθουσαν,
ἐν δέ τε τείρεα πάντα, τάτ' οὐρανὸς ἐστε-
φάνωται —

E quibus statim enumerat Pleiadas, Hyadas, Orio-

nem et Ursam sive plaustrum. His simillima praebet Hesiodus in Theog. 382, ubi de siderum ortu sic refert:

τὰς δὲ μετ' ἀστέρα τίκτεν Ἑωςφόρον Ἠριγένεια,
ἄστρα τε λαμπετόωντα, τάτ' οὐρανὸς ἐστε-
φάνωται.

Singula verum horum quomodo sint expedienda, et haerere possis, et haeserunt doctissimi quique. Itaque primum aliorum cognoscamus vel interpretationem vel coniecturas, tum usum Homeri et epicorum diligentius perscrutati, quid nobis verisimillimum videatur, breviter et dilucide explanemus. Zenodotum totam clypei Achillei descriptionem temere reiecisse schol. A. ad v. 483. nobiscum communicavit; ait enim: ὅτι Ζηνόδοτος ἠθέτηκεν ἀπὸ τούτου τοῦ στίχου τὰ λοιπὰ ἀρκεσθεὶς τῇ κεφαλαιώδει προςκθέσει. Ὅμηρος δὲ οὐκ ἂν προετραγῴδησε τὰ κατὰ τὰς φύσας, εἰ μὴ καὶ τὴν ποικιλίας κατασκευὴν ἔμελλε διατίθεσθαι. Neque Zenodotus versus, qui ipsi erant suspecti, prorsus sustulisse censendus est, id quod inde licet intelligi, quod quomodo in singulis constituendis fuerit versatus, iidem interpretes passim tradunt. Indicio est vers. 485. ipse, cui apponit schol. A: Ζηνόδοτος ἐστήρικται, Ἀρίσταρχος ἐστεφάνωκεν. Apparet ergo vulgare displicuisse utrique. Num quid amplius mutaverint, minus certum est, Heynius enim οὐρανὸν pro suo arbitrio illis largitur, etsi schol. nihil eiusmodi annotavit. Neutro vero casu, sive οὐρανὸν ἐστήρ. aut ἐστεφάν. sive οὐρανὸς ἐστ. aut ἐστεφ. scripseris, multum proficimus. Primum etsi στηρίζειν ac στηρίζεσθαι siderum coelo quasi infixorum aliorumque finitimorum privum sit ac proprium (vid. Hom. Il. 11, 28. hymn. Hom. in Merc. 11. Arat. Phaen. 10. 230. 274. 351.), ei tamen nec quartus nec primus casus est accomodatus, velut exempla, quae modo adduximus, aperte demonstrant. Aristarchum autem, si revera assumpsit ἐστεφάνωκεν, nominativo praetulisse οὐρανὸν credibile est. At activum alias ne norit quidem poeta, deinde id ipsum de stellis, quae coelum quasi distinguunt et ornant, noviter et mire dictum esset, quandoquidem dari soleat iis, qui alios, ut victores, honoris corona cingant. Ad haec accedit, quod nullum aliud eius rei vestigium unquam cernitur in Homericis, quanquam activum interdum conveniat melius. Haec si consideraveris, vel de scholiastarum fide vel de grammaticorum

medelis incommodis et poetae sermone alienis licebit dubitare, et dubitat Wolfius in Proleg. p. 243. not. 29.

Eustathius multa quidem de singulis, quae recensentur, stellis disputavit, verba autem praecedentia non attigit. Recentiores propemodum omnes, nullam difficultatem subesse rati, haec silentio praeterierunt, vel interpretandi causa paucissima quaedam addiderunt. Plerique autem Homerica transferunt, quibus coelum redimitum ornatur, ut τάτε idem sit atque καθ' ἃ sive οἷς οὐρανὸς κεκόσμηται, quod Bothius e schol. brev. traduxit, cf. Heynii Observatt. Bothium ad l. l. Dammii Lex. Hom. 871. a. Passov. Lex. Gr. II, 956 sq. Quam explicationem tametsi veram reique commodam habuerim, nemo tamen, quantum scio, eius rationem reddere studuit praeter Matthiaeum. Is in gr. Gr. §. 421, annot. 3, c. e duplicis iuncturae confusione Homericum repetendum arbitratur. Quod ut probet, ita fere disserit: „interdum duae constructiones in unum coaluisse videntur, velut Il. Σ, 485 ἐν δὲ τὰ τ. π., τάτ' οὐρανὸς ἐστ., quia στεφανοῦν non modo significat aliquid corona circumdare, coronare, verum etiam aliquid in coronae modum circumponere (herumlegen), velut νῆσον περὶ πόντος ἐστεφάνωται Od. κ, 195. cll. Il ε, 739. λ, 36. ξ, 153, ergo ἀστέρες ἐστεφάνωνται περὶ οὐρανόν, dici enim potest στεφανοῦν οὐρανὸν et στεφανοῦν ἀστέρας." Verum enim vero multa et gravia his opponi possunt. Ut enim taceam activum Homero et antiquissimis quibusque fuisse ignotum στεφανοῦν ἀστέρας astra coronae instar alicui circumdare nunquam significabit, sed astris coronam imponere sive astra coronare. Soli enim passivi praeterito ea quadrat potestas, qua et corona cinctum esse et in coronae modum aliquid ambire indicet. Deinde exempla omnia, quibus nititur Matthiaeus, praepositionem aliquam habent adiunctam, eaque demum ambiendi notio infertur. Itaque e structurae confusione, quae cogitari nequit, nihil ad nos redundabit utilitatis. Haec ut aliis manifestius etiam appareant, epicorum usum et dicendi consuetudinem altius replicemus oportebit.

§. 2.

Activum igitur στεφανοῦν, ut ab eo ducamus princi-

pium, apud Atticos demum scriptores orationis et solutae et numeris adstrictae invaluisse Lexica testantur (vid. Steph. Thes. Gr. ling. V, 6733. d sqq.), in epicorum autem monumentis rarum est et insolitum. Ac si quando obvenit, vel proprie vel translate dicitur. Significat ergo et coronam alicui imponere et honore aliquem afficere sive ornare. Priore ex genere est Callimachi versus epigr. 70, 1

η γρηὺς Νίκω Μελίτης τάφον ἐστεφάνωσε
παρθενικῆς· — — — — —

Translate accipi potest in Manethon. apotel. I, 102

καὶ Κρόνος εὐδόξως ἀγορανόμον ἐστεφάνωσεν.

Denique Oppiano in Cyneg. IV, 90. activum cum quarto casu iunctum notat circumducere; scribit enim:

ἔκτοθε δ' αὖ βόθροιο περίτροχον ἐστεφάνωσαν
αἱμασίην, — — — — — —

Plura utriusque vocis et activae et passivae testimonia colligi possunt ex epigrammatum scriptoribus Anthologiae Graecae; vid. Iacobs. Animadv. VI, 244 et Addend. ad Anthol. Pal. p. XLIII. Multiplicem autem et variam eius structuram passim attingunt viri docti: nam non modo στεφανοῦν τινα, sed etiam στεφανοῦν τινά τινι tritum ac pervulgatum fuit, idque ipsum duplici iterum modo et proprio et translato usurpatur (cf. Iacobs. ad Philostr. Im. 25, 21. p. 294.), porro dativus mutari potest genitivo, cuius exempla protulerunt Schaefer. ad Phalar. epist. 149. et Bernhard. de synt. Gr. 146. Alia ratio est medii στεφανοῦσθαί vel στεφανώσασθαί τινί τι in alicuius honorem se coronare vel coronari. De quo dicendi genere breviter disserit Bernhard. l. all. 86; add. Dissen. ad Pindar. Nem. VI, 18.

Transimus ad passivum, cuius tertiam perfecti et plusquamperfecti apud epicos vigere diximus. Itaque ἐστεφάνωται, ἐστεφάνωνται et ἐστεφάνωτο tum apud Homerum tum apud alios saepe leguntur. Horum autem significatio prima et magis crebra est ea, qua quid coronae instar alicui circumfundi dicitur. Quod ubi locum habet, praepositione adverbiove coniunctis ea verbi vis certius describi solet, idque cognoscimus ex illis, ad quae Matthiaeus provocavit, nec dissimilia alii suggerunt, velut hymn. Homer. in Ven. 120

πολλαὶ δὲ νύμφαι καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι
παίζομεν, ἀμφὶ δ' ὅμιλος ἀπείριτος ἐστεφάνωτο· —

i. e. nobis immensa hominum turba erat circumfusa; vid. Hesiod. Scut. 204. Apoll. Arg. III, 1214. Hinc de Oceano circumfluo praepositione omissa scripsit Quint. Posthom. V, 99

πάντα δ' ἄρ' ἐστεφάνωτο βαθὺς ῥόος ὠκεανοῖο.

A quo non multum abest Oppian. in Halieut. I, 258

οὕνεκα τοῖς καθύπερθεν ἑλισσομένη κατὰ κύκλον
ὀφρὺς ἠερόεσσα περίδρομος ἐστεφάνωται.

Idem vero vicissim traducitur ad ea, quae corona quasi sunt cincta sive coronata. Indicat igitur ἐστεφάνωται rem corona esse circumdatam. Quód ut clarius pateat, dativus eius, quo quid implicatur, in plena structura interdum apponitur; velut eo utitur Oppian. in Cyneg. II, 121 sq.

οὔρεσί τ' ἀμφοτέρωθε περίδρομος ἐστεφάνωτο
τειναμένοις ἑκάτερθεν ἐπ' ἀλλήλοισι κάρηνα.

His fere concinunt I, 175 et Dionys. Perieges. v. 402, ubi praeteriti participium eadem lege adest:

κόλποις εἰναλίοις ἐστεμμένη ἔνθα καὶ ἔνθα.

At in aliis quibusdam nominativus simplex praepositione aliqua subiecta poetis satisfecit. Quo ex genere duo sunt Dionysii eiusdem exempla 4 et 155; altero autem horum totus terrarum orbis mari circumfusus describitur hisce:

— — — — — — *ἐν γὰρ ἐκείνῳ*
πᾶσα χθών, ἅτε νῆσος ἀπείριτος ἐστεφάνωται. —

altero insulae ipsae iuxta Oceani fluenta coronatae, i. e. maris ambitu circumdatae, dicuntur:

ἄλλοι δ' Ὠκεανοῖο παρὰ ῥόον ἐστεφάνωνται.

Haec ad Homeri et Hesiodi similitudinem efficta esse intelligitur. Itaque nominativus τάτ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται habet quo se tueatur. Stellae vero, quae coronae instar coelum distinguunt et ambiunt, de more Graecorum quarto casu sunt adiunctae. Nihil igitur pravi et corrupti Homericis verbis subest, etsi structura

antiquior apud posteriores paene abiit in oblivionem, et plurimi horum dativum accusativo praeferendum existimarunt. Comparavit quidem cum nostris Oppiani versus, qui in Cyneget. III, 345 sqq. feruntur, Henric. Stephanus in Thes. ling. Gr. I. all. Sed vereor, ut ii a prioribus satis recte sint explicati, neque, si vel maxime apta esset illorum interpretatio, nostris valde conveniant. Agit autem poeta ille de tigridis pelle versicolore et maculis distincta hisce:

> *πάντα μὲν ἀθρήσειας ὀρέσβιον οἷα λέαιναν,*
> *νόσφι μόνου ῥινοῖο, τὸν αἰόλον ἐστεφάνωται,*
> *δαίδαλα πορφύροντα καὶ ἄνθεσι μαρμαίροντα.*

Haec vulgo quidem ita reddunt, ut structura Homericae similis evadat. Vertunt enim: „tota apparet tanquam monticola leaena praeter solam pellem, qua varia circumdata est, varie purpurascente et floribus micante." Referunt igitur ultima ad pellem solam purpura quasi interlucentem et floribus radiantem, *δαίδαλα* vero adverbii vice fungi putant. Sed haud scio, an postrema, commate in secundi fine sublato, potius sint coniungenda hoc sensu: „quam versicolorem maculae purpureae et floribus splendidae distinguunt." Quo probato et oratio procedit lenius, et pellis ornatus et flores, quibus est variegata, luculentius et manifestius apparent. Nec vulgaris ratio Homericis ab omni parte quadrat; adiicitur enim id, quod ab Homero abesse videmus, varius pellis color, qui eximium tigridi praebet ornamentum. At de his iudicent lectores. Oppianus vero in istis describendis Leonino, quem vocant, usus est versu, ab imperitis saepe notato; iniuria, ut opinor. Quemadmodum enim ne Latini quidem poetae, quibus sermonis indoles maiora obiecit impedimenta, ab isto poesis lenocinio prorsus abstinent, ita nihil crebrius deprehenditur in Graecorum carminibus cf. Oppian. Hal. I, 185, 595. II, 288, 591. III, 442. IV, 246, 288, 360, 453. V, 269, 289, 319, 350, 549. Cyneg. I, 53, 75, 149, 286, 342, 463, 527. II, 125, 135, 167, 444, 452, 503. IV, 112, 139, 196, 251, 429.

EXCURSUS XXIX. AD IL. Σ, 570.

Λίνος utrum poetae chordam an carminis genus significet, quaeritur.

---

§. 1.

Poeta puerum in vindemia ad chordarum modos canentem sistit hisce:

τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ
ἱμερόεν κιθάριζε· λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν
λεπταλέῃ φωνῇ — — — — —

E quibus versus medii clausula ab antiquissimis inde temporibus virorum doctorum ingenia exercuit, aliis ad aliam interpretationem propensis. Haec ut apte et convenienter pertractemus, et causa cognita recte et prudenter rationes subducamus, primum veterum placita in medium proferamus, iisque recentiorum iudicia subiungamus. Illa vero a scholl. Venetis, Victorii et Didymi, Eustathio denique 1164, 27 sqq. ita exponuntur, ut eadem verbis paullulum mutatis aut amplificatis saepius repetant, tum Bekkerus et Villoisonius in Venet. scholiorum editionibus singula vel traiiciendo vel omittendo vel addendo rem incertam et dubiam non tam expedierunt, quam magis etiam turbarunt et permiscuerunt. Quo fit, ut, quid cuique scholiastarum sit assignandum, vix possis dirimere. Huic incommodo eam solam medelam relictam esse video, ut singula singulorum plena atque integra, Villoisonii varietate enotata, describam. Ita enim agendo iis, qui haec legent, facultas iudicandi libera erit et nullius auctoritati obnoxia. Iam scholiasta brevis, cuius notam Venet. A. non ignorat, poetae verba explanat hisce: λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε· ἤτοι τὸν λίνον ᾖδεν, ὃ ἐξῆπτο ἀντὶ νεύρων τῆς κιθάρας, ἐπεὶ οἱ πρῶτοι τοῖς θεοῖς μετὰ ᾠδῆς ὑποκιθαρίζοντες οὐκ ἐξ ἐντέρων κατεσκευάζοντο τὰς κιθάρας, οὐχ ὅσιον οὐδὲ θεοῖς ἀρεστὸν εἶναι ὑπολαμβάνοντες διὰ τὸ ἐκ νευρῶν πεποιῆσθαι, ἀλλ' ἐκ λίνου πεποιημένον, ἢ λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν ἀντὶ τοῦ τὴν ἐπὶ Λίνῳ τῷ Ἀπόλλωνος παιδὶ ᾠδήν, ὄντι νηπίῳ καὶ ὑπὸ κυνῶν ποιμενικῶν διασπασθέντι,

πρώτην ᾀσθεῖσαν. Tum schol. A, initio versus praefixo, commentatur ita: παρὰ Ζηνοδότῳ λίνος δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος βούλεται μὴ τὴν χορδὴν λέγεσθαι, ἀλλὰ γένος τι ὕμνου τὸν λίνον, ὥςπερ εἰ ἔλεγε παιᾶνα ᾖδεν ἤ τι τοιοῦτον· διὸ ἡ διπλῆ. Cum his statim componit Villoisonius observationem a Bekkero in finem reiectam, quae, quum de nominis tenore quaerat, haud iniuria habenda erit Herodiani. Continet vero haec: τὸ λίνον κατὰ βαρεῖαν τάσιν προενεκτέον, ὅτι ἂν σημαίνῃ, εἴτε τὴν λινῆν ἐσθῆτα, εἴτε καὶ ἐπὶ τῆς χορδῆς τάσσοιτο, εἴτε καὶ αὐτὸ τὸ λεπτὸν νῆμα, εἴτε σημαίνοι εἶδος ὕμνου, ὥςπερ καὶ ἐνθάδε, ὡς παιὰν καὶ διθύραμβος. Quae sequuntur, utrum scholl. AVB. sint communia, an e scholiis libri Venet. B. solis ducta, in mira Bekkeri et Villoisonii dissensione nolim pro certo dicere. Ea vero sic procedunt: Ἀρίσταρχος εἶδος ᾠδῆς τὸν λίνον φησὶν, ὡς παιᾶνα καὶ εἴ τι τοιοῦτον, ἀπὸ Λίνου τοῦ ἥρωος· ἡ δὲ κατὰ Λίνου ἱστορία παρὰ Φιλοχόρῳ (ἱστόρηται Villois.) ἐν τῇ ιθ' Bekker. (καὶ παρὰ Μελαννιπίδῃ· ἥ τε καλουμένη σφαῖρα ποίημά ἐστιν. εἰς τὸν Λίνον, ἀναφέρεται δὲ εἰς Ὀρφέα, haec omnia desunt apud Villoisonium). φασὶ γὰρ, ὅτι τὸ πρῶτον ἀντὶ χορδῶν λίνῳ ἐχρῶντο πρὸς τὴν κιθάραν (ἀπομείναντος τοῦ ὀνόματος, ὡς καὶ λίθον τὴν ἄγκυραν καλοῦσιν ἕως νῦν. οἱ δὲ, ὅτι ἄγροικος ὁ παῖς λίνον ἐντετάκει τῇ κιθάρᾳ, his iterum caret Villois.), ὁ δὲ ἥρως οὗτος ὁ Λίνος καταλύσας τὸ λίνον πρῶτον χορδαῖς ἐχρήσατο, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀνῃρέθη. φασὶ δὲ αὐτὸν ἐν Θήβαις ταφῆναι καὶ τιμηθῆναι θρηνώδεσιν ᾠδαῖς, ἃς λινῳδίας ἐκάλεσαν. ἔστι δὲ μέλος θρηνητικὸν ὁ λίνος μετ' ἰσχνοφωνίας ᾀδόμενος. ἄρα οὖν ὁ νεανίας διὰ τῆς μιμήσεως ταύτης τὰ κατὰ τὸν λίνον ᾖδεν· ἐθρηνεῖτο γὰρ οὗτος παρὰ τῶν Μουσῶν οὕτως. Versus, qui deinceps leguntur, schol. Vict., Eustathio aliisque ducibus, emendatius protulit Bekkerus. Iis vero iam Brunckius in Anal. poet. Gr. III, 252. locum concessit, et post eum Iacobs. in Anthol. Gr. IV, 220. et in appendic. Anthol. Pal. II, p. 878. carm. 390. Praeter Eustathium epigramma illud tum in Eudociae Violario tum apud Phavorin. invenitur; sonat autem ita:

ὦ Λίνε, πᾶσι θεοῖσι τετιμένε, σοὶ γὰρ ἔδωκαν
ἀθάνατοι πρώτῳ μέλος ἀνθρώποισιν ἀείδειν

ἐν ποδὶ δεξιτέρῳ· Μοῦσαι δὲ σὲ θρήνεον αὐταὶ
μυρόμεναι μολπῇσιν, ἐπεὶ λίπες ἡλίου αὐγάς.

Scripsi autem in versu tertio Μοῦσαι δὲ σὲ θρ. pro Brunckii lectione σ' ἐθρήνεον, quam nemó fere agnoscit; versu quarto Eudoc. p. 277. μελπόμεναι μολπ., quod carmini lugubri parum congruit, perperam exhibet. Hesiodi fragmentum de eodem Lino ex Eustathii commentariis in Hesiodi reliquias retulerunt, ut Göttling. fr. Hesiod. XCVII; in schol. Victor. valde corruptum est. Epigrammati, quod supra apposui, subiiciuntur haec: ἡ δὲ ὑπὸ περιττεύει. τάχα οὖν ᾄδειν τοῖς τρυγῶσι λέγει τὸν νέον πρὸς τέρψιν καὶ ἐπικουφισμὸν τῶν πόνων. Quae ut e schol. B. deprompta Bekkerus insignivit, dum Villoisonius priora etiam huic adscribit interpreti. Denique praeter Hesiodi versus, de quibus dicebam, tres alios in Lini tumulum compositos Bekkerus e schol. Victor. adiecit:

κρύπτω τὸν θεὸν ἄνδρα Λίνον, Μουσῶν θεράποντα,
τὸν πολυθρήνητον Λίνον αἶ Λίνον, ἧδε πατρῴα
φοιβείοις βέλεσιν γῆ κατέχει φθίμενον.

Hoc quidem poematium Welcker. in docta de Lino dissertatione, quae Diar. schol. Darmstadin. II, 1 p. 7 sqq. a. 1830. inserta est, p. 34. annot. 83. repetit, idque in Anthologiam Graecam recipiendum statuit. At minus attendit singula hiare, neque apta coire iunctura. Ab initio enim tumulus, ut saepe fit, loquens inducitur, in versu autem tertio et secundo structura est longe diversa. Quare mihi admodum verisimile est duo epigrammata in Lini tumulum scripta, pentametro prioris neglecto, temere in unum coaluisse.

Eustathius l. all. in plerisque cum scholiis Homericis concinit, sed e suae doctrinae penu nova quaedam subiicit. Quare, epigrammate priore et Hesiodi versibus recisis, ab eo quae sint notata addere non gravabor. Praecipit igitur de versu Homerico hisce: τὸ δὲ „λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν," ἢ ἀντὶ τοῦ τὸν καλὸν ἐκεῖνον ἥρωα Λίνον ἄειδεν, ἢ καλὸν ἀντὶ τοῦ καλῶς λίνον ἄειδε. λίνον δὲ εἶδος ᾠδῆς κατὰ Ἀρίσταρχον ἢ ὕμνου, ὡς καὶ ὁ παιὰν καὶ ὁ διθύραμβος. ὠνόμασται δὲ λίνος τὸ τοιοῦτον ᾠδικὸν εἶδος ἢ ὡς μετὰ λίνου ἤτοι χορδῆς ᾀδόμενος, ἢ ἀπό τινος Λίνου, ἀνδρὸς

ἥρωος· φασὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ ποιημάτιόν τι ἐπὶ τῷ Λίνῳ εἶναι, ὃ Σφαῖρα μὲν καλεῖται, εἰς Ὀρφέα δὲ ἀναφέρεται (vib. Lobeck. Aglaopham 382.). Φιλόχορος δὲ ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀναιρεθῆναι τὸν Λίνον φησὶ, διότι πρῶτος τὸν λίνον καταλύσας χορδῇ ἐχρήσατο εἰς μουσικῆς ὄργανον (vid. Siebel. Philoch. fragm. 98), ἐτάφη δὲ ἐν Θήβαις, καὶ ἐτιμᾶτο ὑπὸ τῶν ποιητῶν θρηνώδεσιν ἀπαρχαῖς, εἰς ὃν καὶ ἐπίγραμμά ἐστι τοιοῦτον· ὦ Λίνε — — — αὐγάς. καὶ Ἡσίοδος· Οὐρανίη δ' ἄρ' ἔτικτε — — καλέουσιν. ὁ μέντοι τὸν Ἡρακλέα διδάξας μουσικὸς Λίνος κατὰ τὴν παλαιὰν ἱστορίαν ἕτερος παρὰ τοῦτόν ἐστιν, οὗ Θεόκριτος μέμνηται, ὁ καὶ ἱστορήσας (Id. XXIV, 103), ὅτι τὸν Ἡρακλέα γράμματα Λίνος ἐξεδίδαξεν, υἱὸς Ἀπόλλωνος. φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ καὶ ὅτι λίνῳ ἀντὶ χορδῆς τῶν παλαιῶν χρωμένων πρὸς τὴν κιθάραν, ὕστερον μείναντος τοῦ ὀνόματος, ἡ χορδὴ λίνον καλεῖται, ὥςπερ, φασὶ, καὶ λίθος ἡ ἄγκυρα, ἐπεὶ πάλαι ποτὲ λίθος εἰς ἄγκυραν ἐχρημάτιζεν. ἄλλοι δὲ κατὰ Λίνον οὕτω συντομώτερον φράζουσιν. ἄγροικος νεανίας ὁ Λίνος, ᾠδῆς τινος εὑρετής, Οὐρανίας υἱός, ὃν ἀνεῖλεν Ἀπόλλων, ἐπεὶ τὸ λίνον καταλύσας χορδαῖς ἐνέτεινεν ὄργανον. Ἡρόδοτος δὲ λέγει, ὅτι παρὰ Αἰγυπτίοις Λίνος τις ἀείδεται (II, 79., vid. interpret.), καὶ θαυμάζειν ἐκεῖνός φησι τὸν Λίνον, ὁκόθεν ἔλαβε τὸ ὄνομα. λέγει δὲ καὶ, ὅτι κατὰ Αἰγυπτίους βασιλέως παῖς ἐκεῖνος μουνογενὴς ἦν· ἀποθανὼν δὲ ἄωρος θρήνοις ὑπ' Αἰγυπτίων ἐτιμήθη, καὶ ἀοιδὴ αὕτη καὶ μόνη σφίσιν ἐγένετο. ἐντεῦθεν δὲ ἀναφαίνεται, ὅτι κυρίως αἴλινος ὁ ἐπὶ τῷ τοιούτῳ Λίνῳ αἰαγμός, εἰ καὶ ἄλλως διφορεῖται τῇ σημασίᾳ κατὰ τὸν Ἀθήναιον (XIV, 619, c.), εἰπόντα, ὡς ἐν γάμοις μὲν ᾠδὴ ὑμέναιος, ἐν δὲ πένθεσιν ἰάλεμος, λίνος δὲ καὶ αἴλινος ἔν τε πένθεσι καὶ ἐπ' εὐτυχεῖ δὲ μολπῇ κατ' Εὐριπίδην (Hercul. fur. 345). ἡ μέντοι ἐξ Ἐπιχάρμου χρῆσις ἐθέλουσα τὸν αἴλινον ᾠδὴν ἱστουργούντων εἶναι οὐ τὸν Λίνον τὸ κύριον ἐγκεῖσθαι τῷ αἰλίνῳ βούλεται (del. hoc verbum), ἀλλὰ τὸ λίνον. ὡς δὲ καὶ πολλαὶ ᾠδαὶ ἦσαν, οἷον ἴουλος ἡ τῶν ταλασιουργῶν καὶ ἐριουργῶν, καὶ λιτυέρσης ἡ τῶν θεριστῶν, ὡς ἔστι καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ (Id. X, 41) εὑρεῖν, καὶ ὀλοφυρμὸς ἡ ἐπὶ θανάτοις καὶ λύπαις, καὶ βουκολισμὸς ἡ τῶν βοσκόντων, καὶ ἐπιμύλιος ἡ περὶ τοὺς ἀλετούς, ἔστι σὺν καὶ ἄλλοις ἐκ τῶν παλαιῶν ἀναλέξασθαι. ἄλλοι δὲ ἐπὶ λεπτοῦ τινος νήμα-

τος ἢ χορδῆς ἐνταῦθα τὴν τοῦ λίνου λέξιν τάττοντες οὕτω νοοῦσι τὸ „λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε λεπταλέῃ φωνῇ," ἀντὶ τοῦ μετὰ λίνου λεπτόν τι ἄειδε. ἡ δὲ ἱστορία καὶ τρεῖς παραδίδωσι Λίνους τὸν τῆς Καλλιόπης, καὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Χαλκιόπης, καὶ τὸν Νάρκισσον. παρασημειοῦνται δὲ οἱ παλαιοὶ καὶ ὅτι χορδὰς ἐπιστάμενος Ὅμηρος, ὅμως λίνον καλεῖ, καθὰ καὶ χαλκᾶ ὅπλα τὰ ἐκ σιδήρου. **Eustathii** observationes suas fecit **Phavor.** in Lex. 1182, 53 sqq., nec minus magna eorum pars in Eudociae Victor. l. all. refertus, nec tamen novi quidquam adiicitur. Imo Eudociae verba Eustathii ope non ita raro emendanda sunt et corrigenda.

Alii Graecae gentis scriptores vel Aristarcho accedunt, vel contrariam sequuntur explicationem. Illorum in numero ponendus est **Pausanias** IX, 29, 3. Is enim historia Lini breviter enarrata haec ait: οἱ δὲ Ἕλλησιν ἔπη ποιήσαντες, Ὅμηρος μέν, ἅτε ᾆσμα Ἕλλησιν ὂν ἐπιστάμενος τοῦ Λίνου τὰ παθήματα, ἐπὶ τῷ Ἀχιλλέως ἔφη τῇ ἀσπίδι ἄλλα τε ἐργάσασθαι τὸν Ἥφαιστον καὶ κιθαρῳδὸν παῖδα ᾄδοντα τὰ ἐς Λίνον. Versibus deinde Homeri recitatis Pamphum et Sappho adiungit; vid. **Welcker.** dissertat. p. 9 sq. Nec multum discrepat **Suid.** II, 449. Λίνος· εἶδος ὕμνου. Ὅμηρος λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν." οὐ διὰ τὸ τὰς χορδὰς ἀπὸ λίνου εἶναι, ἀλλ' εἶδος ὕμνον ᾖδον, ὡς παιᾶνα. ἢ λύρας χορδή. Add. **Hesych.** II, 482 sq. et **Phavor.** 1182, 42. At iis adversantur quum alii, tum **Heraclides Ponticus** in Photii Lex. 225, ubi sic traditur: Λίνον· Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός, ἐπειδὴ οἱ παλαιοὶ λίνοις ἀντὶ χορδῶν ἐχρῶντο· ἀλλὰ καὶ Ὅμηρος ἤδη χορδὰς ἐπιστάμενος λίνον καλεῖ· ἐγένοντο δὲ τρεῖς ἥρωες Λίνοι· Καλλιόπης· ὁ δὲ Ἀλκιόπης (Χαλκιόπης **Welcker.** corrigit) καὶ Ἀπόλλωνος. τρίτος δὲ Ψαμάθης τῆς Κροτίου καὶ Ἀπόλλωνος. Eadem in sententia fuit **Aelius Dionysius**, Eustathio teste, ad Il. 3, 421, 23: καὶ λίνον δὲ τὴν χορδὴν λέγειν ἐκ τῶν ἀνέκαθεν εἰς τοὺς ὕστερον καθήκει. πάλαι γάρ ποτε δοκεῖ λινέας εἶναι τὰς μουσικὰς χορδάς, ὡς καὶ ὁ Αἴλιος ὑποδηλοῖ; adde **Phavor.** 1182, 44. eadem repetentem, etsi male illic scribitur Αἴλινος. Eius autem etymologiae memoriam longe lateque diffusam fuisse ex grammaticorum scriptis intelligi potest. Vid **Etym. M.** 188, 7. **Gud.** 104, 31. **Zonar.** I, 370. v. βάρβιτος.

Haec fere sunt, quae vel commentatores veteres

vel scriptores alii ad Homericum versum et illustrandum et explicandum nobis reliquerunt. In magna autem rei controversia et disceptatione, ut, quid singuli statuerint, clarius etiam aliis innotescat, eorum quasi summam hic faciamus. Aristarchus igitur, Pausanias et alii horum signa sectati λίνον sive αἴλινον carminis genus in Lini cuiusdam honorem recitatum intellexerunt. Linum vero illum vel puerulum a pastorum canibus discerptum interiisse, vel musicum et citharoedum eximium, quod chordas primum induxerit citharae, Apollinis invidia occisum volunt. Eum Thebis sepultum ab ipsis Musis naeniis quotannis celebrari, et in luctus huius testimonium laudant versus, quos supra adscripsimus. Horum igitur carminum fama commotum puerum, quem Homerus ad lyrae sonum canentem sistit, vindemiatoribus λίνον, i. e. carmen lugubre, quo Lini illius fatum deplorabat, ad laborem fallendum recitasse. Priusquam ad alteram progrediamur explicationem, duo adiiciamus necesse est: primum fuisse qui Λίνον καλὸν connecterent, et proinde non carminis genus, sed ipsum Linum forma praestantem ab Homero significari putarent, id quod ex Eustathii et Pausaniae verbis licet colligere; tum iis, quae de Lino ab Apolline interfecto et mortis huius causa narrata legamus, utramque interpretum rationem in unam quasi conflari.

Illa autem fuit Heraclidae Pontici, Aelii Dionysii aliorumque multorum, qui λίνον citharae filum reddiderunt, idque ipsum puero lyram pulsanti tenui sono (λεπταλέῃ φωνῇ) adstrepuisse censuerunt. Antiquissimis enim temporibus citharam filis lineis, nec vero chordis fuisse instructam, et Linum ipsum rari esse editum. Huc spectat Zenodoti sive legendi varietas sive emendatio, quippe qui λίνος nominativum adsciverit. At haec adiiciunt chordas quidem Homero cognitas fuisse, sed eum, ut in aliis, nomen priscum atque obsoletum servare maluisse, sic ab eodem ancoram λίθον, quod lapide pro ancora olim fuerint usi, arma ferrea vocari aenea. His quidem Philostrat. iunior in Imag. X. p. 128. vidêtur congruere et Herodianus in schol. Ven. A., etsi hic rem libero legentium arbitrio diiudicandam tradit.

Denique singularis paene ac lepida est eorum opinio, qui comicorum quorundam, velut Epicharmi, abusu

inducti et nominis etymologia decepti λίνον textricum carmen fuisse statuerunt. Eustathius Epicharmum huius rei facit auctorem, sed Tryphonem grammaticum nobilem et eruditum praeivisse ex Athenaei libr. XIV, 618, d., docuit Welckerus, qui et ipse varia grammaticorum interpretandi pericula l. all. p. 39 sq. uberius examinavit. Equidem, quum veterum dicta plena atque integra praemiserim, in summa brevitate maiori studui diligentiae. Ut enim unum certe moneam, Welckerus ἄγροικον νεανίαν, cuius Eustath. 1164, 3. meminit, ad Homeri citharoedum pertinere opinatur, sed Linum illum antiquum heroa sic appellari latebit neminem, qui Eustathii verba inspexerit accuratius, etsi scholl. Venet. verba minus clara sunt ac perspicua.

§. 2.

Dissensionem veterum ad nostrae aetatis interpretes dimanasse nihil est mirum. Horum autem plerique λίνον ad citharae filum, quam vulgarem olim rationem fuisse augurari lubet, retulerunt. Itaque Homeri verba Latine reddiderunt: „chorda autem eleganter succinebat tenella voce." In postremis vero ambiguitatem quandam inesse viderunt alii, ut Daciera, quae ista non cum lyrae sono, verum cum puero citharoedo iungendo poetam Gallice loquentem ita induxit: „au milieu d' eux un jeune garçon joue des airs charmans, et marie les doux accens de sa voix avec le son harmonieux de sa guitarre." In annotatione subiecta propius etiam ad Graeca studuit accedere, poetae verba interpretata hisce: „au milieu d' eux un jeune garçon joue sur sa guitarre des airs charmans, le lin répond harmonieusement à la voix." Quibus pauca quaedam de antiqua controversia, quam supra exposuimus, addidit. Perperam autem matrona Gallica pro affectato sui sive populi sive sexus elegantiae studio puerum Homericum forma insignem nobis pinxit, quanquam nihil eiusmodi apud poetam legi quisque perspicit. Eadem explicatio tum Köppenio in animadversionibus exegeticis, quibus Homeri Iliadem illustravit, ad h. l., tum Ilgenio ad hymn. Homer. in Merc. 423. placuit. Hic vero eum nostris apte componit Od. 21, 411

δεξιτερῇ δ' ἄρα χειρὶ λαβὼν πειρήσατο νεύρης·
ἡ δ' ὑπὸ καλὸν ἄεισε χελιδόνι εἰκέλη αὐδήν.

Verba ista Payneum Knigthium in Proleg. Homer. §. XLVII eo perpulerunt, ut alteram Aristarchi interpretationem aperte falsam pronuntiaret. Qua de re ita disseruit: „haud me effugit viros doctos λίνον istud pro cantiuncula quadam habuisse: sed obstat eorum sententiae ὑπό. nam ἀείδει qui ad citharam canit; ipsa ὑπαείδει." At ii, si Heynii comparaveris observationes, nihil sane egisse videbuntur, quod editor Gottingensis, utramque grammaticorum sententiam complexus, de singulis et copiosius disseruit et subtilius iudicavit. Dicit ergo diversitatem explicandi e diverso, quod subesse statueris, nominativo sive subiecto, ut vulgo aiunt, oriri, utramque vero iterum esse bipartitam. Nam si λίνον pro nominativo habueris, verba ita coire: λίνον ὑπ' ἄειδε, ὑπῆδε, καλὸν φωνῇ λεπταλέῃ, i. e. chorda accinebat cantu suo, fidibus igitur non absurde tribui vocem. Hanc si a chorda alienam ad puerum referendam existimaveris, chordam voci pueri cantillantis submissae succinere. Sin autem λίνον puer ipse decantet, id quod praecedenti κιθάριζε quadrare possit hoc ordine ὑπῇδε δὲ ὁ παῖς λίνον φωνῇ λεπταλέῃ καλόν, non minus duplicem inde elici posse interpretationem, quae ex eo pendeat, utrum Λίνον an λίνον scripseris. Illud esse: puer cecinit Linum formosum, i. e. Linum formosum sive Lini fortunam cantu enarravit, hoc vero: puer carmen in Lini honorem factum eaque de causa sic appellatum cecinit. Argumentum autem quum carminis huius fuerit lugubre, id vindemiae laetitia prorsus alienum ducit, et ea potissimum ratione impulsus prius anteponit posteriori. Hinc singula ita digerit: παῖς ἄειδε καλὸν φωνῇ λεπταλέῃ ὑπὸ τὸ λίνον sive puer accinebat suaviter voce submissa ad fides. Nostra alios imitatos esse addit et conferri iubet hymn. Hom. in Merc. 499. Callimach. in Dian. 442. Hesiod. Scut. Herc. 277. Iam plerumque quidem ὑπ' αὐλῶν sive ὑπ' αὐλοῖς dici concedit (vid. Heinrichii Observatt. p. 36.), at quartum casum haud inauditum esse, quemadmodum doceat Xenophont. Sympos. VI, 3: καὶ ὁ Ἑρμογένης, ἦ οὖν βούλεσθε, ἔφη, ὥςπερ Νικόστρατος ὁ ὑποκριτὴς τετράμετρα πρὸς τὸν αὐλὸν κατέλεγεν, οὕτω καὶ ὑπὸ τὸν αὐλὸν ὑμῖν διαλέγωμαι;

Verum enim vero ista Heynii argumenta non tanto fuerunt pondere, ut litem antiquitus motam compone-

rent et omnem dubitandi materiam praeciderent. Nam et alia et linea potissimum citharae fila impedimento fuerunt, quo minus illius iudicio subscriberent permulti. Quo factum est, ut praeter Lenzium in supplement. Sulzeri *II*, 1, p. 16, cuius mentionem Heynius ipse iniecit, Passovius, Heinrichius, I. H. Vossius, Welckerus et Bothius iterum in diversum abirent. Ex *his* autem Passovius solus in Lex. Gr. II, 48, v. *Λίνος* Aristarcho adstipulatur et *λίνον* cantus genus lugubre a poeta significari censet, reliqui omnes Lini *ipsius*, Apollinis filii, fatum ab Homeri citharoedo deplorari volunt. Heinrichius quidem in animadversionibus Köppenianis sententiam olim probatam breviter retractavit, Athenaei et Euripidis suffragiis commotus. Vossius tametsi ad Virg. Georg. VI, 67, ubi de Lino vate disputat, nihil decernit, Homeri tamen versus ita transfert, ut Linum ipsum querelis et cantu sistat celebratum:

Mitten auch ging ein knab' in der schaar; aus klingender leier
Lockt' er gefällige tön', und sang den reigen von Linos
Mit hellgellender stimm'; und ringsum tanzten die andern.

Welckerus et ea, quae paullo ante commemorabam, obiecit, et Heynium, quod vulgus cantu severo ac tristi delectari scimus, carmen eius generis vindemiae choreis ac laetitiae adversari pro arbitrio statuisse iudicavit. Quare ne Aristarcho quidem fidem habet, sed Pausaniam solum Homeri verba recte ac vere interpretatum esse nobis persuadere studet l. all. p. 40. Bothius denique, Welckeri dissertationis plane immemor, Heinrichio praebet assensum et Linum, Apolline natum, ab Homero nuncupari credit. Cuius de historia Hesiodi fragmentum, Herodoti testimonium atque alia quaedam manu nec plena neque admodum certa congessit. Idem tamen vulgarem explicationem novo quodam et suo argumento impugnavit, dum ita disserit: „quod ad alteram istam interpretationem attinet, nec idoneos habemus auctores, qui tradant lineis chordis cithararum usos esse veteres, et *λίνον* pro *φόρμιγγα* seu *κιθάραν* dure dictum est, vix autem Graecum *ἀείδειν ὑπὸ λίνον* sive *ὑπαείδειν λίνον* pro *λίνου* vel *λίνῳ*.“ Recte autem et isti rationi con-

gruenter edendum curavit Bothius *Αίνον*. His propemodum terminis recentiorum sapientiam ac doctrinam circumscriptam esse existimaverim: alia enim, quibus alterum utrum vel confirmaretur vel refutaretur, mihi certe non sunt oblata. Quod reliquum est, poetae verba iam accuratius inspiciamus, atque omnem, dummodo fieri possit, dubitationem et explicandi ambiguitatem removere studeamus.

Ut igitur de singulis breviter et dilucide dicamus, ab eo, quod Heynio maxime arrisit, auspicemur. Huic si fidem habemus, verba ita sunt ordinanda: *ὑπὸ δὲ λίνον καλὸν ἄειδε* (*παῖς*) *λεπταλέῃ φωνῇ*, i. e. puer ad chordam acuta voce cecinit suaviter. At primum *λίνον* citharae filum chordamve neque Homero, neque ulli alii poetae unquam significat. Itaque grammaticorum inventa subtilius excogitata reiiciamus necesse est. Tum si vel maxime id concedere volueris, si non ab usu Graecorum, certe ab epicorum sermone *ὑπὸ λίνον ἀείδειν*, de quo Bothius scienter praecepit, prorsus abhorret. Etenim hi, quod multis probatur argumentis, genitivum, rarius dativum structurae tali legitimum adsciscere solent; vid. Matth. gramm. Gr. §. 592. 3. Passov. Lexic. Gr. v. *ὑπό* II, 1232 sq. Sed ponamus casum quartum recte et convenienter iungi, ne is quidem, genitivi loco substitutus, recte ad iuvenem traduci poterit. Nam *ὑπ' αὐλῶν, ὑπὸ φόρμιγγος* ac similia eius generis non ad canentem spectant, sed ad alios, qui cithara adstrepente vel incedunt vel saltant vel quidquam aliud peragunt; cf. Hom. Il. 18, 492. Hesiod. Scut. 278. 280. 281. Apoll. in Arg. I, 538. IV, 1159 sq. 1194. et alios. Qua ratione inductus Simonidis fragmentum in Tzetzae Chiliadum I, 312 sqq. servatum et in Brunckii anal. Gr. I, 122. et Gaisfordii poet. minor. III, 161. repetitum, vere, ut opinor, olim correxi. Agit enim de Orpheo, arte sua aves et pisces alliciente, hisce:

τοῦ καὶ ἀπειρέσιοι πωτῶντ' ὄρνιθες ὑπὲρ κεφαλᾶς,
ἀνὰ δ' ἰχθύες ὀρθοὶ κυανέου ἐξ ὕδατος ἅλλοντο,
καλᾷ σὺν ἀοιδᾷ· — — — — —

Ultima vero nisi de piscibus, quibus vocem a natura denegatam scimus, una cum avibus modulantibus volueris intelligere, vix expedias. Hinc Simonidem ad

Orphei cantum, cuius vis tanta fuit, ut et aves advolarent et pisces e maris undis emergerentur, respexisse admodum probabile est: idque mutatione levi restituas scribendo καλᾶς ὑπ' ἀοιδᾶς. Obiiciat aliquis hymn. Homer. in Apoll. v. 184 sq. — — τοῖο δὲ φόρμιγξ Χρυσέου ὑπὸ πλήκτρου καναχὴν ἔχεν ἱμερόεσσαν. At ibi citharam plectro percussam suaves edere sonos, nec vero ipsam suis accinere modis apparet. Nihil igitur hac via proficimus.

Nec melius succedunt alia duo, quae exprompsit Heynius. Nam si λίνον sive Zenodoti λίνος nominativum duxeris, et citharam voce acuta puero feceris succinentem, id quidem stabilire possis Callimachi usu, apud quem fistulae ὑπαείδειν dicuntur. Verum ut taceam ibi accinere illas choreae, nec vero sibimet ipsis, minus certe placebit citharae vox λεπταλέη, praesertim quum φθογγῇ vel ei finitimum erat exspectandum. Sin autem pueri canentis voci acutae chordam adstrepere indicaveris, oratio evadit dura et insolens. Primum enim quisque ἀείδειν cum puero potius quam cum cithara sonante connectet, deinde vocem acutam pueri esse citharam pulsantis nemo profecto assequitur, quum arctissime cohaereat ea cum verbo ἀείδειν ad citharam referenda. Denique obstat, quod iam supra indicavi, λίνος sive λίνον citharae chordis sive filis datum. Rationem ergo eorum, qui λίνον nominativum esse velint, quocunque te vertas, iacere facile perspicies. Quare nihil restat, nisi ut λίνον quartum casum esse dicamus, et videamus, an hoc posito Homerica melius et commodius possimus enucleare.

Iuvenem ipsum λίνον sive carmen ita appellatum sive heroa antiquum ad citharae sonos cantasse eo minus a veri specie abhorret, quo melius huic interpretationi quadrent singula. Etenim illi demum, quemadmodum in aliis fieri solet, puellae et pueri uvas colligentes et cantu, clamore ac tripudiis respondentes v. 571. opponuntur; vid. Hom. Il. 18, 604. Hesiod. Scut. 280 sqq. et Apoll. Arg. II. all. Tum φωνὴν λεπταλέην, i. e. vocem acutam, in puerum magis quam in lyram cadere nemo non intelligit. Bene igitur schol. Ven. Homericum exponit μετ' ἰσχνοφωνίας, vox autem summissa, quam Heynius dat puero, huic loco et rei parum convenit. Vid. Welcker l. l. p. 28. Nam λε-

πταλέος, sicut ὀξὺς et ὀξὺ, acutum mulierum, puerorum et animalium clamorem, ut equorum hinnitum significare solet. Ac de hoc quidem consuli possunt Lex. Graeca; add. libr. meum de vers. Gr. her. 99. Nec Medeam, e patris aedibus profugam, apud Apoll. in IV, 42. fores clausas ἀοιδαῖς ὠκείαις sed ὀξείαις sibi aperuisse crediderim. Nullius enim sunt momenti quae Wernicke ad Tryphiodorum v. 192. mihi obiecit, Wellauero inconsultius assentiente. Illud autem et Helenae nomina et vocem mulierum Argivarum referenti tribuitur a Tryphiodoro in Il. expugn. 471., et Chalciopae ac Medeae sorori eiulatus cientibus ab Apollonio Arg. III, 709

— — — — — — ὦρτο δ' ἰωὴ
λεπταλέη διὰ δώματ' ὀδυρομένων ἀχέεσσιν.

Neque oves balantes aliam ob causam ita appellantur ab Orphei imitatore in Lith. 207., vid. alia quaedam a Wernickio ad Tryphiod. 471. collecta. Atqui ὑπαείδειν citharae accinenti conducit, nec vero iuveni ipsi. Non credo: ut enim Homericus puer ad chordarum sonos cantum effundit, similiter Apollo idem fecisse traditur in Homer. hymn. in Merc. 502.

— — κίθαριν δὲ λαβὼν ἐπ' ἀρίστερα χειρὸς
Λητοῦς ἀγλαὸς υἱός, ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων,
πλήκτρῳ ἐπειρήτιζε κατὰ μέρος· ἡ δ' ὑπὸ νέρθεν
ἱμερόεν κονάβησε· θεὸς δ' ὑπὸ καλὸν ἄεισεν.

Quodsi quis haec reputaverit secum, eum nobis facile condonaturum esse existimaverim puerum ipsum cantantem induxisse poetam. Iam una dumtaxat superest quaestio, utrum citharoedus iste cantus genus λίνου nomine celebratum recitaverit, an Linum pulcrum, Apollinis filium, in vindemiatorum corona laude extulerit. Hoc quidem praeter Pausaniam nostro tempore plurimi verum propius habuisse supra ostendi. Nec magnopere repugnaverim, si quis illam sententiam mordicus tenere et proinde cum Bothio Λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν scribere voluerit. At isti tamen et librorum adversatur auctoritas, in quibus λίνον communi fertur consensione, obest porro Aristarchi iudicium haud temere spernendum, renititur denique poetarum usus, ex quo αἴλινον et οἰτόλινος vid. Welcker. p. 10. 25 sqq. sunt notissimi.

Hisce igitur de causis Bothii audaciam aversatus in lectione vulgari, et ab antiquioribus et a recentissimis quibusque Iliados editoribus comprobata, substiti.

EXCURSUS XXX. AD IL. *T*, 223.

De accentu nominis ἄμητος eique cognatis quaeritur, comparatio poetae explicatur.

---

§. 1.

Interpretes antiqui pariter ac recentiores tum nominis tenorem ambiguum habuere, tum comparationis vim et potestatem curiosius enucleare studuerunt. Utrumque iam altius replicemus, causisque rei examinatis, siquidem fieri potest, et istam ambiguitatem tollamus et Homericae imaginis finem atque conformationem illustremus et explanemus. Quaestio autem inde oritur tripartita: primum enim leges a veteribus prolatas, quibus nominum illorum, quae et rem ipsam et opus rusticum et temporis notationem declarare possunt, tenorem adstringendum censuerint, in unum colligamus, tum quomodo recentiores istis veterum copiis usi sint, breviter indicemus, et dissensionem inde ortam componere studeamus, denique Homeri similitudinem ipsam, iudicio aliorum interposito, excutiamus. Nomina igitur illa, qualia sunt ἄμητός, ἄροτος, δείπνητος, σκάφητος, σπόρητος, τρύγητος aliaque plura, pro diversa, quae iis sit, potestate diversum sibi postulare accentum constans fere veterum fuit opinio. Unus enim Moschopulus istam distinguendi subtilitatem risisse dicitur, plerique alii tenoris ope significationem variam dignoscendam esse statuerunt. In ipso vero discrimine constituendo minus convenire videntur, unde istam antiquiorum controversiam ad viros doctos alios permanasse nihil est mirum. Qua de re ut via et ordine agamus, veterum decreta praemittamus necesse est. Ammonius igitur, cuius auctoritati multi crediderunt, de verborum differentia 15. sic disserit: ἄμητος καὶ ἀμητὸς διαφέρει. ἄμητος μὲν γὰρ προπαροξυτόνως σημαίνει αὐτὰ τὰ θερίσματα, τοῦτ' ἔστι

τὸν καρπόν. ὀξυτόνως δὲ ὁ καιρὸς τοῦ θερισμοῦ, ὥςπερ καὶ ὁ τρυγητὸς ὁ καιρὸς τοῦ τρυγᾶν. Ad hunc eos statim adiungamus, quibus praeceptum istud satisfacit; sunt autem hi: Etymologici Gudiani scriptor 44, 53 ἄμητος αὐτὸς ὁ θερισμός, οἱονεὶ ὁ καρπὸς ἀμώμενος. ἀμητὸς γὰρ ὁ καιρὸς τοῦ θερισμοῦ. τὸ ᾱ μακρὸν, cf. 536, 28. τρυγητός. Etymol. Sorbon. in Bastii comment. palaeogr. ad calcem Gregorii Corinth. a Schaefero editi 798 ἄμητος· προπαροξυτόνως μὲν ὁ ἀμώμενος καὶ θεριζόμενος καρπὸς τοῦ σίτου, ἀμητὸς δὲ ὀξυτόνως ὁ καιρὸς τοῦ θέρους. Tzetzes in schol. ad Hes. op. 388 ἄμητος· ἀσπορητός (corrige σπόρητος) ἐστιν ὁ σπόρος· ὀξυτόνως δὲ χρόνους διαγράφει. add. eundem ad Hes. op. 575. Hesych. I, 275 ἄμητος· τῆς μὲν πρώτης ὀξυνομένης, αὐτὰ τὰ θερισμένα· τῆς δὲ τελευταίας, ὁ καιρὸς τῆς συγκομιδῆς τῶν καρπῶν. Pollux in Onom. I. segm. 61 καὶ ἀπὸ τῶν ἐπὶ τοῖς καρποῖς καιρῶν, οἷον τρυγητοῦ καιρῷ καὶ ἀμητοῦ καιρῷ καὶ σπόρου καιρῷ. — Id. ib. segm. 226 τὰ δὲ ὀνόματα τῶν πραγμάτων νεός, νειός, ἄροτος, σπορά, ἀμητός, ἀλοητός, φυτεία, τρυγητός, ubi plures ἀροτὸς oxytonum revocandum iudicarunt. Schol. brev. ad Hom. Il. l. all. ἄμητος· προπαροξυτόνως μὲν ὁ ἀμώμενος καὶ θεριζόμενος καρπος τοῦ σίτου. ἀμητὸς δὲ ὀξυτόνως ὁ καιρὸς τοῦ θέρους. Nec discrepant Hesych. I, 545. et Schol. Soph. ad OT. 269. de nomine ἄροτος et ἀροτὸς duplici accentu secernendo, e quibus ille ait: ἀροτούς. ἐνιαυτούς. Σοφοκλῆς Τραχινίαις. Interpres Sophoclis tradit: ἄροτον. σπόρον μήτε σπόρον τινὰ αὔξειν αὐτοῖς τὴν γῆν, μήτε τοὺς παῖδας τῶν γυναικῶν αὔξειν, τὴν γῆν δηλονότι. ἀροτὸς ὁ καιρὸς ὅτε ἀροτριῶσιν, adiice Labbei glossar. 172. v. τρυγητός. Quare his omnes, quos enumeravi, ἀροτόν, ἀμητὸν ac similia arandi, metendi tempus, sed ἄμητον et ἄροτον messem, sementem significare concinunt.

Hisce autem repugnant plurimi, numero fere pares, auctoritate etiam superiores, velut Eustathius ad Hom. Il. 1181, 32 sqq. ἄμητος μὲν ὁ καιρὸς τοῦ ἀμᾶν, ἀμητὸς δὲ ὀξυτόνως αὐτὴ ἡ τοῦ ἀμᾶν ἐνέργεια καὶ ὁ τεθερισμένος καρπός: cf. ad Od. 1627, 51. Schol. Ven. B. ἄμητος δὲ ὁ καιρὸς τοῦ ἀμᾶν προπαροξυτόνως, ὡς καὶ παρ' Ἡσιόδῳ „ἄρχεσθ' ἀμήτοιο (Op.

384). ὀξύνεται δὲ αὐτὸς ὁ καρπός. **Arcad.** de acc. 81, 25 sqq. τρύγητος ὁ καιρὸς μονογενῶς, τρυγητὸς δὲ τὸ τρυγώμενον. τοιοῦτον καὶ τὸ ἄμητος καὶ ἀμητός. **Etym. M.** 83, 8 ἀμητὸς ἐκ τοῦ ἀμῶ τὸ θερίζω, β' συζυγίας τῶν περισπωμένων, ὁ μέλλων ἀμήσω· καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀμητός. διαφέρει δὲ ἄμητος καὶ ἀμητός· ἄμητος γὰρ ὁ καιρὸς τοῦ θέρους· ἀμητὸς δὲ ὁ θερισμός, οἱονεὶ αὐτὸς ὁ ἀμώμενος καρπός. τὸ ᾱ μακρόν. **Zonar.** in Lex. I, 142 ἄμητος· καιρὸς θερισμοῦ ἢ ἡ θερισθεῖσα χώρα. ἀμητὸς δὲ τὸ ἔργον τοῦ θερισμοῦ. **Hesych.** I, 275 ἀμητός· θερισμός. ἄμητος· ὁ καιρός. **Suid.** I, 139 ἀμητός· αὐτὰ τὰ τεθερισμένα, ὀξυτόνως· οἷον ὁ στάχυς· καὶ τρυγητὸς βότρυς ὁ τρυγώμενος. προπαροξυτόνως δὲ ἄμητος ὁ καιρὸς τοῦ θέρους, ἐν ᾧ δεῖ ἀμᾶν. ὡς καὶ τρύγητος ὁ καιρὸς τοῦ τρυγᾶν. Ib. III, 511 τρύγητος· ὁ καιρός, ἐν ᾧ δεῖ τρυγᾶν. καὶ ἄμητος ὁ καιρός, ἐν ᾧ δεῖ ἀμᾶν καὶ θερίζειν· προπαροξυτόνως. τρυγητὸς δὲ ὁ τετρυγωμένος βότρυς, καὶ ἀμητὸς ὁ θεριζόμενος, οἷον ἀμητὸς στάχυς. ὀξυτόνως· καὶ ἔμετος· καὶ ἐμετὸς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα. **Lexic. rhet.** in Bekker. Anecd. Gr. I, 387, 22 ἀμητός· αὐτὰ τὰ τεθερισμένα ὀξυτόνως. προπαροξυτόνως δὲ ὁ καιρὸς τοῦ θερισμοῦ, ὡς καὶ ὁ τρύγητος ὁ καιρὸς τοῦ τρυγᾶν. **Eranius Phil.** 160 ἄμητος καὶ ἀμητὸς διαφέρει. ἄμητος γὰρ ὁ καιρὸς τοῦ θέρους, ἀμητὸς δὲ ὁ θερισμός. **Ammon.** in Bachmann. Anecd. Gr. II, 376, 15 ἀμητός· ὁ καρπὸς ἤγουν τὰ θερίσματα. ἄμητος ὁ καιρὸς ἤγουν τὸ θέρος, ὥςπερ ὁ τρυγητὸς καὶ τρύγητος. Neque iidem a regula semel probata in aliis deflectunt. Indicio est **Eustath.** ad Il. 811, 25 δῆλον δ', ὡς ὁ πλεονασμὸς τοῦ ρ̄ ἐν τῇ ληγούσῃ τοῦ ἄροτρον διέστειλεν οὕτως αὐτὸ ἐκ τοῦ ἀρότου, ὃς οὐ μόνον τὸ τοῦ ἀροτριᾶν ἔργον δηλοῖ, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐνιαυτὸν παρὰ Σοφοκλεῖ, προπαροξυνόμενον ἀναλόγως τῷ ἄμητος, quibus congruit **Lexic.** rhet. in Bekk. Anecd. I, 446. in **Bachmann.** Anecd. I, 145 ἀρότους. τοὺς ἐνιαυτούς. οὕτω Σοφοκλῆς. Idem **Eustath.** ad Od. 1814, 36 δοκεῖ δὲ κρεῖττον εἶναι δειπνητὸς γράφειν ὁμοίως τῷ ἀμητός· ἔστι δὲ δειπνηστὸς ἢ δείπνηστος ὁ τοῦ δείπνου καιρός. ἄλλως δὲ σαφέστερον εἰπεῖν, δειπνητὸς ὀξυτόνως αὐτό φασι τὸ δεῖπνον. βαρυτόνως δὲ ὥρα τοῦ δείπνου, ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀμητὸς καὶ ἄμητος παρατετήρηται. **Scholl.** ad Od. 17, 170 δειπνητός· ὀξυ-

τόνως μὲν τὸ δεῖπνον, βαρυτόνως δὲ ὁ καιρὸς τοῦ δείπνου. cf. Spohnium ad Niceph. Blemmid. 41., qui formas δειπνηστος, δείπνητος, et δείπνιστος bonae notae esse censet, δόρπιστον minus probum habet. Plerique igitur ἄμητον tempus metendi, ἀμητὸν vero fruges desectas esse existimant, et similia similiter distinguunt. Quo quidem modo plane contrarium eius, quod alii verum autumarunt, nobis proponunt. At redimus ad rem ipsam plene et cumulate perlustrandam.

Fuisse enim qui, sive oxytona sive paroxytona habueris potiora, nihil disparis ac diversi subesse statuerent, supra indicavi. Hic primus nobis occurrit Moschopulus ad Hes. op. 388., dum sic praecipit: ἀμητὸς ὁ καιρὸς ὅτε ἀμῶσιν, ὁ καρπὸς ὁ ἀμώμενος, καὶ ἡ ἐνέργεια. ἤγουν αὐτὸ τὸ ἀμᾶν. Ea quidem opinio illo, ut videtur, auctore a grammaticis Byzantinis transiit ad alios, velut ad Phavor. 137, 16 ἀμάω, ἀμῶ τὸ θερίζω, καὶ ἀμῶ τὸ συνάγω, ἐξ οὗ καὶ ἄμητος ὁ καιρὸς τοῦ θέρους, ἀμητὸς δὲ ὁ καρπός. καὶ ἀμησάμενοι ἀντὶ τοῦ συνάξαντες. Haec quidem Eustathio et antiquioribus debentur; quae deinde sequuntur, ea a Moschopulo petiit: σπανιάκις δὲ γράφεται καὶ ἄμητος ὁ καιρος ὅτε ἀμῶσι καὶ ὁ καρπὸς ὁ ἀμώμενος καὶ ἡ ἐνέργεια ἤγουν αὐτὸ τὸ ἀμᾶν, ὥςπερ ἀλοητὸς ὁ καιρὸς ὅτε ἀλοῶσι καὶ ὁ καρπὸς ὁ ἀλοώμενος καὶ τὸ ἀλοᾶν. καὶ τρυγητὸς ὁ καιρὸς ὅτε τρυγῶσι καὶ ὁ καρπὸς ὁ τρυγώμενος καὶ τὸ τρυγᾶν. ἀροτὸς δὲ ὁ καιρὸς ὅτε ἀροῦσι καὶ τὸ ἀροῦν. δοκοῦσι δὲ ὀξύνεσθαι, ὡς νεατός, ἐπαινετός, νοητός, ἀγαπητός, θεατός, ὑμνητός, καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ εἰς ΟΣ ἁπλᾶ, ὅσα ἀπὸ τῶν παθητικῶν παρακειμένων περισπωμένων γίνεται συζυγιῶν. αἰτία δὲ οὐ φαίνεται, δι' ἣν ἐπὶ τοῦδε μὲν τοῦ σημαινομένου ὀξυτονηθήσεται, ἐπὶ δὲ τοῦδε προπαροξυνηθήσεται. Finitima et congrua istis 140, 53 sqq. profert: ἀμῆσαι τὸ συναγαγεῖν ἢ μάλιστα θερίσαι. ὅθεν ἄμητος ὁ καιρὸς ὅτε ἀμῶσι, καὶ ἀμητὸς ὁ καρπός, ἔτι καὶ ἡ ἐνέργεια. οὕτω καὶ ἀλοητὸς καὶ τρυγητὸς ὁ καιρὸς ὅτε ἀλοῶσι καὶ τρυγῶσιν καὶ ἡ ἐνέργεια. ἀροτὸς δὲ ὁ καιρὸς ὅτε ἀροῦσι καὶ αὐτὸ τὸ ἀροῦν, ἤγουν ὅ τε καιρὸς καὶ ἡ ἐνέργεια. In quibus dissimilia variorum praecepta confundi et permisceri facile suspicari poteris. Verum ista vel rei confusio vel magistrorum inconstantia non impedivit, quo minus Phavorin. idem antiquiorum et doctiorum placita alibi suo comprobaret assensu,

veluti 1779, 45 τρύγητος ὁ καιρὸς, τρυγητὸς ὁ τρύγος, quae totidem verbis exstant in Hesych. Lexic. II, 1427. cf. Phavor. 462, 55 δείπνητος, ubi ea nobis refert, quae Eustathii fuisse supra diximus. His propemodum terminis leges a veteribus rogatas crediderim inclusas; restat, ut recentiorum coguoscamus operam illis nominibus navatam.

§. 2.

Veterum ambiguitatem et dissensionem virorum doctorum iudicia in varias quasi distraxisse partes minime est mirum. E quibus Riemerus in voce δειπνηστὸς sive δείπνηστος, Moschopulum imitatus, magistrorum illorum subtilitatem exsibilandam et respuendam dicit, quanquam ipse leges a priscis sancitas neque accurate satis conquisivit, nec prudenter iudicavit; vid. nomina ἄμητος et ἄροτος Pleniora eo et meliora iam Henr. Stephanus in linguae Gr. thesauro variis exprompsit locis, etsi res in controversia posita non minus quam antiquiorum discordia effecerunt, ut vir eruditissimus passim haereret et incertus fluctuaret. Ita ἄμητον messem sive frugum collectionem, ἀμητὸν metendi tempus significare docet: τρύγητον vero et τρυγητὸν tum contrario discernit modo, tum Eustathium ac Suidam, qui minime dissident, sibi adversari scribit, eaque regularum mobilitate impellitur, ut totum istud grammaticorum discrimen lubricum esse et incertum pronuntiet. Neque Angli editores illam Stephani discrepantiam componere vel studuerunt vel potuerunt. vid. edit. Londin. I, 1911. a. 2253. d. II, 3189. a. VI, 9693. d. Schneiderus non Stephani solum horrea inspexit, verum etiam grammaticorum monumenta consuluit, sed parum diligenter, sicuti ex eo apparet, quod v. ἄμητος Ammonium contrarium eius, quod habet, facit dicentem, nec plus curae et vigilantiae reperies in iis, quae alibi praecepit; vid. nomina ἄροτος, δείπνηστος ac τρύγητος. Passovio denique ad manus fuerunt opes a Spohnio l. all. congestae; eo magis offendit, quod bene quidem sub nominibus ἄμητος et τρύγητος re functus est ac veterum sententiam recte tradidit, at alibi famam communem, quae a veri specie abhorrere videtur, sequitur, veluti ἀροτὸν annum denotare scribit, ac δειπνηστὸν coenandi tempus, δείπνηστον coenam ipsam grammati-

cis indicari refert. Grammatici multi nec studiosiores nec feliciores lexicographis fuerunt; ita Budaeus in comment. Gr. ling. 1187, 20. Fischerus ad Veller. gr. spec. I, 268. Bothius ad Il. loc. laud. errorem late sparsum propagarunt, Göttlingius denique de acc. gr. ling. §. 23. obscurius est loquutus. Ut vero alios, qui data opportunitate ad illam disceptationem animum applicuerunt, silentio praetereamus, Reizius de inclinat. acc. 111. Wagnerus de acc. 180. et Spohnius ad Niceph. Blemmid. 41. mirificam illam veterum dissensionem ullam fuisse non sine iusta ratione negarunt: si qua enim fuit, eam a Byzantinis demum grammaticis excogitatam et auctam esse mihi est persuasum. In eam sententiam iam Reizius fuit propensus, cuius verba hic describere non gravabor. Nominibus igitur nonnullis, quae tenoris nota veteres dirimenda putarunt, enumeratis de incl. acc. 111 sq. sic disserit: „In his et similibus non puto Grammaticos olim inter se dissensisse, verum tanta librariorum negligentia fuit, ut illi iam non modo inter se dissensisse videantur, sed ne constantes quidem omnes in sua quisque sententia permansisse. Inspiciat modo aliquis Pollucem, Ammonium, Hesychium, Etymologum, Suidam, Eustathium. Uni Moschopulo ad Hesiodi Ἔργα v. 388. non est visa haec significationis diversitas causa idonea esse, propter quam ista vocabula modo acuerentur, modo gravarentur: ipse omnia ea vult in utraque harum significationum acui. Forsitan igitur etiam hoc librariis imputandum sit, quod, ut Sylburgius observat, σπορητὸς et ἀλοητὸς oxytona semper scribuntur, non modo ubi significant actionem serendi et triturandi, sed etiam ubi sationis et triturae tempus. Xenophon. Oecon. 7. §. 20 καὶ γὰρ νεατὸς καὶ σπόρος καὶ φυτεία καὶ νομὴ ὑπαίθρια ταῦτα πάντα ἔργα ἐστίν. Ita Stephanus in Thesauro legit, νεατός, acuta ultima, et νομή, singulari numero: alii, νέατος acuentes antepenultimam, et νομαί, numero plurali. Patet ex iis, quae diximus, quum in loco Xenophontis de opere novationis agri sermo sit, Stephanum legere ibi recte, νεατός, ultima acuta.“ Verum enim vero actionem oxytonis declarari, etsi Wagnerus l. l. Reizio assentitur, non tam antiquiores et doctiores, quam infimae aetatis scriptores existimasse videntur. Quapropter accedo Spohnio, qui ad Niceph. Blemmid. 41. haec habet: „si gravissima eorum gramma-

ticorum, quorum verba attuli, testimonia et ea argumenta respexeris, quorum est in hac quaestione momentum, censebis: „ἄμητον significare tempus et actionem metendi, ἀμητὸν vero dici τὸν καρπὸν sive quodcunque τεθερισμένον vel ἀμώμενον est; ἀμητὸν etiam χώραν dici debere θερισθεῖσαν, neque vero ἄμητον cum Zonara. Idem valet de vocibus τρύγητος et τρυγητός." Paullo post nulla alia lege ἔμετον, νέατον, ἄροτον obstricta teneri demonstrat.

Neque istam Spohnii disputationem falsam et ineptam putaverim, quandoquidem optimi quique magistri accinant. Qui vero horum contraria docent, ii vel librariorum culpa depravati sunt, vel labe commentatorum novissimorum infecti. Haec inde poteris coniicere, quod Ammonium et Eranius Philo et grammaticus Bachmanni, qui idem est atque Ammonius (vid. Bachmann. notit. codic. anecd. Graec. II., p. III. et diar. litterar. Hallens. supplementa a. 1829. p. 634 sq.) in viam reducunt. Etymol. Gudiani decretum emendat etymologus magnus l. all.; Hesychius in eadem pagina sibimet ipsi adversatur; Pollucis Onomasticum (vid. interpretes) librariorum emendationes expertum esse videtur. Tzetzam ac Phavorinum vel Moschopuli vel similium aliorum doctrina in fraudem inductos esse probabiliter colligi potest. Nam Phavorini certe sapientiam egregie refellit Arcadius de acc. 81, 22 sqq.: τὰ εἰς τος κύρια ἢ ἐπίθετα παραληγόμενα τῷ η μονογενῆ βαρύνονται· εἴτε προπαροξύτονα, ἄρητος, δάμητος, μέλητος, βύνητος, εἶδος ἱματίου παρ' Αἰγυπτίοις, τρύγητος ὁ καιρὸς μονογενῶς, τρυγητὸς δὲ τὸ τρυγώμενον. τοιοῦτον καὶ τὸ ἄμητος καὶ ἀμητός, τὸ δὲ ἑψητός, λαλητὸς ὀξύτονα καὶ ἐπίθετα. Eodem in numero ea ponantur, quae Phavorinus e Moschopuli libris admovit; cf. Arcad. 82, 35 sqq. Hinc iam patet ἀμητός, ἀροτός, τρυγητὸς ac similia, quae acuenda dicunt antiquissimi, ab iis habita esse pro adiectivis, dum καρπός, βότρυς, vel aliud eius generis supplendum censuerunt. Erravit ergo Bernhardy in nov. Suidae edit. I, p. 275. v. ἀμητός, qui unius lexici Bekkeri testimonio fretus verba οἷον ὁ στάχυς delenda arbitratur: ea enim et aliorum suffragiis sunt tuta nullique obnoxia suspicioni, et Suidae ipsius iudicio, quod facile apparet, apta et consentanea.

 ******

At dicat aliquis Herodianum et Draconem, peritissimos tenoris et numerorum iudices, de quibus in annot. crit. mentionem feci, oxytonum praeferre, ideoque legem vix rogatam antiquari. Illis vero librariorum negligentiam offecisse vel ex eo licet augurari, quod Arcadius Herodiani, ut putant, copiis usus, Etymologus, Eustathius ac praestantissimi quique a contraria stant parte. Nec tantum fidei, quantum Göttlingius tribuerit libris, qui in Hes. Op. 384 ἄρχεσθ' ἀμητοῦ praebeant, iis habendum esse crediderim: nam verum et germanum novae et speciosae Byzantinorum doctrinae cessisse scholia Moschopuli, Tzetzae aliorumque in illum librum conscripta possunt ostendere. Quod reliquum est, et ἄμητον et ἄροτον et alia eiusdem significationis plerumque gravari consequens videbitur, quandoquidem vel metendi arandive tempus, vel ipsam messem et arationem longe crebrius quam fruges desectas aut sata sulcis mandata indicare soleant. Neque eam opinionem epicorum fallit usus et consuetudo; vid. Hom. Od. 9, 122. Hesiod. Op 450, 458, 460, 616. Apoll. Arg. II, 1002. III, 418, 436. Dionys. Perieg. 194. Arat. 1053, 1117. Oppian. Hal. II, 19. Oxytonum vicissim tenet suum locum in Arat. Diosem. 1097

οὐδὲ μὲν ὀρνίθων ἀγέλαις ἠπειρόθεν ἀνήρ,
ἐκ νήσων ὅτε πολλαὶ ἐπιπλήσσωσιν ἀρούραις,
ἐρχομένου θέρεος χαίρει· περιδείδιε δ' αἰνῶς
ἀμητῷ, μή οἱ κενεὸς καὶ ἀχύρμιος ἔλθῃ. —

Ibi enim de frugibus atque agrorum proventu sermonem esse patet, ac vereor, ne ibidem v. 1087

γίνεται οὔτε φυτοῖς χειμὼν φίλος οὔτ' ἀρότοισιν·

transponendus sit accentus. Arbores enim et segetes sibi invicem opponi manifestum est. Contra in Oppian. Halieut. II, 19 sq.

Δηὼ μὲν ζεύγλης τε βοῶν ἀρότοιό τε γαίης,
πυρῶν τ' εὐκάρποιο φέροι γέρας ἀμητοῖο,

nulla excogitari potest causa, cur proparoxytonum olim vulgare deserere maluerint editores, quum messem tritici plenam Cereris munus esse poeta canat. Aliter res se habet in Cyneget. I, 527 sq.

οἵη δ' ἐκ ληΐοιο φέρει γέρας ἀμητοῖο,
βριθομένη πυρῷ τε μετ' αὐλίον εἶσιν ἀπήνη.

ubi primum θέρος ἀμ., quod Schneiderus servandum putavit, eleganti Ritterhusii coniecturae erit posthabendum, tum λήϊον ἀμητὸν segetem falce desectam significat, eaque de causa recte acuetur. Iam nec tragicorum reliquias neque alia aliorum scriptorum opera, in quibus terminos ab eruditioribus constitutos scribarum libido et inscitia magis etiam confudit, nunc quidem attingere vacat. Nonnulli huius generis Spohnius l. all. p. 42. delibavit et correxit, alia sciens praetereo ac lectorum doctorum studio et curae vel explicanda vel emendanda relinquo. Quare unum dumtaxat adiicio, in Sophoclis Oed. Reg. v. 270

μήτ' ἄροτον αὐτοῖς γῆν ἀνιέναι τινά.

tum in editionibus antiquioribus tum a Theoph. Schneidero haud dubie aptius ἀροτὸν scribi ὀξυτόνως. In eiusdem autem poetae Trachiniis v. 69. 825. proparoxytona ἄροτον atque ἄροτος Eustathii aliorumque iudicio salva sunt et integra.

§. 3.

His iam perfuncti Ulixis verba, quibus, ut milites impransi in aciem educantur, Achilli dissuadet, propius intueamur. Leguntur autem ea in Il. 19, 221 sqq.

αἶψά τε φυλόπιδος πέλεται κόρος ἀνθρώποισιν·
ἧστε πλείστην μὲν καλάμην χθονὶ χαλκὸς ἔχευεν·
ἄμητος δ' ὀλίγιστος· ἐπὴν κλίνῃσι τάλαντα
Ζεὺς, ὅστ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται.

Allegoriae, cui propria sunt admixta verba, obscuritatem quandam subesse iam veteres senserunt interpretes: augetur illa eo, quod ἄμητος duo possit significare: et metendi tempus et fruges demessas. Utrumque igitur longa interposita quaestione, quam Porphyrii esse Heynius vidit, perpendit schol. B., pro duplici tenore duplicem ad diversam oriri sententiam ratus. Disputat vero ita: ζητοῦσι, τίνα νοῦν ἔχει τὰ ἔπη ταῦτα ᾐνιγμένα ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως. ἐπεὶ ἡ ἄμητος λέξις σημαίνει καὶ τὸν χρόνον ἐν ᾧ ἀρῶσι, τουτέστι τὸν θερισμὸν (immo θέρισμον), σημαίνει δὲ καὶ τὸν ἀμώμενον

καρπόν, καθ' ἑκάτερα τῶν δύο σημαινομένων ἐκδεξάμενοι πειραθῶμεν αὐτῶν διασαφῆσαι τὴν διάνοιαν. ἔσται τοίνυν ἐκ τῶν σημαινομένων δῆλον, ὡς καλάμη μὲν λέγεται τὸ τῶν ἀποθνησκόντων πλῆθος, ἀμητὸς δὲ καὶ καρπὸς οἱ σωζόμενοι. φησὶν οὖν ταχέως κόρον γίνεσθαι ἐκείνης τῆς μάχης, ἐν ᾗ πολὺς μὲν ὁ πίπτων, ὀλίγοι δὲ οἱ σωζόμενοι. ἐξ οὗ δηλοῦται, ὅτι τῆς σφοδροτάτης μάχης ταχὺς ὁ κόρος, καὶ μάλιστα ὅταν τύχῃ τις διὰ λιμὸν ἠσθενηκώς· ἐν ᾧ δ' ἂν οὖν πολέμῳ κλίναντος τοῦ Διὸς τὴν νίκην καὶ ἑτερορρεποῦς τῆς μάχης γεγονυίας πολὺς μὲν ᾖ ὁ ἀναιρούμενος, ὀλίγος δὲ ὁ περισωζόμενος, κόρος ἐνταῦθα ταχέως γίνεται, τῶν μὲν καλάμην πολλὴν ἐκλεγόντων, ἀμητὸν δὲ καὶ καρπὸν ὀλίγον. τὴν καλάμην καὶ τὸν καρπὸν ἐπὶ τῶν τραπέντων ἀκουσόμεθα, ὧν πολὺς μὲν ὁ ἀποθνήσκων, ὃς τέτακται ἐπὶ τῆς καλάμης, ὀλίγος δὲ ὁ διασωζόμενος, ὃς τέτακται ἐπὶ τοῦ καρποῦ. τὸν δὲ κόρον ἴσχειν ταχὺν τοὺς ταῦτα δρῶντας καὶ νικῶντας, οἳ τοῖς ἀμητοῖς εἶεν ἀνάλογοι. οὕτως ἄρα δὴ ἐπὶ τῶν αὐτῶν τὸ ἀμητὸς ὀλίγιστος ἀκουστέον· οὐκέτι γὰρ ἑτερορρεπὴς ἔσται ἡ μάχη, οὐδ' οἱ μὲν νικῶντες, οἱ δὲ ἡττώμενοι, ἀλλ' ἐξ ἴσης ἐπ' ἀμφοῖν πολλὴ μὲν καλάμη, ὀλίγος δὲ ὁ καρπὸς καὶ οἱ ἀμῶντες ζητηθήσονται. Putavit igitur interpres *καλάμην* ferro fusam indicare cadentium multitudinem, *ἀμητὸν* autem sive fruges eos, qui sint pugnae superstites. Proelii vero ancipitis, in quo neuter exercitus victor evadat, sed multis utrinque caesis pauci restent incolumes, satietatem cito capere milites. At quomodo ista ratio vel Ulixis quadret proposito, vel singulis sit accommodata verbis, nemo facile assequetur. Quare quantum scio, sola Dacieria isti scholiastae hariolationi fidem addixit, scripturae sacrae testimonio abusa.

Progreditur deinde interpres idem ad alteram nominis significationem hisce: κἂν ἄμητον δὲ ἐπὶ τοῦ θερίσμου ἀκούσωμεν καὶ τοῦ χρόνου, καθ' ὃν ἀμῶσιν, ἔσται μὲν ἄμητος ἡ πρώτη τῶν στρατοπέδων συμβολὴ πρὸ τῆς τῶν ἑτέρων τροπῆς, πλείστη δὲ ἡ καλάμη τὸ πλῆθος τὸ μετὰ τὴν τροπὴν πιπτόντων. λογιζόμενος οὖν ὁ Ὀδυσσεὺς, ὡς οὐκ ἂν ὑποσταῖεν οἱ Τρῶες τὴν Ἀχιλλέως συμβολήν, τραπήσονται δὲ εὐθὺς, πολὺν τὸν κάματον ἔσεσθαί φησι τοῖς διώκουσι ἅμα καὶ παίουσι καὶ φονεύουσι, καὶ κόρον αὐτίκα λήψεσθαι νήστιας ὄντας. ἐνδείξασθαι δὲ ταῦτα μᾶλλον

καὶ αἰνίξ..σθαι βούλεται, ἢ φανερῶς λόγων δόξαν κολακείας ἀπενέγκασθαι. λέγει γοῦν, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, τροπῆς γενομένης τῶν πολεμίων, πολλῶν ἀναιρουμένων ἐκ πρώτης καὶ βραχείας συμβολῆς, αἶψα κόρος ἡμῖν γίνεται, ἐὰν μὴ τύχωμεν τὸν μέλλοντα κάματον διὰ τῆς τροφῆς προανακτησάμενοι. πεποίηται δὲ τὴν ἀλληγορίαν ὁ ποιητὴς ἐκ τῆς παραβολῆς ἐκείνης (Il. 11, 67 sqq.)

οἱ δ', ὥςτ' ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισιν
ὄγμον ἐλαύνωσιν ἀνδρὸς μάκαρος κατ' ἄρουραν
πυρῶν ἢ κριθῶν· τὰ δὲ δράγματα ταρφέα πίπτει.

εἶτ' ἀνταποδίδωσιν (70.)

ὣς Τρῶες καὶ Ἀχαιοὶ ἐπ' ἀλλήλοισι θορόντες
δήϊον, οἱ δ' (leg. οὐδ') ἕτεροι μνώοντ' ὀλοοῖο φόβοιο.

ἀλλ' οὗτοι μὲν τὸν ἄμητον παρέτειναν ἰσόπαλοι ὄντες· ἐφ' ἧς δ' ἂν μάχης τροπὴ γένηται ἐκ μικρᾶς συμβολῆς καὶ ὀλίγου ἀμήτου, ταχὺς ὁ κόρος τοῖς ἀναιροῦσι καὶ τὴν καλάμην πολλὴν ποιοῦσιν, εἰ μὴ τύχωσι τὴν ἰσχὺν διὰ τῆς τροφῆς αὐταρκῆ παρασκευάσαντες. Hanc explicationem magis etiam vacillare priore latebit neminem, qui intelligat eius auctorem, ut eo perveniat, quo tendat, Homerica pro suo arbitrio invertere et commiscere. Vult enim ἄμητον ὀλίγιστον primum pugnantium concursum, quo Achilles Troianos facile sit superaturus, indicare, stipulam vero demessam fugientium et inclinatorum caedem, cuius taedium milites sibi expertes mox sint sensuri. At his nihil omnino expedivit: ipse enim singulorum ordo et consociatio istas argutias coarguit vanitatis. Eustathius in comment. 1181, 29 sqq. partem horum ita transtulit, ut suam intersereret sententiam, de qua postea videbimus.

E recentioribus nova quasi et minus trita progrediuntur via Heynius ac Bothius. Quorum alter apte et vere observat primo versui αἶψά τε φ. π. κ. ἀνδρ. deesse propositionis partem, ex antecedentibus supplendam: nisi cibo potuque antea refecerint corpora. In proximis autem varia molitus nihil, quod satisfaciat, expricavit. Dicit enim ἄμητος δ' ὀλίγ. et proximis ἧςτε πλ. μὲν καλ. et superioribus φυλ. πελ. κόρος — ἀμη-

τος δ' ὀλιγ. posse adiungi. Hoc durum aeque atque inutile crediderim, quod μὲν et δὲ sibi invicem respondere planum est. Nec vero priore iunctura probata Heynii bene cedit explicatio, qua inductus ἄμητος δ' ὀλίγιστος sub messis finem declarare tradit. Quae deinde ad vers. 224. annotat, ubi iterum duplicem verborum structuram comminiscitur, ea nihil fructus utilitatisve nobis afferunt, praesertim quum interpres ipse lectorem et eius desiderium subito deserat, dum subiicit: vides inesse loco ambiguitatem haud una de causa." **Bothius** vero Homerica ita partim vertit, partim exposuit: „**Cito etiam pugnae satietas capit homines, cuius pugnae plurimas quidem stipulas humi fundere solet ferrum, sed messis minima est, si forte arbiter belli, Iupiter, lances inclinet**, ita ut fugere cogantur illi, qui ante victores fuerunt, corporaque hostium, in quibus spoliandis iam occupati erant, relinquere. Sic nihil certum est militi praeter tempus breve, quo receptus in castra corpus curet. Id cave illi invideas: **nec mortuum ventre lugere decet Achivos. Nam multi quotidie cadunt: quando igitur respirare liceret a labore? aut quis eius luctus finis esset futurus? immo sepelire quemque oportet defunctos immoto animo et in diem flere; qui vero inviso bello superfuerint, eos memores esse oportet potus et cibi, quo deinde pertinacius armati pugnent.**" Sed ut scholiasta Achillem primo congressu victorem nobis fingit, ita Bothius Achivos Troibus inferiores discessuros esse Ulixem inducit dicentem. Neutrum horum rei aptum et congruum erit, quia Laertae filius eo tantummodo Achillem studet perducere, ut morae impatiens militibus ientaculum capere permittat. Quo destitutos pugnae labori impares esse futuros censet Ulixes, Iovis autem voluntati ne ii quidem, qui corporibus bene curatis in proelium exeunt, poterunt resistere. Deinde si Bothio fueris adstipulatus, ἀμητὸς δ' ὀλ. restituendum esse sequitur. Qua quidem mutatione eo magis abstinebimus, quo minus tota ista Bothii disputatio et Achillis et Ulixis personae sit accommodata.

Meliora illis alius interpres in schol. Venet. B. suppeditavit sic disserens: μήποτε δὲ ὁ ἄμητος οὐ τὴν

ἐπικαρπίαν, *ἀλλὰ τὸν χρόνον τῆς ἐνεργείας δηλοῖ. αὐτὸς γὰρ ὁ Ὀδυσσεὺς πρὸς τὸν Ἀχιλλέα ταῦτα προεῖπεν· „οὐ γὰρ ἀνὴρ — γούνατ' ἰόντος — πανημέριος πολεμίζει — ἐρωῆσαι πολέμοιο* (162 — 170). *ὀλίγος οὖν ἄμητος καὶ ὁ χρόνος ὁ τοῦ ἀμᾶν γίνεται καὶ τοῦ πλείστην καλάμην ἔχειν καὶ πολλοὺς ἀναιρεῖν, τροπὴν τοῦ Διὸς ἐμβαλόντος τοῖς πολεμίοις, ἐὰν μὴ τύχωσιν οἱ ἀναιροῦντες τροφῆς μετειληφότες, ἵνα ᾖ ὁ λόγος. ἐν ᾗ δ' ἂν μάχῃ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πολὺς ᾖ ὁ ἀναιρούμενος, τροπῆς γενομένης, εὐθέως ἐν ταύτῃ ὁ κόρος. διὸ δεῖ ἰσχύειν τοὺς βουλομένους ἐπὶ πλέον τυχεῖν τῆς νίκης.* **Heynius** istam schol. rationem probabilem quidem dicit, attamen verba v. 222 sq. satis respondere negat. At **Eustathius** 1181, 31 sqq. postquam aliorum exponendi periculum commemoravit, eadem, quae scholiasta protulit, tradit hisce: *ἢ καὶ ἄλλως πλατύτερον καὶ σαφέστερον καὶ κρεῖττον — εἰ μὲν ἄμητος προπαροξυτόνως γράφομεν, λέγοι ἂν ὁ Ὀδυσσεύς, ὅτι τροπῆς γενομένης, τοῦτο γὰρ ἡ κλίσις τῶν ταλάντων δηλοῖ, πολλὴ μὲν πεσεῖται καλάμη, ὅ ἐστι σώματα, ἄμητος δέ, ὅ ἐστι καιρὸς τοῦ ἀμᾶν καὶ διώκειν καὶ ἀναιρεῖν, ὀλίγος ἔσται. οἱ γὰρ διώκοντες καὶ θερίζοντες ταχὺ κορέννυνται διὰ τὸν λιμόν, ἵνα λέγῃ, ὅτι, ἐὰν οὐ προδειπνήσωμεν, ὀλίγον καιρὸν διώξαντες, καὶ πολλὰ πολεμίων καταβαλόντες σώματα, ταχὺ κορεσθησώμεθα τοῦ διώκειν· ἢ καὶ ἄλλως εἰπεῖν τὸ αὐτὸ συντομώτερον καὶ σαφέστερον, αἶψα γίνεται κόρος τῆς μάχης, ἧς κλιθείσης ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πολλοὶ πίπτουσι. δεῖ οὖν τηνικαῦτα μὴ λιμώττειν τοὺς μαχητάς.* Subiunxit deinde Eustathius eorum decreta, qui *ἀμητόν*, ultima acuta, ad fruges referendum censerent, et rem eodem fere modo diremit.

Nec video, quid illi explicationi possit obiici. Nam Ulixes a verborum proprietate exorsus ad imaginem de frugibus colligendis sumptam se convertit, sententiamque non uno verbo translato sed e pluribus continuatis ita connectit, ut aliud dicat, aliud sit intelligendum. Quare imagine detracta haec fere loquentis erit mens: cito enim homines subit pugnae fastidium, in qua etsi plurimi ferro sternuntur, caedes tamen, Iove victoriam concedente, brevissima est, quia milites inedia enecti laborem perferre non possunt. Laertiades ergo Achilli persuasurus est, ut

Achivos cibo potuque satiari patiatur. Bothius, qui de spoliis hostium corporibus detrahendis cogitavit, Ulixem Pandari facit similem, neque eum honesta gloriae cupiditate incensum, sed avaritia turpique habendi amore commotum sistit. Possis quidem ἄμητον fructum sive praemium e victoria deportatum redolere, sed ne iste quidem artificio, quo aliis implicamur difficultatibus, erit opus. Ceterum Heinrichsius in additamentis ad Koeppenii notas exegeticas non modo variis interpretum disceptationibus iure succenset, verum ipse etiam Homerica intelligenter et vere explanavit hisce: corpora antea cibo sunt reficienda; quod etsi multos ab initio hostes interfecerimus, Iove nobis favente et victoriam permittente, per breve tamen tempus, viribus deficientibus, commoda parta persequemur. Neque aliud quidquam Vossius spectavit, transfert enim;

Bald an dem kriegsaufruhr ersaettigen sich die menschen,
Wo in menge die halme das erz zur erde dahinstreckt;
Kurz auch dauert das maehn, nachdem herneigte die wagschal'
Zeus, der dem menschengeschlechte des kriegs obwalter erscheinet.

EXCURSUS XXXI. AD Il. T, 402.

De forma Homerica ἴωμεν disceptatur.

---

§. 1.

In Iliade 19, 400 sqq. Achilles pugnam ingressurus, an salvus sit rediturus, equos sciscitatus hisce:

Ξάνθε τε καὶ Βαλίε, τηλεκλυτὰ τέκνα Ποδάργης,
ἄλλως δὴ φράζεσθε σαώσομεν ἡνιοχῆα
ἂψ Δαναῶν ἐς ὅμιλον, ἐπεί χ' ἕωμεν πολέμοιο.
μηδ', ὡς Πάτροκλον, λίπετ' αὐτόθι τεθνηῶτα.

Forma autem verbi rara et insolita ἑῶμεν, praesertim quum nullo alio adsit loco, multiplicem tum veterum tum recentiorum excitavit industriam. Qua de controversia ut commode et prudenter disseramus, primum antiquorum recenseamus placita, iisque expositis transeamus ad ea, quibus viri docti nostrae aetatis rem incertam atque obscuram vel expedire vel collustrare statuerunt. Legendi vero discrepantiae, quam in varietate lectionis apposui, nihil videtur adiiciendum, nisi Hesych. I, 1321 ἐπεὶ χ' ὦμεν πολ., verum id non tam consilio lexicographi quam scribarum negligentiae acceptum referri ille ipse ostendit I, 1323. Hic autem bis ἑῶμεν πολέμοιο πληρωθῶμεν πολέμου interpretatur, et nostro semel comparat Homericum ἐξ ἔρον ἕντο. Eodem respicit Eustath. 1190, 17. τὸ δὲ ἕομεν γράφεται μάλιστα ἑῶμεν προπερισπωμένως, καὶ ἀπαρτίζει σπονδεῖον ἐκ συνιζήσεως τοῦ ε καὶ τοῦ ω. εἴληπται δὲ ἀντὶ τοῦ πληρωθῶμεν καὶ κορεσθῶμεν. Καὶ δασύνεται, ὡς δῆλον ἐκ τῆς συναλοιφῆς τοῦ ἐπεί χ' ἑῶμεν. ἔστι δὲ αὐτοῦ πρωτοτύπου θέμα τὸ ἕω ἤγουν πληρῶ, ἐξ οὗ καὶ ὁ ὅλος. ἐκ δὲ τοῦ ἕω παράγωγον ἕημι, ἀφ' οὗ δεύτερος ἀόριστος παθητικὸς ὑποτακτικός· ὦμεν, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε ἑῶμεν, ὡς ὡρῶμεν ἑωρῶμεν. ἀπὸ δὲ τοῦ ἕημι καὶ τὸ ἕντο γίνεται, οἷον ἐξ ἔρον ἕντο, καὶ τὸ εἶναι ἤτοι πληρωθῆναι, οἷον ἐξ ἔρον εἶναι (Il. 13, 638), ὡς προείρηται, vid. 136, 27. 481, 37 sqq. In quo cum Eusthathio concinit Etym. Gud. 426, 42. ὅλος, παρὰ τὸ ἕω τὸ πληρῶ ἕλος καὶ ὅλος, unde lux et salus Etymol. M. affunditur 622, 11. ὅλον παρὰ τὸ ὀλῶ immo ἕω τὸ πληρῶ, quod mendum aliis etiam, velut Phavor. 1352, 54., eximendum est.

Alii nostrum simile habent formis aliis, quanquam in eo, quod significet, nihil discrepant; ita Etym. M. 16, 42. praecipit: ἄδην τὸ κεκορεσμένως καὶ εἰς πλήρωσιν ἄγον. ἔστιν ἕω τὸ δηλοῦν τὸ κορεννύω, ὥσπερ τὸ ἐπεί χ' ἑῶμεν πολέμοιο — — ἢ ἀπὸ τοῦ ἄω ῶ, ἄεις ᾷς, ἄει ᾷ, τὰ δηλοῦν τὸ αὐτό· οἷον ἄσειν ἐν Τροίῃ ταχέας κύνας (Il. 11, 818.). Id. 403, 1. ἐφεῖντο ἀπὸ τοῦ ἕδω τὸ ἐσθίω, ἕσω, εἶκα, εἶμαι, εἵμην, εἷντο καὶ ἐφεῖντο. οὕτως εὗρον. ἀλλὰ κακῶς. ἔστιν ἕω ῥῆμα καὶ σημαίνει τὸ κορεννύω, ὡς τὸ ἐπεί χ' ἑῶμεν πολέμοιο. Brevius idem fere exstat in eodem 307, 36. 318, 4. 352, 21. add. Gudian. 95, 37. 286, 24. ἕω

(immo ἕω) τὸ κορεννύω· ἐξ οὗ καὶ τὸ ἐπεί χ' ἑῶμεν πολέμοιο. Hinc apparet non uno modo corrupta esse quae leguntur ib. 8, 21 sqq. ἄδην παρὰ τὸ ἄδειν τὸ κορέννυσθαι, ἄδομαι καὶ ἥδομαι ἄδειν. ἄδος δέ μιν ἵκετο θυμόν (Il. 11, 88.)· λέγεται γὰρ οἱονεὶ τὸ εἰς ἡδονὴν κινεῖν. Ἃ ἐκ τοῦ ἐπεί κ' ἕομεν πολέμοιο· τὸ δὲ ἥδεσθαι καὶ ἔκπιεν, ἥσατο δ' αἰνῶς (Od. 9, 353.). ἀντὶ τοῦ ἐτέρφθη. ἀπὸ τοῦ ὦ, ᾷς, ᾷ· τὸ αὐτὸ δηλοῦται τὸ κορεσθῆναι, cf. Etymol. M. 42, 16 sqq. Gudiani autem regulam et luxatam et depravatam ad nos pervenisse etymologus magnus potest docere. Nec vero Eustathii rationem sprevit Etym. Gud. 224, 3. ἐφεῖντο, inquit, ἕω (corrige ἕω) ἔστι ῥῆμα καὶ σημαίνει τὸ κορεννύω, ἐπεί κ' ἑῶμεν πολέμοιο, ἀντὶ τοῦ κορεσθῶμεν. Καὶ ἐξ αὐτοῦ παράγωγον ἕημι (ἕημι) ὁ παθητικὸς ἐνεστὼς ἕεμαι καὶ κράσει εἶμαι καὶ ὁ παρατατικὸς εἵμην, τὸ τρίτον τῶν πληθυντικῶν εἶντο, καὶ μετὰ τῆς ἐπὶ προθέσεως ἐφεῖντο, ἀντὶ τοῦ ἀπολαύσουσιν. ἐπεὶ οὐκ εἶχον οὐδὲν ὅπου ἐφεῖντο. Communi quidem opinioni accedunt Apollon. in Lex. Homer. 317 ἑῶμεν· κορεσθῶμεν, ubi legendi dissimilitudinem brevi enotavit Villoisonius, et schol. Ven. A. ad nostrum versum: ὅτι δασυντέον τὸ ἑῶμεν· ἔστι γὰρ ἄδην ἔχωμεν, κορεσθῶμεν.

Duplicem vel triplicem etiam eligendi potestatem optionemque nobis faciunt Phavorinus, scholl. Vict. et brev., e quibus alter: ἐπεὶ χ' ἕομεν, τινὲς χέομεν ἀντὶ τοῦ ὑποχωρήσομεν. ἄλλοι δὲ ἀντὶ τοῦ ἀναμιχθῶμεν τοῖς πολεμίοις, schol. vulgaris: ἐπεὶ χ' ἑῶμεν πολέμοιο. ἐπειδὰν ἀναμιχθῶμεν τοῖς πολεμίοις. ἔνιοι δὲ χέομεν, ὑποχωρήσομεν. ἐπεὶ χ' ἑῶμεν. ἐπεὶ δ' ἂν κορεσθῶμεν. Phavorin. denique 820, 54. ἑῶμεν, συγχωροῦμεν, ἢ ἑῶμεν (leg. ἑῶμεν) ἀντὶ τοῦ ἄδην ἔχωμεν, κορεσθῶμεν, ἀφῶμεν (fort. ἐφῶμεν).

Haec si consideraveris, quae de verbi obsoleti et inusitati formis antiquiores senserint eo fere erunt redigenda. Χέομεν qui scripserunt vel ad verbum χῶ, χείω, χωρῶ, unde χειὴν serpentum domicilium ortum volunt, (vid. Villoison. ad Apollon. Lex. 708. et Osann. ad Philem. Lex. 197.) respexerunt, vel, quod magis etiam verisimile est, ἑῶ i. e. συγχωρῶ (vid. Phavor. et ad 24, 556.), subesse putarunt, eaque de causa haud du-

isse dederunt, ἐπεί κ' ἑῶμεν πολέμοιο, cuius vestigia passim cernuntur. Longe autem plerique etymum ἕω (satio) sufficere censuerunt, idque alii ad verbum ἄω ὦ retulerunt, alii, ut Eustathius atque Etymol. uterque v. ἐφεῖντο, aoristum secundum ἕημι inde deduxerunt. Nemo vero illorum, quantum licet cognoscere, aut de aspiratione aut de tenore penultimae imponendo movit dubium. Ac si qui fuerunt, quibus κ' ἑῶμεν magis placeret, eos stirpem ἑάω comprobasse licebit augurari. Denique quid scriptura ἕομεν sive ἔομεν sibi velit, aut quod etymum ii, qui, sicut schol. Victor. et brevis, Homerica verba ἀναμιχθῶμεν πολεμίοις explicuerunt, subesse crediderint, neque ipse dirimam, neque alius quisquam facile dixerit.

§. 2.

Ab antiquiorum norma vel parum vel nihilo recedunt Dammius in Lex. Hom. 493, 6. et Heynius in observationibus. Hic autem et stirpem ἕω, quam Eustathius aliique affuisse censent, agnoscit, et multiplicem aliorum varietatem inde effloruisse iudicat. Ex illa enim proxime oriri dicit ἕομεν et ἕωμεν, formae productae ἕημι esse ἑῶ, ἑῶμεν subiunctivos, et eodem pertinere εἵην et ἕντο. Ei vero notionem fuisse τοῦ πληρωθῆναι, non propriam quidem et suam, sed aliorum demum adiunctorum ope illatam, quod ex Il. 1, 469. αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο et eius similibus cognosci possit. Primitivum autem horum nihil aliud fuisse nisi ἵημι, mitto, moveo, ἐξίημι emitto, eximo, ergo ἐξίημι ἔρον desiderio satisfacere, cibo potuque satiari. Tempore postero usu invaluisse, ut ἕω, ἕημι per se, neque ullo alio praesidio sustentata idem significarent atque κορέννυμι, et ita ἐπεί χ' ἕωμεν πολέμοιο dicit pro pleniore loquutione ἐξέωμεν vel ἐξεῶμεν ἔρον, ἔρωτα, πόθον πολέμοιο. Sic procedendo rem ad vulgarem notionem esse deductam: pugna se exsatiare, i. e. ad satietatem usque pro viribus pugnare.

Sed istam Heynii opinionem, veterum quorundam praeceptis congruam, argumentis multis et iis gravibus nuper impugnavit Buttmannus in Lexil. II, 131 sq. Primum enim ellipsin, quam ille advocat, miram et ineptam ducit, eosque, qui ἑῶμεν κορεσθῶμεν reddide-

rint simpliciter, paucis fortasse quibusdam exceptis, de tali verborum ambage cogitasse denegat. Tum ipse, potestate eligendi data, proponit duo: ἕωμεν aut ἔωμεν. Illud quidem verbi ἵημι aoristum secundum et huius coniunctivum esse dicit. Iam etsi concedit et verbi ἵημι et ab eo compositorum usum, quo hic egemus, Homero fere ignotum esse, quum semper activa gaudeant potestate, poetam tamen ἵημι et inde deducta sensu neutrius sive remittendi potuisse dicere sumit, quemadmodum inferioris aetatis scriptores ἀνίημι usurpaverint. Nam sicut ἐρωέω (cf. Lexilog. I, 20, 2.) duplici ista significatione sit praeditum, ac genitivo adiuncto ab aliqua re cessare indicet, ita ἵημι πολέμοιο idem, quod apud sequiores fuerit ἀνίημι, potuisse significare. At ipse Buttmannus originationem istam et potestatem dubiam atque incertam habet. Quare etymologorum praeceptis plus fidei addicit, quae duplicem olim fuisse formam censent ἕω et ἀῶ ῷ (saturo) ᾷς ᾷ. Posteriorum igitur erroribus et hariolationibus missis ἰῶμεν χορεσθῶμεν a prisco inde tempore redditum esse tradit, idque ad stirpem ἄω, unde ἄμεναι et ἆσαι χροὸς proficiscantur, probabiliter referri, legitimum autem eius subiunctivum esse ἄωμεν, prima syllaba producta, eum deinde e nota sermonis Graeci consuetudine in ἕωμεν mutari. Neque spiritum accentumve magnopere obstare huic derivationi: illos enim in grammaticorum regulis susque deque esse neminem ignorare. Hac igitur etymologia probata, ἕωμεν scribatur necesse esse: famam enim pervulgatam documento esse priscam formam ἄω nec vero ἄδω sonuisse. Quod si quis hoc reiecto priorem sententiam potiorem duxerit, ἐπεί χ' ἕωμεν esse tenendum. Quapropter Buttmanno certum exploratumque videtur nullum locum περισπωμένῳ esse relictum, quippe quod, etsi libri et grammatici plerique in eo acquiescant, nullo idoneo fundamento nitatur. Porro iudicat, si ab ἄω ἕωμεν repetieris, praesens esse, sin ἕωμεν, ut ab ἵημι ortum, receperis, aoristum. Utrumque vero tempus, quoties a bello destiterimus vel quoties bello satiamur Homeri et Achillis menti bene convenire. Alterum vero, quod grammaticorum placitis ab antiquioribus acceptis magis sit accommodatum, praeferendum existimat Buttmannus; id igitur, tanquam nulli dubitationi obnoxium, recepit in Grammatic. ampl. II, 1, p. 88. Neque illud Buttmanni inventum spre-

verunt alii, sicut Rostius in Dammii Lex. Hom. 490. b. v. ἕω f. ἥσω, Passovius in Lex. Gr. I, 991 v. ἑῶμεν et ib. 1102 sq., v. ἵημι et Göttling. ad Hesiod. scut. 255. Bothius solus, ut novi quiddam et eximii procuderet, ἐπεί κ' ἕομεν πολέμοιο dedit, etsi cum lexilogi scriptore ἕομεν ab ἄω, ἕωμεν deducat. Causam mutandi in Eustathium transfert, utpote qui dixerit: τὸ δὲ ἕομεν γράφεται μάλιστα ἑῶμεν. At ista Eustathii verba non minus quam Buttmanni etymologiam Bothii audaciae aperte adversari nemo non videt. Ceterum ἕομεν, si ab uno discesseris Vindobonensi, in quo manus altera ἑῶμεν in portentosum illud ἕομεν mutaverit, omni fide destituitur. Grammaticos enim, qui Homerica saepe recitant parum accurate, a recepto ἑῶμεν non recessisse planum est et manifestum.

Nec tamen Buttmanni disputationem mihi aeque certam atque aliis videri in annotatione critica libere professus sum. Cuius quidem dissensionis causas breviter et summatim exponam. Primum enim si ἕωμεν, ut a verbo ἵημι ortum, praeoptaveris, Homeri usum et sermonem, qui Atticismi impatientes sunt, refragari et Buttmannus animadvertit et quivis alius perspiciet. Deinde grammaticis, qui de rebus istis diligentissime et accuratissime solent agere, spiritus ac tenores nulli curae et paene ludibrio fuisse Buttmannus temere statuit At adspirationem et interpres Veneti A. et Eustathius communi tuentur iudicio, properispomenum autem quum iidem tum omnes propemodum libri ab oblivione vindicant. Nec veteres ἄω ὦ nostrae formae originem ac fontem fuisse tanta, quantam Buttmannus iactat, dicunt constantia. Inter alia enim huius originationis meminerunt etymologus uterque: at ii ipsi et praeterea Eustathius ἕω, ἕημι, ἕντο et εἶναι nostro finitima esse alias tradunt. Vides igitur Buttmannum, ut suae opinioni gratificaretur, alterum auxisse et exaggerasse, alterum elevasse ac depressisse. Iam vero miram Heynii ellipsin, quam Eustathius et ipse fortasse agnovit, reiiciendam haud negaverim, sed Buttmanni ἕωμεν aut ἕωμεν vix plus fidei esse contendo. Num quid autem melius praestantiusve afferre possim, dubium profecto est et lubricum. Nec me poenitebit in re difficillima et antiquitatis robigine obsita meam fateri inscitiam. Sed nihil, opinor, impedit, quominus veteribus adstipulati

ἔω, ἐάω, ἀῶ, ὦμεν et ἑῶμεν, qua manifesta et aperta nota istud a verbo ἐάω ἐῶ, ἐῶμεν discernatur, verum et priscum fuisse putaveris. Omnes enim quemadmodum demonstravimus, verbum ἔω κορεννύω, ἑῶμεν κορεσθῶμεν sive πληρωθῶμεν significare consentiunt, ad reliqua, quae de etymologia disserunt, coniiciendo et divinando pervenerunt. Nec quisquam omnes Graecae linguae anfractus et recessus felici studio poterit perreptare. Illi vero opinioni, qua inducti etymum duplex sive triplex ἄω,ἔω, ἐάω fuisse statueris, plus ponderis accessurum esse intelligitur, si cum Heynio et Boissonade in Hesiodi scut. Herc. 255. exarare liceret:

— — — αἱ δὲ φρένας εὖτ' ἄρ' ἔσαντο
αἵματος, ἀνδρομέου. — — — — —

At de eo nihil firmi et certi nobis constare, immo vulgare εὖτ' ἀρέσαντο recte obtinere locum viri docti iure meritoque affirmant.

EXCURSUS XXXII. AD IL. Φ, 319.

Formam duplicem τὸ χέραδος et τὴν χεράδα veteribus in usu fuisse demonstratur.

§. 1.

Controversiam, ut in annotatione critica vidimus, diu agitatam, nec tum ab omni parte diremptam si componere studuero, tum grammaticorum praecepta, tum aliorum iudicia nobis et colligenda et ponderanda esse facile apparet. At illi quidem coepto eo plurimum difficultatis et impedimenti obiicitur, quod utrique veteres pariter ac recentiores non modo inter se valde dissentiunt, verum illorum etiam monita scribarum imperitorum negligentia et socordia saepe minus emendata a nobis leguntur. Qua de re bene iam meruit Henr. Stephanus in Gr. ling. thes. vol. VIII. 10491, d, sq. ex edit. Londin., alia alii scienter et commode attulerunt. Equidem ne in depravatis diutius haeream, meliora bre-

viter adscribam, neve eadem saepius sint iteranda, quae pluribus sint communia, satis habebo indicare. Versus autem Homeri, qui huic quaestioni ansam dederunt, ita constituendos esse dixi:

— — — — — *κὰδ δέ μιν αὐτὸν*
εἰλύσω ψαμάθοισιν, ἅλις χέραδος περιχεύας;
μυρίον. — — — — — — —

Ipsi igitur veteres interpretes, utrum *χέραδος* neutrius accusativus, an feminini (*χεράς, άδος*) genitivus sit habendus, fluctuant. Illud quidem scholl. Ven. A. identidem pro vero accipiunt hisce: *τὸ χέραδος, τοῦ χεράδους φασὶν οὐδέτερον. ἅπαξ δὲ εἴρηται παρὰ τῷ ποιητῇ. σημαίνει δὲ τὰς ψηφῖδας,* alius *ἡ διπλῆ, ὅτι ἅπαξ τὸ χέραδος. ἔστι δὲ τὸ συναγειρόμενον ἐν τῇ ῥύσει πλῆθος ἰλύος καὶ ὀστράκων καὶ λίθων. φησὶ γοῦν, πολὺν δ' ὀρυμαγδὸν ὄρινε φιτρῶν καὶ λάων* (v. 613 sq.). Cum his fere conspirant scholl. BV., e quibus hic ait: *τὸ χέραδος οὐδέτερον προπαροξυτόνως, ὡς κίναδος, καὶ Πίνδαρος δὲ τὴν δοτικὴν ἐξήνεγκε χεράδει, ὡς μεγέθει.* Nec vero alterius memoria intercidit apud eosdem, immo de Aristarchi sententia femininum Homero fuisse cognitum tradunt, velut schol. AD. *χεράδος· τῆς ὑπὸ ποταμῶν ἀθροιζομένης ψάμμου καὶ ξύλων συγκομιδῆς, Ἀρίσταρχος δέ φησι χεράδας καλεῖσθαι τοὺς ποταμοὺς καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς λίθους. εἶναι δὲ τὸν νοῦν τοιοῦτον, πολλῇ ἰλύϊ οὐκ ὀλίγον πλῆθος τῶν ποταμίων λίθων ἐπισωρεύσας χώσω· χεράδος οὖν λιθάδος,* ita enim e scholl. vulgaribus corrigendum esse apparet, etsi vera Aristarchi manus ipsam Lehrsii sagacitatem fefellit de Arist. stud. 155, cf. Etymol. M. 808, 43. Etym Gud. 565, 22. Aristarchi autem immemor fuit Eustathius 1238, 6 sqq. singula singulorum complexus interpretamenta: *χέραδος δέ,* inquit, *κατά τινας ἀκαρθαρσία πᾶσα συῤῥέουσα ἐξ ὕδατος ὀνομασθεῖσα μιμητικῶς ἀπὸ τοῦ γινομένου ἤχου ἐν τῷ κατασύρεσθαι. οὐδετέρου δὲ γένους τὸ χέραδος καὶ* (l. *ὡς*) *τὸ κίναδος, ἅπαξ ἐνταῦθα ῥηθέν. ἕτεροι δὲ χέραδος εἶπον τὸ πλῆθος τῶν θαλασσίων ἢ παραποταμίων ψήφων. ἄλλοι δὲ τὴν μετ' ὀστράκων καὶ λίθων ἰλύν, ἢ τῶν ἐς χερμάδας ἐπιτηδείων λίθων. τοῦτο δὲ παρακατιὼν* (l. *ἀλλαχοῦ* ex Phavor. 1863, 7 et Philem. Lex. 199.) *φασίν,* (del. hoc verbum) *ἄσιν καλεῖ, ὃ ἔστι ῥύπον ἐν ὕδασι ξηρόν, ἢ συντο-*

μώτερον κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸ ἐξ ὕδατος, περὶ ἧ ἐν τῇ β΄ ῥαψῳδίᾳ (108, 19.) *εἴρηται. τινὲς δέ φασι, ὅτι συνωνυμοῦσιν ἰλὺς καὶ ἄσις καὶ χέραδος. Πίνδαρος δὲ ἐν Πυθιονίκαις εἰπὼν χεράδι παμφόρῳ δίδωσι νοεῖν, ὅτι ἔστι καὶ ἡ χερὰς τῆς χεράδος, εἰ μὴ ἄρα φιλονεικῶν τις καὶ ἐκεῖνο οὐδετέρως κλίνει, χεράδει γράψας διὰ διφθόγγου, ὡς τῷ κινάδει, καθ' ὁμοιότητα τοῦ τείχεϊ τείχει, βέλεϊ βέλει.* Eustathii quae ad Pindarum spectant totidem verbis reperiuntur in Phavor. Lex. 1863, 10 sqq et Philem. Lex. 199., contra Etymol. M. 808, 42. habet: *καὶ Πίνδαρος τὴν δοτικὴν εἶπε χεράδει σποδέων*, unde multiplicem doctorum litem ortam scimus; vid. Boeckhii not. crit. ad Pind. Pyth. 17. 13. Deinde alii *χέραδος τὸ* et *χεράδα τὴν* enumerant, velut Etymol. M. 808, 40. *χέραδος, Ἰλιάδος φ΄, ὡς κίναδος. οὐδέτερον γάρ ἐστι τὸ συναγόμενον ἐν τῇ ῥύσει τοῦ ποταμοῦ πλῆθος ἰλύος καὶ ὀστράκων καὶ λίθων*, cf. Hesych. II, 1549, Suid. III, 664. Lexic. Rhet. in Bachmanni Anecd. Graec. I, 414, 21, in quibus omnibus unum duove insident vitia: legi enim oportet *χέραδος· ἡ μετὰ ὀστράκων καὶ λίθων ἰλύς*, cuius loco omnes isti *ὕλη* suppeditant, neque id Stephanum praeteriit in Th. ling. Graec. l. all., deinde apud Suidam in Bachmanni lexico perperam fertur *χεράδος*, nomen autem *προπαροξύτονον* esse intelligitur; cf. Suid. III, 674. v. *χλίδος* et Harpocrat. ib. 298. Neque ab istis re et veritate, sed specie ac verbis distare puto Apollonium in Lexic. Hom. 709. *χέραδος. σωρὸς λίθων μετ' ἰλύος.* Femininum *τὴν χεράδα* nobis explicant Etym. M. 808, 35 *χεράδες· τὰ παραθαλάσσια σκύβαλα. παρὰ τὸ χεῖσθαι ῥᾳδίως. χεράδες λέγονται καὶ οἱ σωροὶ τῶν λίθων τῶν μικρῶν. φησὶ δὲ Δημήτριος ὁ Σκήψιος τὴν διάλεκτον Ἀπολλωνιατῶν εἶναι. καὶ Σαπφώ, μὴ κίνει χεράδας.* Horum initium, additis quibusdam *τῶν λιθ. τῶν μικρ., τῶν καθ' ἕνα χειρὶ ληφθῆναι δυναμένων.* Phavor. 1862, 65 sqq. et Philom. in Lex. 198. repetunt, add. Zonar. 1848. et duplicem Hesychii glossam II, 1549 *χεράδες· αἱ τῶν χειμάῤῥων ποταμῶν λιθώδεις ἀθροίσεις*, ac *χεράς· τὸ ἀπὸ θαλάσσης καὶ ποταμῶν λιθῶδες. ἢ ὁ σωρὸς τῶν λίθων.* In Etymol. vero Gudian. 163, 22 *χέρας, τῆς ὑπὸ ποταμῶν ἀθροιζομένης ψάμμου καὶ ξύλων συγκομιδῆς* cum schol. Homer. brevi *χεράδος· τῆς ὑπ. κ. τ. λ.* emendandum est. Χε-

ράδα sive *χεράδας* solum commemorant schol. Apoll. ad Arg. I, 1123

βωμὸν δ' αὖ χεράδος παρενήνεον — —

ubi altera observationis eius, quam etymologus dedit, pars nobis offertur; etenim legimus: *χερὰς δὲ λέγεται ἡ τῶν μικρῶν λίθων συλλογή, τῶν καθ' ἕνα χειρὶ ληφθῆναι δυναμένων. ὁ δὲ Ὅμηρος χερμάδιά φησιν. ἢ χεράδες λέγονται οἱ μικροὶ σωροὶ τῶν λίθων* (corrige *οἱ σωροὶ τῶν λ. τῶν μικρῶν*), *ὥς φησι Δημήτριος ὁ Σκήψιος κατὰ τὴν Ἀπολλωνιατῶν διάλεκτον τῶν ἐν Πόντῳ. μέμνηται καὶ Σαπφώ. μὴ κενὴ χεράδος* (sic.!) *καὶ Ὅμηρος·*

— — — — *ἅλις χεράδος περιχεύας.*

λίθους οὖν ἐσώρευεν πρὸς οἰκοδομὴν βωμοῦ. Nec secus iubent Pindar. schol. ad Pythic. VI, 13: *πολυφόρῳ χεράδι ἤτοι τῷ κοπρώδει φωρυτῷ· φωρυτὸς δὲ κυρίως ἡ ἐκ τῆς χαράδρας ἀκαθαρσία. Ὅμηρος* (Il. *φ*, 319)·

εἰλύσω ψαμάθοισιν, ἅλις χεράδος περιχεύας.

χερὰς δὲ ὁ μετὰ ἰλύος καὶ λίθων συρφετός.

Triplicem igitur grammaticis Graecis fuisse opinionem ex iis, quae enumeravi, discimus. Alii enim neutrum solum *τὸ χέραδος* Homero duce agnoscunt, alii, sicut scholl. Apollonii ac Pindari, *τὴν χεράδα* lyricorum et Apollonii certam et tutam in ipsum transferunt Homerum, neque aliter iudicasse videtur Aristarchus, grammaticorum princeps, alii denique formam utramque bonam et scriptorum usu probatam fuisse testantur. Aristarchi autem quae fuerit sententia, minus plene et recte exponunt etymologus uterque: eam vero integram scholl. AD. nobis servarunt. Unde scimus Aristarchum in re aliis concordem, in genere vero disparem esse.

§. 2.

Istae veterum disceptationes variae et incertae recentiorum etiam mentem in diversa traxerunt. Ac lexicographi quidem nomen utrumque plerumque apponunt; vid. Schneiderum, Passovium et Riemerum s. v. Nec tamen ii ipsi omnes neutri certam et dubitationis

expertem habent fidem. Apertius ei bellum indixit Stephan. in thes. ling. Gr. I. all.; postquam enim grammaticorum praecepta et Pindari locum attulit, ita pergit Eustathio adversatus: „Ita quidem ille; sed quid si potius apud Homerum χεράδος non χέραδος scribendum esse quis contendat? et χεράδος ab illo χεράς esse dicat? Me certe is assentatorem fortasse habebit, quum illi scripturae assentiri meum vetus exemplar et non paucas edd. typographicas videam (sic autem et ap. Apollonium et eius schol. depravatum esse huius vocis accentum admonui), quum etiam adverbio ἅλις genitivum optime sciam convenire: quum denique apud brevium scholl. auctorem χεράδος genitivum expositum inveniam. In meo autem illo veteri vel potius vetustissimo exemplari haec annotantur margini: χεράδος Ἀπολλόδωρος τὸ πλῆθος τῶν θαλαττίων καὶ ποταμίων λίθων, οὓς ἡμεῖς τροχαλούς, οἱ δὲ χερμάδια καλοῦσιν, ὄντας χειριπληθεῖς. Affertur vero ibi et alia lectio, sc. σχεράδος: nec dubito, quin utraque vox pro genitivo ibi habeatur. Unum est, quod genitivo (i. e. legere solentibus in genitivo) obsistere possit, sc. μυρίον, sed videndum, an non adverbialiter dici queat." Haec Stephani dubitatio nihil impedivit, quominus Boeckhius in annot. crit. ad Pindar. Pyth. VI, 13. eodem aberraret. Nam quum Stephanus ἅλις χεράδος male iungendum arbitraretur, Heynius et Dawes. in miscell. crit. p. 47. ἅλις poetae esse merum adverbium iure obiecerunt. Nec repugnant Il. 9, 137, 229, ubi genitivum, quem verbum νηησάσθω sibi requirit, alii inconsideratius cum adverbio ἅλις connectunt; vid. Damm. Lex. Hom. 63, c. Itaque Boeckhius sic disputat: „mihi ut verisimile non videtur χέραδος apud Homerum esse accusativum, quum bene dictum sit χεράδος περιχεύω μυρίον, quumque χέραδος analogia haud satis tueri possit; ita pro certo habeo Pindarum scripsisse χεράδι, ut libri plurimi, ut scholia, ut veteres grammatici legerunt." Et de Pindaro Boeckhium recte statuisse nihil intercedo, sed Homerus μυρίον sive μύριον, quemadmodum e communi et trita grammaticorum regula fortasse scribendum erat, nunquam posuit genitivo adiuncto. Quare idem, quod priori structurae Dawesius opposuit, Boeckhio obstabit, neque id ipsum pro accurata et plena, quae in eo erat, dialectorum Graecarum scientia latuit Stephanum: Aristarchum fugisse sane miror, nisi eius interpretationem

sinus diligenter et vere nobis transmissam esse statuere ·alimus. Neque intelligo, quid sit id, quod Pindari editor magis significavit quam demonstravit, τὸ χέραδος nalogiae Graecorum parum convenire. Genitivus enim uum nulli sane apte possit sociari, nihil nobis reliquum ideo, nisi ut neutrius accusativum, in quo plurimi veterum consentiunt, verum et Homericum ducamus. Si quis autem χεράδος paroxytonum et genitivum defendere voluerit, ei nulla alia patebit via, nisi ut dicat χεράδος absolute esse positum, neque ab ullo alio regi additamento. Eam quidem casus huius vim Homero cognitam esse Il. 9, 491. et alia quaedam ostendunt, neque Hermannum in Opusc. I, 326, uti ex eius interpretatione licet colligere, Homerica aliter cepisse putaverim. At huic rationi ἄλις, quod sua sponte cum nomine insequente coit, obstaculo est gravi et non ita facile removendo.

Hisce causis impulsus τὸ χέραδος Homero relinquendum esse duxerim. Τὴν χεράδα Pindaro, Sappho, de cuius fragment. cf. Neuii collectionem p. 86., et Apollonio tribuendam esse sequitur.

EXCURSUS XXXIII. AD Il. X, 491.

De perfecto Homeri insolito ὑπεμνήμυκε sive ὑπεμμήμυκε.

§. 1.

Inter mala, quae in puerum tutela et praesidio patris destitutum ingruere soleant, Andromacha in Il. 22, 490 sq. recenset haec:

ἦμαρ δ' ὀρφανικὸν παναφήλικα παῖδα τίθησιν·
πάντα δ' ὑπεμνήμυκε, δεδάκρυνται δὲ παρειαί.

In quibus verbi forma iam interpretes Graecos habuit sollicitos, eademque res varias ac sibi invicem contrarias virorum doctorum et disputationes et medelas peperit. Quare de ista controversia, quae plus temporis

et studii requirit, breviter quidem agamus ac dilucide. Primum autem antiquiores pro duplici triplicive illius verbi stirpe, quam subesse putant, diversam afferunt interpretationem. Alii enim recordari, alii vultum demittere Homerico significari arbitrati sunt. Hoc qui tenent, ii ipsi de origine ambigunt, eamque vel μύειν vel ἠμύειν fuisse volunt. Indicio sunto et scholiastae et lexicographi: ita scholl. AD. καταμέμυκε, inquiunt, κατεστύγνακε, κάτω βλέπει· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ἐπὶ τοῦ καταvένευκεν (κατανένυκται ex Apoll. Lex. Tollius corrigit) ἐκδέχεται. οἱ δὲ ἀντὶ τοῦ εἰς ἀνάμνησιν ἔρχεται. Schol. B. ait: πάντα δ' ὑπεμνήμυκε· πάντα αὐτῷ τὰ δεινὰ εἰς ἀνάμνησιν ἄγει τοῦ δυςφορεῖν. ἢ πάντα αὐτῷ καταπέπτωκε καὶ κατακέκλιται, παρὰ τὸ ἠμύω ἠμύσω ἤμυκα, καὶ περισσὸν τὸ ν. Nec minus utrumque legimus apud schol. Leidens. κάτω ῥέπει, κατανένευκεν εἰς ἀνάμνησιν ἔρχεται τοῦ πατρός. Aristarchum autem non tam in re, quam in etymo ab aliis dissensisse insuper cognoscimus ex Apollonii Lexico, in quo bis nostri mentio reperitur: 673 sq. Ὑπεμνήμυκεν. ἐν τῇ Χ ῥαψωδίᾳ τῆς Ἰλιάδος, ἐν ἀθετουμένοις στίχοις. πάντα δ' ὑπεμνήμυκεν· ὁ Ἀρίσταρχος ἀποδίδωσιν ὑποκατανένυκται, ὅθεν Ἀπίων φησίν, ὑπομέμυκε καὶ κλαίει. ἐπιφέρει γάρ· δεδάκρυνται δὲ παρειαί, ἐκ δευτέρου δὲ ἀποδιδούς, ἵνα ἡ ἀνάμνησιν εἴληφεν. βέλτιον δὲ τὸ πρῶτον. et antea 259. Ἐμνήμυκε συνθέτως λέγεται μετὰ τῆς ὑπό· πάντα δὲ ὑπεμνήμυκεν — μεταφράζεται δὲ εἰς τὸ κατανένυκται. Eustath. ad Il. 1282, 211. de ista voce sic commentatur. τὸ δὲ πάντα ὑπεμνήμυκε ἀντὶ τοῦ κατὰ πάντα ἐστύγνακε. διὸ καὶ ἐπάγει· δεδάκρυνται δὲ παρειαί· ἢ μᾶλλον τεταπείνωται, καταβέβληται. τοῦτο δὲ εἰς γραφὴν μὲν πεζὴν οὐχ ἕλκεται, γίνεται δὲ ἐκ τοῦ ἠμύω (τὸ ἐπικλίνω) ἤμυκε καὶ Ἀττικῶς ἐμήμυκε, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν ἐμνήμυκεν ἀντὶ τοῦ κάτω, οἷον κεῖται καὶ στυγνάζων κατακέκλιται. ὅτι δὲ τοῦ ἠμύω πρωτότυπόν ἐστι τὸ μύω, ἐκδηλότατόν ἐστιν. αὐτὸ δὲ ἐπὶ βλεφάρων καὶ χειλέων καί τινων ἑτέρων λέγεται. μέλλων δὲ αὐτοῦ μύσω, ἐξ οὗ καὶ μύες καὶ μυῶνες οἱ κατὰ σῶμα καὶ μῦς τὸ ζωΰφιον. ἐκ δὲ τοῦ μύειν, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ δεδήλωται (vid. 883, 58.), καὶ ῥῆμα ἐκμυστίζειν (immo ἐξαμυστίζειν) τὸ ἐφ' ἓν πνεῦμα πίνειν. Fragmentum deinde adiectum comici legitur apud Athenaeum XI, 783. d. e. Eustathii verba paucis vel

missis vel immutatis sua fecit Phavor. 1797, 5 sqq. nec vitiis quidem, quae illic comparent, abstinens. In Etymo, quod hi expromunt, conveniunt Etymol. Magn. 77, 46. et Gudian. 541, 41. E quibus ille, versu Iliados allato, ait: ἔστιν ἡμύω (add. ῥῆμα e Gudian.) τὸ ἐπικλίνω καὶ καταπίπτω· ὁ παρακείμενος ἤμυκα. ὁ Ἀττικὸς ὤφειλεν ἠμήμυκα εἶναι ἀλλ' ἐπεὶ (ἐπειδὴ Gud.) ὁ Ἀττικὸς παρακείμενος ἀεὶ ἀπὸ βραχείας ἄρχεται, συνεστάλη τὸ η̄ εἰς ε̄, καὶ ἐγένετο ἐμήμυκα· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν̄ διὰ χρείαν (Gud. χρεῖαν male) ποιητικὴν γίνεται ἐμνήμυκε καὶ ὑπεμνήμυκε; add. Phavor. 1797, 17 sqq. huius etymologi annotationis meliorem. Aliquanto saepius Homericum commemoravit Hesychius, cuius labes hinc illinc remotas a viris doctis Phavorinus idem fideliter repetere solet. Ac primum quidem id ipsum, quod poeta novit, II, 1455. breviter attigit: ὑπεμνήμυκεν· ὑπομέμυκε, κλαίει, στενάζει, στυγνάζει, eodem vero aliae illius pertinent glossae, velut I, 1194, ἐμμέμυκες καταμέμικται ἢ ἐπικέκλιται (lege καταμέμυκται ἢ ἐπικέκλιται, quorum alterum Albertus, alterum Kusterus coniectura reperit), παρὰ τὸ μεμυκέναι. τινὲς δὲ ἐμνήμυκεν. cf. Phavorin. 631, 29, in Hesychii mendis perstantem. Porro Hesych. I, 1337. ἐπημύει· ἐπικατακλᾷ, ἐπιστενάζει. cll. Phavor. 696, 41, ubi alii ἐπικλαίει, alii ἐπικλίνει corrigunt, quidem omnium simplicissimum habeo ἐπικατακλᾶται infringitur). Neque alio ex fonte profluxerunt Hesych. I, 610, μνημύει. σκυθρωπάζει. et ibid. μνήμυκεν. ὑποπτήσσει δυσχεραίνει. cf. Phavor. 1266, 48. Ne vero quidquam desit eorum, quorum mentionem faciunt Homeri scholiastae, ad etymologiam magis remotam Hesychius respicit I, 1196. ἐμνήμυνεν· εἰς ὑπόμνησιν ἤνεγκεν, id. Phavor. 632, 19.

His fere terminis ea, quae veteres ad Homeri versum vel exponendum vel illustrandum dixerunt, sunt circumscripta. Quae quidem nos, illis praeeuntibus, duplex triplexve verbi etymum recte posuisse aliis poterunt ostendere. Etenim longe plerique praesens ἡμύω et perfectum Atticum ἠμήμυκα sive potius ἐμήμυκα, cui ν̄ abundanter sit insertum, unde ὑπεμνήμυκεν oriatur, eius habent fundamentum. Id autem ipsum Eustathius et alii quidam a verbo μύειν, unde κάτω μύειν, deducendum esse existimant. Rara quidem, nec tamen inau-

dita est ea opinio, qua ὑπεμνήμυκε cum radice μνήμων μνημονεύειν cohaerere ducunt: nam vestigia eius tum in scholiis tum in Hesychii lexico cernuntur. Denique formae ὑπεμμήμυκε, quam recentiores quosdam commendasse scimus, nonnihil certe praesidii ex Hesychii et Phavorini ἐμμέμυκε petere licet. Videmus igitur ea propemodum omnia, quae viri docti nostra et patrum memoria disputarunt, antiquorum e copiis esse hausta et petita.

Sed priusquam ad illorum nos convertamus disceptationes, quid sit, quod Apollonius verbum istud in versibus spuriis obtinere dicat, etsi ea de re ad vers. 487. generatim disseruit, paucis videamus. Huius ἀθετήσεως et scholl. Venet. A. et **Eustath.** 1281, 51 et 1282, 18 sqq. mentionem faciunt, quanquam illi tredecim notant versus, Eustathius nonnisi novem ab antiquioribus criticis proscriptos fuisse videtur affirmare. In Venetis autem A. et B. duplex exstat scholion. In priore horum disputantur: ἀπὸ τούτου (v. 487.) ἕως τοῦ „δακρυόεις δέ τ' ἄνεισι" (v. 499.) ἀθετοῦνται στίχοι ιγ', ὅτι ἀδιάθετοι· τὸ γὰρ περιέρχεσθαι τὸν Ἀστυάνακτα, καὶ τὸν φίλον τοῦ πατρὸς τὸν μὲν χλαίνης ἐρύειν, τὸν δὲ χιτῶνος, ἵνα βρόγχον πίῃ, Πριαμοῦ περιόντος καὶ ἄλλων ἀδελφῶν Ἕκτορος καὶ αὐτῆς τῆς Ἀνδρομάχης ἄτοπον. διὰ τί δὲ ἔμελλον ἀφαιρεῖσθαι τὰς ἀποτετμημένας ἀρούρας, κατὰ τὸ βασιλικὸν γένος κληρονόμου τοῦ υἱοῦ Ἀστυάνακτος ὄντος; ὅλως δὲ οὐδ' ἔστιν ἴδια τοῦ περὶ τὸν Ἀστυάνακτα οἴκτου, ἀλλὰ κοινῶς ἐπὶ παντὸς ὀρφανοῦ ἁρμόζει τὰ λεγόμενα. βέλτιον οὖν οὕτως ἐπιβαλεῖν· οὔτε σὺ τούτῳ ἔσσεαι, Ἕκτορ, ὄνειαρ, ἐπεὶ θάνες, οὔτε σοὶ οὗτος Ἀστυάναξ, ὃς πρὶν μ... ἑοῦ. cf. v. 500. Brevius eadem fere tradit schol. B. excusat vero rem mulierum loquacitate in rebus adversis potissimum conspicua. Ait enim: ἕως τοῦ „δακρυόεις τ' ἄνεισιν" ἀθετοῦνται στίχοι ιγ', ὡς καὶ τῇ συνθέσει εὐτελεῖς καὶ τῷ καιρῷ ἀνάρμοστοι· ἀδολεσχίαν γὰρ ποιοῦσι τοσούτῳ προσώπῳ περικείμενοι. ἀλλὰ ἦθος γυναικῶν ἄκρως ἀπεμιμήσατο. σύνηθες γὰρ γυναιξὶ πολυλογεῖν ἐν τοῖς πένθεσι καὶ μάλιστα ἐν τοῖς πάθεσι πάθος κινεῖν. **Eustathius** quae priore loco brevius tectiusque significavit, ea postea uberius explanat hisce: ἐντεῦθεν (i. e. a vers. 490.) δὲ ἄρχεται ὁ γνωμικὸς χαρακτήρ, ὁ καθὰ εἴρηται περὶ τῆς ἁπλῶς ὀρφανίας μετρούμενος ἐν στίχοις ὡς προει...

λώθη ἐννέα, οὓς καθὰ ἐῤῥέθη ἀθετοῦσί τινες ὡς ἀδιαθέτους, φασὶ, καὶ κοινῶς τῷ τυχόντι παντὶ ὀρφανῷ πρέποντας, οὐ μὴν τοιῷδε, ὁποῖος ὁ Ἀστυάναξ ἔσται, εἰ τυχὸν φύγῃ τὸν θάνατον. οὐ γὰρ δήπου τὰ τοῦ τυχόντος ὀρφανοῦ πείσεται καὶ αὐτὸς ὁ βασιλικὸς ὀρφανός· ἔτι γε μὴν ὠβέλισαν τοὺς τοιούτους στίχους οὐ μόνον ὡς ἀνορμόστους τῷ καιρῷ, ἀλλὰ καὶ εὐτελεῖς τῇ συνθήκῃ, καθὰ ἐκεῖνοι λέγουσι, μὴ θέλοντες γυναικείου στοχάσασθαι ἤθους, ἐν πένθει μεγάλῳ (male μεγάλα vulgo) ταῦτα λέγοντος, ὅτι τοῦ πρὸς ἀκρίβειαν λαλεῖν ἐξεκρούετο. Iam inde, quod Eustathius novem, scholl. Veneti tredecim versus spurios habitos esse referunt, nihil certi ac firmi colligi posse erit dandum: nam vel Eustathius erravit, vel alii statuerunt aliter. At vero ista neque Aristarchum delevisse neque Andromachae persona aliena esse ducenda et veteres quidam docent et ipse in annotatione critica ostendere studui. Accedit ad haec, quod v. 495 sq. et 500. parum apte coeunt:

— — — — — — οὔτε σὺ τούτῳ
ἔσσεαι, Ἕκτορ, ὄνειαρ, ἐπεὶ θάνες, οὔτε σοὶ οὗτος,
Ἀστυάναξ, ὃς πρὶν μὲν ἑοῦ ἐπὶ γούνασι πατρὸς —.

Pristina enim Astyanactis miseri felicitas calamitati futurae opposita clarius ac manifestius patet. Abiectis autem iis, quibus miseriae posthac ingruentes accuratius enumerentur, cur laeta ista Astyanactis pueritia pluribus describatur, vix idoneam comminisci poterit causam. Quare, si quid video, Alexandrini isti arbitri, ut alias saepe egerunt, libertatem fingendi atque exornandi poetae detractam et imminutam argutius quam verius voluerunt.

§. 2.

His ad finem qualemcunque adductis recentiorum vel emendationes vel interpretationes propius inspiciamus. Homerica vitio laborare Barnesius, Lennepius et Toupius censuerunt, Kusterus enim quae ad Hesych. Lex. I, 1194, proponit, ipse retractat. Ex iis autem Barnesius solus ab eo, quod doctissimi quique veterum tuentur, longius discessit; nam cum scholiastis quibusdam notionem reminiscendi desiderari ratus,

πάντα δ' ὑπεμνήμευκε i. e. ὑπεμνημόνευκε Homero obtrusit. At et syncopa ista nullo idoneo firmari potest exemplo, nec verbum ipsum poetae redolet aetatem. Iure igitur istam Barnesii audaciam posteri Homeri editores eiiciundam censuerunt, nec quisquam fere huic portento addixit fidem. Kusterus l. l. ex Hesychii glossa nonnullis in libris ὑπεμμέμυκε, ut ab ὑπεμμύω ductum, lectum fuisse efficit, id autem ipsum metrum refutare sapienter adiicit. Alios vero aut rei insolentia deceptos aut nimio explicandi studio impulsos alio aberrasse varietas legendi ab Heynio partim e codicibus, partim e scholiis congesta nobis potest indicare, quandoquidem ὑπεμνήμυκε, ὑπεμνήνυκε, ὑπεμνύμηκε, ὑπεμίμνηκε et ὑπερμνήμυκε afferat. Hisce autem omnibus vel nihil omnino vel parum auxilii ex Hesychii lexico petere possis. Quare in istis librariorum imperitorum erroribus diutius versari nihil attinet. Propterea ad Lennepii progredimur coniecturam, de qua in animadvers. ad Coluth. 146 sq., verbis poetae adductis, sic praecipit: „varias interpretum sententias vid. in not. ad Hesychium v. Ἐμμέμυκεν, ubi hunc Homeri locum ante oculos habuit lexicographus: unde merito suspicatur Kusterus in quibusdam Homeri codicibus non ὑπεμνήμυκε, sed ὑπεμμέμυκε fuisse. Immo non tantum ὑπεμμέμυκε olim exstitisse, sed binis vocibus veteres legisse ὑπ' ἐμμέμυκε tuto hinc concludi posse reor. Ex binis itaque his veterum codicum lectionibus crediderim olim fuisse scriptum ΥΠΕΜΜΗΜΥΚΕ, quod corruptum pro ΥΠΟΜΜΗΜΥΚΕ; atque hinc voces tantum distinguendo hanc eruo scripturam:

πάντα δ' ὑπ' ὄμμ' ἤμυκε, δεδάκρυνται δὲ παρειαί.

Ubi πάντα adverbialiter sumendum pro πάντως. Quo sensu autem ὄμμα ὑπημύειν dicatur Homero, docebunt explicationes veterum grammaticorum, ubi interpretantur κατεστύγνακε. et clarius Hesychius v. ὑπεμνήμυκε, ὑπομέμυκε, κλαίει, στενάζει.“ Quae deinde addit de usu verbi ἠμύειν, κατημύειν et de genis languescentibus, ea utpote nemini addubitata et negata, silentio praetermitto; coniecturae vero ipsi multa eaque gravia obstant argumenta. Nam primum nominis ὄμμα a Lennepio substituti nullum usquam cernitur vestigium; tum singularis eius et a re ipsa et ab Homeri loquela abhorret; denique Hesychii ὑπομέμυκε, quo quis ad

Lennepii iudicium stabiliendum uti possit, aut corruptum est atque emendandum ὑπημέμυκε, cuius sponsores sunt etymologus uterque, Eustathius et alii, aut, si revera ita dedit lexicographus, eandem iniit viam, quam Eustathium tenuisse vidimus, et μύω primitivum verbi ἠμύω fuisse credidit. Hisce, opinor, rationibus accidit, ut pauci admodum Lennepii invento plauderent. Meliore successu Toupius in epist. crit. ad Guilielmum episcop. Glocestriens. p. 59. ex edit. Lips Homeri tentavit verba. Is enim Barnesii et Lennepii medicina spreta ait: „vel quovis pignore contenderim ita poetam dedisse:

ἄντα δ' ὑπεμμήμυκε, δεδάκρυνται δὲ παρειαί,
coram autem vultu est deiecto, et lacrymis obtecto,

quod pueri patre orbati et moerore confecti est.“ Istam igitur Toupii medicinam vel integram vel certe extremam eius partem suo assensu dignam habuerunt Tollius ad calcem Apollonii lexici in excurs. de hac re conscripto p. 152, Wolfius olim, Heynius et Bothius, qui eo usque sunt progressi, ut ὑπεμμημυκε reciperent. Neque id falsum videtur Buttmanno in Gr. ampl. I, §. 85. annot. 5. At primum ὑπεμμήμυκε, si ab Hesychii notatis discesseris, testis locupletis praesidio destituitur; tum formae huius etymum ὑπομημύω potius quam ὑπημύω proferendum esse liquido apparet; denique manifesta grammaticorum suffragia communi ὑπεμνήμυκε succurrere latebit neminem. Itaque Wolfius sententiam primum probatam in editionibus postero tempore profligatis merito retractavit, eaque de re in praefatione edit. alt. p. LXIII. prudenter exposuit hisce: videntur veteres consulto arsin versuum sonantiorem fecisse augendis vocalibus, nunc consonantibus geminandis, nunc duplicibus ponendis, nunc addendo ν̄ et in medio et in fine, uti ὑπεμνήμυκε," add. Matth. in gr. Gr. I, p. 64. et Passov. Lex. II, 1228 v. ὑπεμνήμυκε. Priorem autem emendationis Toupianae partem, quam praeter Tollium nemo laudavit, Homeri sermonis prorsus contrariam esse vel ea poterunt demonstrare, quae in Excurs. XVII. §. 2 de usu et significatione adverbii ἄντα copiosius disputavi. Nec repugnabunt ἄντα ἰδεῖν, ἄντα ἐῴκει et horum cognata, quibus omnibus exadversus indicatur. Eum vero, qui oculis submissis procedit, non

posse recto vultu luminum aciem deiicere nemo non intelliget.

Lectione poetae constituta, quod et priorum sollertia et hominum nostrorum industria paene otium fecit, pauca sane erunt, quae de horum interpretatione nobis sint submittenda. Atque in eo quidem tum veterum glossas tum eruditissimos quosque recentiorum consentientes videmus, quod ἠμύειν et ὑπημύειν inclinari et caput potissimum demittere tradunt indicare. Verum id esse quum alii epici tum Homerus probat; vid. Il. 2, 313. 4, 290. 8, 308. 19, 405. Neque a simplici distant multo composita, velut Apollonius in Argonaut. III, 1400. de herbis largo imbre in terram deiectis proprie scripsit κατημύουσιν ἔραζε; idem poeta de Argonautis gubernatoris morte confusis inopiaque consilii oppressis sensu translato dixit II. 862 — κατήμυσαν δ' ἀχέεσσι θυμόν, quae poetae verba scholl. reddunt hisce: ἐστύγνασαν, ταῖς λύπαις κατεκλίθησαν, ὅτι ἀπηλπίκεισαν τὴν σωτηρίαν παντάπασιν. Huc porro facit Coluth. rapt. Helen. 332 — γοεραὶ μὲν ὑπημύουσι παρειαί, vid. Lennepium. Partem eorum iam alii occuparunt, sed nostris simillimum est Oppiani in Halieut. I, 228.

ῥοχθεῦσιν δὲ κάλωες, ἐπημύει δὲ κεραίη,

et priori Apollonii versui Nicand. in Ther. 870, quanquam apud illum plurimum residet dubii; vid. Wernickium ad Tryphiodor. p. 56 sq., qui alia aliorum exempla contulit et de confusione et similitudine verborum μύειν, κάτω μύειν et ἠμύειν erudite disputavit. Quae si reputaveris, vix erit dubium, quin poeta Astyanactem orbitate fractum et capite demisso oculisque proinde deiectis, etsi horum mentio nulla est, incedentem nobis pingere voluerit.

EXCURSUS XXXIV. AD Il. Ψ, 30.

De verbo poetico ὀρεχθεῖν.

§. 1.

Animalium multitudinem Patroclo interfecto ad epulas funebres Myrmidonibus apparandas caesam poeta in Il. 23, 30 sqq. ita describit:

πολλοὶ μὲν βόες ἀργοὶ ὀ ρ έ χ θ ε ο ν ἀμφὶ σιδήρῳ
σφαζόμενοι, πολλοὶ δ' ὄϊες καὶ μηκάδες αἶγες·
πολλοὶ δ' ἀργιόδοντες ὕες, θαλέθοντες ἀλοιφῇ,
εὑόμενοι τανύοντο διὰ φλογὸς Ἡφαίστοιο·
πάντῃ δ' ἀμφὶ νέκυν κοτυλήρυτον ἔῤῥεεν αἷμα.

Ubi primo statim versu *ὀρέχθεον*, nullo alio Homeri exemplo vel sustentatum vel planius factum, varie admodum explicuerunt interpretes. Qua de controversia ut commode disseramus et recte iudicemus, primum et antiquiorum grammaticorum decreta et recentiorum placita nobis erunt colligenda, tum alia aliorum poetarum testimonia conferenda, denique potestate illius rectius definita formam simillimam, sed origine non minus quam vi et usu diversam, breviter attingere consentaneum videbitur. Iam vero antiqui duplicem potissimum et eam disparem verbo isti dederunt significationem. Longe enim plerique id ad mugitum dissonum boum mactatorum retulerunt, et pro onomate poetico ad soni huius imitationem exprimendam facto habuerunt; alii contra, ab *ὀρέγειν* sive *ὀρέγεσθαι* produci *ὀρεχθεῖν* rati, notionem extendendi, tum cupiendi et appetendi inesse censuerunt. Utriusque etymologiae argumenta iam proferamus. Priorem fuisse magis pervulgatam dixi, idque verum esse interpretes Graeci, tum Homeri, tum aliorum poetarum, una cum grammaticis aliis ostendunt. Ita schol. Victor. *ὀρέχθεον*, inquit, *κατὰ μίμησιν ἤχου τραχέος πεποίηται τὸ ῥῆμα, ἀντὶ τοῦ ἔστενον ἀναιρούμενοι*. A quo non dissentiunt scholl. BD. *ὀ ρ έ χ θ ε ο ν· ἀπεστείνοντο* B. *ἀπετείνοντο* D. (l. *ἀπέστενον ἀναιρούμενοι*) *ἢ ἐφθέγγοντο καὶ ὥςπερ ἀπέστενον* D. Reliqua communia sunt utrique: *μεμίμηται γὰρ τὸ ἰδίωμα τῆς φωνῆς, ἣν προΐενται οἱ ἀναιρούμενοι βόες.*

Schol. A., etsi sentit ὀρέχθεον insequentibus parum aptum esse, perstat tamen in ista verbi notione, et affine quoddam exstrinsecus advocat ad v. 31. hisce: πολλοὶ δ' ὄϊες καὶ μηκάδες αἶγες οὐκέτι ὀρέχθεον, ἀλλ' ἐμήκαζον. His etiam clariora et magis aperta suppeditat Eust. 1285, 60 sqq.: τῶν δὲ Ὁμηρικῶν τὸ μὲν ὀρέχθεον μίμημά ἐστι τραχέος ἤχου γινομένου ἐν τῷ σφάζεσθαι βοῦν. Θεόκριτος δὲ ἐπὶ θαλάσσης τὴν λέξιν τίθησι (Id. XI, 43.) καθ' ὁμοιότητα τοῦ „ῥοχθεῖ δὲ (vulgo γὰρ) μέγα κῦμα" (Od. 5, 402.). δῆλον δὲ, ὅτι καὶ ἐπὶ πατάγου καρδίας ἡ λέξις τίθεται, ὡς τὸ κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὀρεχθεῖ. Ultima Heynius ex Od. 20, 13, ubi κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει legimus, traducta putat: equidem crediderim Eustathium ad Oppian. Halieut. II, 583, de quo infra erit sermo, spectare. Eustathii copiis usi sunt Phavorin. 1374, 26 sqq. et Petr. Victorius ad Aristoph. Nubes 1372, quod Nickelium, Victor. glossarum editorem, in act. philolog. Monacens I, 414. effugit. Ad illos porro accedit Apollon. in Lex. Hom. 508, dum ait: ὀρέχθεον· τῶν πεποιημένων ἡ λέξις· — πολλοὶ βόες ὀρέχθεον· — τινὲς οὖν εἶπον ἀπὸ τοῦ ὀρούειν (ὠρύγειν Bekker. coniicit) συνεσχηματίσθη, ὅ φασιν εἶναι τὸ μετὰ θορύβου τὴν σφαγὴν ὑπομένειν. Cum Homeri scholiastis bis congruunt interpretes Apollonii Graeci, primum ad Argon. I, 275.: περισπᾶται δὲ τὸ ὀρεχθεῖν, ὡς ποιεῖν. ἔστι δὲ μύκημα (immo μίμημα cum Parisin. legas necesse est) φωνῆς ἀνάρθρου. Ὅμηρος· π. μὲν βόες ὀρέχθεον — δεῖ δὲ μᾶλλον ἀκούεσθαι ἐπὶ τὸ στένειν, vid. eundem ad Argon. II, 49. Poetarum enarratores facem praetulerunt lexicographis, qui quae ab illis probabiliter vel speciose erant disputata non admodum raro pro certis ac fixis nobis venditant. Testes sunto Hesychius et Zonaras, quorum alter II, 778 ὀρέχθεον, ἐστέναζον, ἐμυκῶντο, ἐβρύχοντο reddit, alter II, 1469 ὀρεχθεῖ· στενάζει similiter explicat. Denique non silentio premendum erit Aristarchum, si etymologo magno credere licet, huius interpretationis exstitisse auctorem: ille enim 371, 24 sic tradit: ἐρεχθών· οὕτω διὰ τοῦ ε Ἀρίσταρχος· καί φησιν στεναγμοῦ τινος καὶ ποιᾶς φωνῆς ἔμφασιν δηλοῦν. καὶ ἴσως παρὰ τὸ ἐρείκω. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ φωνῆς ἁπλῶς, ὡς τὸ „πολλοὶ μὲν βόες ἀργοὶ ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ." At in his duo diversa, de qua re infra mo-

nebimus, ἐρέχθω et ὀρεχθῶ in unum confusa esse videntur. Consideratius ergo et tutius crediderim iudicium scholiastae ad Apoll. Arg. I, 275, quo utrumque sic disseruit: ἔοικε δὲ τὸ μὲν περισπώμενον εἶναι διὰ τοῦ ō· τὸ δὲ βαρυνόμενον διὰ τοῦ ε̄, ἐρέχθω.

Atque hi quidem Homericum ὀρέχθεον sonum raucum et tremulum indicare consentiunt, at vel iidem vel alii verbi ὀρέγεσθαι frequentativum subesse statuunt, ideoque primum extendebantur sensu proprio eo significari volunt, deinde idem ad animi cupiditatem et appetitus transferunt. Prius agnoscunt scholl. BD., dum istis, quae supra adduximus, subiungunt: ἢ ἐξετείνοντο (βόες) ἀποθνήσκοντες, ὡς τὸ „κεῖτο μέγας μεγαλωστὶ“ (Il. 16, 776. Od. 24, 40.). Eodem pertinent Eustath. 1285, 62.: οἱ δὲ παλαιοί φασι καὶ ὅτι τὸ ὀρέχθεον ἀντὶ τοῦ ἀναιρούμενοι ὠρέγοντο ἤτοι ἐξετείνοντο. καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν εἰπεῖν, τανύοντο ἀναιρούμενοι. Add. Phavor. 1374, 30. His assentitur Zonar. II, 1470 ὀρέχθεον, διετείνοντο παρ' Ὁμήρῳ. Usum verbi inde translatum notavit schol. Apoll. ad Arg. II, 49 καί οἱ ὀρέχθει· ἐν ὀρέξει ἦν· νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ ἐφώρμα καὶ ἐπεθύμει, quae fortasse hinc petiit Phavor. 1374, 24 ὀρέχθει· ἐν ὀρέξει ἦν· τίθεται καὶ ἀντὶ τοῦ ἐφώρμα καὶ ἐπεθύμει. Medium quasi inter utrumque tenet Suidas, II, 710 ὀρεχθεῖν· κινεῖν, συνταράττεσθαι. Ἀριστοφάνης (Nub. 1372)· κἀνταῦθα πῶς οἴεσθέ μοι τὴν καρδίαν ὀρεχθεῖν.

Nec vero haec omnium desiderio satisfecerunt; immo fuerunt qui ὀρεχθεῖν et ἐρέχθειν commutando boves ferro caesos mallent. Indicio sunt scholl. BD.: ἢ καὶ ἄλλως ὀρέχθεον ἤτοι διεκόπτοντο· ὅθεν καὶ ἐρεγμός, φασίν, ὁ διακεκομμένος κύαμος. Nec minus Eustath. 1285, 63. scholiastae verba apposuit. Eum denique sequitur Phavor. 1374, 33., etsi male fertur illic ὀρεγμός, φασίν, ὁ διακεκομμένος κύαμος. Possis etiam huc revocare Etym. M. 371, 28 — ὁ δ' Ἀπίων ἐριχθῶν λέγει διακόπτων et Hesychii glossam I, 1425 ἐρέχθων· διακόπτων. Sed neutrum nostra attingere probabilis admodum est suspicio.

Verum enim vero tertiam istam rationem et vis et vox Homerici loci tam aperte refutant, ut nullus omnium interpretum posteriorum eam sit tuitus. Longe autem plerique primum illud, quo βόες ὀρέχθεον boves mu-

gitum emisere dissonum reddere solent, suo comprobarunt assensu. Unde factum est, ut haec verbi significatio in lexica Graeca reciperetur. Quare et Latinam interpretationem vulgarem et alios poetae vel enarratores vel interpretes id ipsum amplecti ac tenere videmus, velut Henr. Stephanum, Dacieriam, Krausium in annotat. exegeticis et ipsum Vossium, dum vertit:

Viele der muthigen stier' umröchelten blutig das eisen.

Alii, sicut Bothius, rem in incerto relinquunt. Alterum vero melius ducunt Dammius in Lex. Hom. 848, b. Heynius in Observatt. ad h. l. et Passov. in Lex. Gr. II, 365., e quibus ille sic disputat: „ὀρεχϑέω f. ὀρεχϑήσω (v. s. Ῥέκω) valde extendo me ad aliquid, impense cupio; it. simpliciter extendo me. π. μ. β. ἀργ. ὀρέχϑεον ἀ. σ. Σφαζ. Ψ, 30., pro ὠρέχϑεον, multi boves albi extendebant se in terra mactati ferro, ἐτανύοντο ἀναιρούμενοι καὶ ἐξετείνοντο, ὠρέγοντο. Alii tamen exponunt de sono obscuro, quem mactati boves edunt: quodsi verum est, pertinet verbum hoc significatu ad ῥοχϑέω. Sed etsi concedamus posse hunc significatum defendi, constat tamen extensionis et cupiditatis aut desiderii notionem proprie huic verbo adesse. Immo locus Theocriteus, Idyll. 11. vers. 43 τὰν γλαυκὰν δὲ ϑάλασσαν ἔα ποτὶ χέρσον ὀρεχϑῆν, potest apte exponi, nam glaucum mare sine ad litus volvere se et contendere.“ Eodem fere redeunt quae vel Eustathius et alii quidam priorum, vel Heynius Passoviusque de istis Homeri verbis observarunt. Nec quisquam infitias eat eam verbi significationem ad illa, quae deinceps de suibus mactatis dicuntur, melius quadrare priore. Tum sacrificia boum alibi et apud Homerum et apud alios poetas diis oblata scimus, nec tamen bovis caesi mugitus anxius, cui tetri quiddam et ominosi inesse videtur, unquam commemoratur, vid. Od. 3, 450. Apoll. Arg. I, 425 sqq. Porro ὀρέγειν sive ὀρέγεσϑαι alia desiderandi verba ex se progignere, veluti ὀρεκτεῖν et ὀρεκτιᾶν, constat; vid. Hesych. I, 777. Suid. II, 709. Phot. Lex. 345. Phavor. 1373, 14. et lexicographos nostros. Hinc etsi veterum decretis plurimum statuo fidei, nostro tamen verbo potestatem ab iis illatam crediderim et a poetae mente et a rei usu alienam.

Verum obstant alia poetarum testimonia nobis contraria, illi vero explicationi olim disseminatae apta et commoda. Quod quam falso dicatur, nobis iam erit expendendum, praesertim quum Theocriti versus, quo Eustathius et alii nitantur, ab Heynio, Dammio, et Passovio, istius opinionis patronis, iam sit ereptus. Primum igitur epicorum exempla afferamus, iisque ea, quae nobis aliunde innotuerunt, subiiciamus.'

§. 2.

Iam neque in Homeri versu de boum morientium mugitu, neque in Theocriteo de undarum marinarum strepitu necessario cogitandum esse perspeximus, neque aliud ullum certum huius notionis exemplum, quantum scio, ex epico carmine licet depromere. Invenitur autem verbum nostrum bis apud Apollonium Rhodium, semel in Oppiani Halieuticis, nec saepius apud Nicandrum. Apollonius vero usu proprio, sed translate, id posuit, primum I, 275

οὐδ' ἔχει ἐκφλῦξαι τόσσον γόον, ὅσσον ὀρεχθεῖ

de puella stimulis novercalibus agitata, quae tantum luctus, quantum gestit, effari non potest; deinde II, 49. de Amyco, Bebrycum, cui oculis in Pollucem adversarium defixis animus cupit e corpore illius sanguinem elidere:

— — — — — — σῖγα δ' ἄπωθεν
ἑστηὼς εἰς αὐτὸν ἔχ' ὄμματα, καί οἱ ὀρέχθει
θυμὸς ἐελδομένῳ στηθέων ἐξ αἷμα κεδάσσαι.

Utrumque vero Hesychii et aliorum glossis in auxilium vocatis haud aliter intellexit Brunckius, nec scholiastae Apollonii, quorum mentionem supra feci, secus suadent. Oppian. in Halieut. II, 583. delphina cum amiis pugnantem describit hisce:

αὐτὰρ ὁ παντοίοισι περιπληθὴς καμάτοισι
πόντον ἐπαιγίζει, σφακέλῳ δέ οἱ ἔνδον ὀρεχθεῖ
μαινομένη κραδίη, φλεγέθει δέ οἱ ἦτορ ἀνίῃ.

Ubi vel opposita et proxime adiuncta nobis argumento esse possunt poetam de immoderata animi cupiditate, qua delphin fertur incensus, ὀρεχθεῖν intellexisse. Con-

venit igitur ei cum Apollonio, et vereor, ne minus considerate haec ad cordis palpitationem transtulerit Eustathius. Quae notio si inest, certe non in verbo, verum in nomine σφακέλῳ erit quaerenda. Aliquanto plus difficultatis nobis obiiciat Nicander in Alexipharm. v. 340

οὖρα δὲ τυφλοῦται, νεάτη δ' ὑπὸ κύστις ὀρεχθεῖ.

Ibi enim scholia, a quibus interpretes non dissident, sic praecipiunt: περὶ δὲ τὴν κοιλίαν πόνοι καὶ οὔρων περικράτησις. καὶ ἡ κύστις ῥοχθεῖ, ὅ ἐστι ψοφεῖ. Verum ista interpretatio a scholiastis e pravis grammaticorum aliorum commentis ducta erit. Tantum enim abest, ut urina inhibita (vid. Schneider. Lex. Gr. II, 215. v. οὖρον), vesica quasi mugiat et strepitum emittat, ut illa contra intumescat et extendatur. Nulla igitur subest causa, cur a recepto verbi nostri significatu deflectamur. Neque Nicander aliorum consuetudine traditum et acceptum novavit et in aliud quidpiam transfudit.

At nova quaedam et inaudita, quibus nostra refutantur, comici proferunt. Quo ex genere est Aristophanis illud in Nubib. 1372 κἀνταῦθα πῶς οἴεσθέ μου τὴν καρδίαν ὀρεχθεῖν; Quibus vel scholiasta quidam, vel P. Victorius ipse, ut antea cognovimus, Eustathii observationem ad Il. 25, 30. adscripsit, eaque non modo Nickelio, verum etiam Wüstemanno ad Theocr. Id. XI, 43. fraudi fuit. Sed ubi verum fateri volueris, in comici versu inesse nihil, quod a communi et trita notione nos avocet, erit dandum. Strepsiadis enim animus perverso filii iudicio de Aeschyli praestantia facto indignatione et dolore commovetur: unde apparet Aristophanem cum Apollonio aliisque poetis concinere, neque ab istis discrepare. Affertur aliud Aristiae comici exemplum ab Athenaeo II, 60, 6. hisce: ΜΥΚΑΙ Ἀριστίας

μύκαισι δ' ὠρέχθει τὸ λάϊνον πέδον.

Cuius insuper recordatur Eustath. ad Il. ο, 1017, 1.: φασὶ γάρ, inquit, ὡς τὰ εἰς ης βαρύτονα δισύλλαβα ἀπὸ βραχέος ἀρχόμενα περιττοσυλλάβως κλίνονται, λέβητος, λάχητος. οὕτω γοῦν καὶ Μέγητος ἔδει κλίνεσθαι, καὶ Μέγητα εἶναι τὴν αἰτιατικήν. ὅτε δὲ μὴ οὕτως ἡ κλίσις ἔχει, περισπασθήσεται τὰ τοιαῦτα ἰαμβικά; ὡς Θαλῆς Θαλῆν, φαλῆς φαλῆν. ἕτεροι δὲ διφορεῖσθαί φασι, Μέγης καὶ Μεγῆς, ὡς Θάλης καὶ Θαλῆς· καὶ οὗτοι μὲν οὕτως. οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον

φασὶν, ὡς πολλοὶ τοιαῦτα διχῶς κλιθέντα οὐ μετέβαλον τὸν τόνον. τὸ γοῦν Μύνης Ὅμηρος μὲν Μύνητος κλίνει, Σοφοκλῆς δὲ ἰσοσυλλάβως (Fragm. Αἰχμαλ. 57. ap. Dindorfium). ἔστι δὲ καὶ μύκης μύκητος καὶ μύκου, ὁποῖος ἂν καὶ εἴη αὐτὸς εἴτε ὁ τοῦ λύχνου, ὃς καὶ μύξα λέγεται, εἴτε ὁ τῆς σπάθης, ἀφ' οὗ καὶ ἡ Μυκήνη, ὡς προεδηλώθη, ἐκλήθη κατά τινας, εἴτε ὁ ἐκ γῆς ὁ καὶ ἀμανίτης, οὗ τῆς μὲν ἰσοσυλλαβίας χρῆσις παρά τε ἄλλοις καὶ Ἀριστίᾳ, εἰπόντι· μύκαισι δ' ὀρέχθει τὸ λάϊνον δάπεδον. Eustathius vero δάποδον et ὀρέχθει, metro repugnante, scripsit; prius effert melius Athenaeus, imperfectum autem ὠρέχθει, numerorum integritati accomodatum, Casaubonus et Valckenarius in epistol. ad Matth. Roeverum p. XXI, restitui iusserunt. Sensum fragmenti Schweighaeuserus in animadvers. ad Athen. I, p. 404 sq., Dalecampium sequutus, rectius aliquanto constituit Casaubono et aliis. Vertit enim fungos concupiscit lapidosus ager, quod fungi in terra molli et humida gignantur, nec vero in lapidosa et saxea. Quare proverbii specie haec dicta putant iis, qui optant et ambiunt aliquid, cui minus sunt apti. Casaubonus vero reddit: fungis illisis resonabat solum lapideum, quod absurdum esse Schweighaeuserus acute vidit. Nec tamen ista Dalecampii explicatio mihi quidem magnopere arridet: nam ei neque nominis casus, neque verbi significatio expedit, deinde fungos in locis lapidosis sua sponte provenire nemo ignorat. Crediderim ergo poetae dicta ita fere esse intelligenda: fungis gestit et sese effert ager lapidosus. Notat enim agrum sterilem et saxeum, ideoque nil nisi fungos proferentem, frugum autem inopem, idque traducere potuit ad homines agro tali similes. Utcunque autem de isto Aristiae fragmento statuere libuerit, Toupius certe in epist. crit. 51. subtilius quam verius ea de re iudicavit hisce: „ludit autem Aristias in ambiguo: quod satyrographis solemne est. Aliud est μύκη sive μύκης, aliud μυκή. Hesych. μυκὴ μύκησις, idem μυκὰς μυκήσεις," (vid. de accent. Wellauer. ad Apoll. Rhod. IV, 1285). Quem versum cum scholiis excitat Toupius, et deinde pergit: „respexit autem Aristias ad Aeschylum in Niobe apud Strabon. lib. XII, p. 870." Nemo enim facile assequatur, quid illa vocis ambiguitate Aristias consequi aut voluerit aut potuerit. Incidit autem in

illum errorem Britannus sagacissimus, quod ὀρεχθεῖν mugire esse putabat. Eandem huius potestatem ad Aeschyli fragmentum laudatum idem Toupius et alii plerique traduxerunt. Itaque de eo, ut breviter dicamus, restat. Quo corruptius autem illud ad nos pervenit, eo uberior coniecturarum seges effloruit, ac singula singulorum tentamina, uti Casauboni, Pauwii, Heathii, Valckenarii, Toupii in Aeschyl. fragment. p. 99 sq. congessit Schützius. Mitto autem vanos aliorum conatus, et Strabonis verba ac Toupii emendationem examinare satis habeo, adiectis iis, quae postea a Dindorfio et Wellauero sunt prolata. Apud Strabonem igitur Tantalus, qui loquens inducitur, e Tzschuckii editione, ait haec:

> σπείρω δ' ἄρουραν δώδεχ' ἡμερῶν ὁδὸν
> Βερέκυντα χῶρον, ἔνθ' Ἀδραστείας ἕδος,
> Ἴδη τε μυκηθμοῖσι καὶ βρυχήμασιν
> Βρέμουσι μήλων, πᾶν δ' ὀρεχθέει πέδον.

Ita vero aliqua ex parte Aeschylo dicta emendarunt Casaubonus et Heathius; versu enim tertio Ἴδης μυκ. olim erat vulgare, τε tamen a duobus libris suggeritur, ultimus denique sic processit: ἔρπουσι μήλων, πᾶν δ' ἐρεχθεῖ πέδον. In priore horum libri conspirant, in parte posteriore δὲ abest a Medic. secundo, idem habet ὀρεχθεῖ. Moscov. ἐρέχθεον, editt. antiqq. ἐρέχθη. Hactenus Casaubonus et Tzschuckius. Toupius in emendat. in Suid. II, 292. eos, qui Aeschylea corrigere studuerint, nihil egisse ratus, postremum versum sic restituit:

> ΤΕΡΠΟΥΣΙ μήλων, πᾶν δὲ κὠρεχθεῖ πέδον.

et fidenter addit: „ita scribendus iste locus. Vulgo legitur nullo sensu ἔρπουσι, quod interpretes cruciavit admodum. Recte autem et eleganter πᾶν δὲ κὠρεχθεῖ πέδον i. e. καὶ ὀρεχθεῖ. Optime expressit Virgilius Aen. XII, 722 — gemitu nemus omne remugit." In eam vero opinionem Toupium Homeri et Theocriti versus non minus quam grammaticorum interpretamenta adduxerunt: ista enim mugitum sive strepitum edere, ut diximus, ὀρεχθεῖν exposuerunt. Τέρπουσι deinde epigrammate Addaei Macedonis in Anthol. Pal. VI, 228, quod ita sonat:

αὔλακι καὶ γήρᾳ τετρυμένον ἐργατίνην βοῦν
Ἄλκων οὐ φονίην ἤγαγε πρὸς κοπίδα,
αἰδεσθεὶς ἔργων· ὁ δέ που βαθέῃ ἐνὶ ποίῃ
μυκηθμοῖς ἀρότρου τέρπετ' ἐλευθερίῃ.

confirmandum putavit, vid. emendat. in Suid. III, 472. Iacobs. animadvers. ad Anthol. Gr. IX, 231. et ad Anthol. Pal. 179. Ista Britanni docti coniectura Aeschyli fragmentum vere restitutum esse Schützius ad Aeschyl. fragm. 101. iudicavit. Difficile et minus apertum Ἴδη — τέρπουσι Heynio in Obversatt. ad Il. 23, 30. Vol. VIII, 362. videtur. Nec Guil. Dindorfio illa Toupii medela placuit, rediit enim in Aeschyl. fragment. 145. ad lectionem vulgarem et v. 2. Ἴδης τε μυκ. scripsit, versum autem quartum sic dedit: ἕρπουσι μήλων πᾶν δ' ὀρέχθει πέδον, et postquam priorem fragmenti partem bis exstare in Plutarchi Moral. VIII, 379. et IX, 113. ex editione Reiskiana admonuit, subiicit haec: „Nihil igitur in his versibus agendum superest, quam ut postremus apud Strabonem versus emendetur, ubi δ' in uno libro omissum, in duobus autem ὀρέχθεον scriptum est.“ Ultima vero coniecturae Toupianae pars duabus de causis a veri specie prorsus abhorret: primum enim καὶ ante verbum ὀρέχθει intrusum sententia pariter ac libri respuunt, deinde ὠρέχθει πέδον ager mugitu resonat, ut iam ostendi, vix poterit significare. Aliam viam Wellauerus in Lexic. Aeschyleo inivit, dum Aeschyli versus ita scribendos censet:

σπείρω δ' ἄρουραν, δώδεχ' ἡμερῶν ὁδόν,
Βερέκυντα χῶρον, ἔνθ' Ἀδραστείας ἕδος
Ἴδη τε μυκηθμοῖσι καὶ βρυχήμασι
πρέπουσα μήλων, πᾶν ὀρόχθειον πέδον.

Vid. Lexic. Aeschyl. II, 44, 56, 108, 154. vv. μῆλον, μυκηθμός, ὀρόχθειος et πέδον. Editor vero serius in istam loci medicinam incidit, nam in primo Lexici vol. 99, 102. vv. βρέμω et βρύχημα cum Casaubono et aliis tuetur βρέμουσι μήλων. Ista vero sive Wellaueri sive alius cuiuscunque suspicio neque absona neque ingrata mihi videtur. Tantalus enim, si bene intelligo medici illius consilium et mentem, de sui regni amplitudine ac praestantia haec proferet: agros sero dierum duodecim viam comprehendentes, Berecynthiam

terram, ubi Adrasteae urbs (vid. Apoll. Arg. I, 1116. et eius scholiastas) et Ida mugitu et balatu (armentorum ac) gregum insignis, regionem, quoquoversus patet, clivosam. Πρέπειν et πρέπουσα Aeschylo non semel ita usurpari testimonia ab eodem Wellauero collecta docent, si quis vero eo minus contentus sit, nihil opinor, prohibet, quominus βρέμουσα retineamus, etsi eo facile carere possis. Tum Idam montem Homerus quidem μητέρα θηρῶν (cf. Il. 8, 47. 14, 283. 15, 157.) vocare solet, sed eundem armentis gregibusque alendis aptum fuisse nemo negabit, denique totum illum tractum montanum bene nominari posse πέδον ὀρόχθειον a nomine ὄροχθοι sive ὄρογκοι, quod iuga et colles indicat, confitendum erit. Nullum quidem adiectivi eiusmodi vestigium apparet, at Aeschyli sublimitati minime repugnare formam talem manifestum est. Haec igitur, si probanda duxeris, verba ἔνθ' Ἄδρ — — — πρέπουσα μήλων in parenthesi sunt collocata, ultima πᾶν ὀρέχθειον πέδον respiciunt ad priora et campos, quos se arare praedicat Tantalus, accuratius describunt. Nec tamen ista Wellaueri ratio assensum tulit Goerlitii, collegae mei, qui Tantali terram et eius bona copiosius enumerari ratus, postremos duos versus ita refingendos esse censet:

Ἴδη(ς) τε μυκηθμοῖσι καὶ βρυχήμασι
τέρπουσι μήλων, πᾶν δ' ἐπιῤῥοθεῖ πέδον.

De quo invento aliis doctioribus liberum esto iudicium. Ceterum Aeschyli ex versu ad Homerum nihil commodi et utilitatis redundare firmum erit et exploratum.

§. 3.

Ex hisce angustiis emersis de Homerico verbo ἐρέχθω ab aliis cum priore vel comparato vel permixto pauca quaedam subiicere liceat. Id vero in Homeri carminibus bis terve repetitur in Il. 23, 317

νῆα θοὴν ἰθύνει ἐρεχθομένην ἀνέμοισιν. —

tum in Od. 5, 83, 157

δάκρυσι καὶ στοναχῇσι καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων —,

denique de Pythone serpente, Apollinis sagittis prostrato, in hymn. in Apoll. 358. legitur

— — ἡ δ' ὀδύνῃσιν ἐρεχθομένη χαλεπῇσιν
κεῖτο μέγ' ἀσθμαίνουσα, κυλινδομένη κατὰ χῶρον.

Sed in his omnibus notione et potestate non minus quam origine et stirpe ἐρέχθειν ab eo, de quo antea exposui, discrepare apertum est. Neque ista utriusque dissimilitudo veteres latuit interpretes. Unde schol. Ven. A. ad Il. 23, 317 ἐρεχθομένην, inquit, ἐρεχθομένην, ὅ ἐστι ἐρεθιζομένην, ὡς τὸ „θυμὸν ἐρέχθων" (Od. 5, 83.) ἀντὶ τοῦ ἐρεθίσας ἢ ἐ ε ρ γ ο μ έ ν η ν ἀντὶ τοῦ συνεχομένην, quocum ad verbum paene congruunt scholl. BN. Cf. annotat. crit. ad Il. vers. all. Eustath. ad Il. 1303, 13. utriusque discrimen gravius etiam indicavit hisce: ἐρέχθεσθαι δὲ κατὰ ὀνοματοποιίαν τὸ ἐρεθίζεσθαι. ἄλλο πάντως ὃν παρὰ τὸ ὀρεχθεῖν, ὃ πρὸ μικροῦ εἴρητο, quorum priora sibi sublegit Phavor. 744, 42. Neque aliud quidquam nisi Homericum illud spectare crediderim Hesychium I, 1425 ἐρεχθομένη· σαλευομένη, ἐλαυνομένη, βαρυνομένη, ὑπὸ τῶν ἀνέμων ταρασσομένη, quae Phavor. 744, 43. repetiit. Hactenus quidem grammatici fere concordes sunt, at iidem inter se dissentiunt ad Od. 5, 83. Etenim illic Eustath. ad Od. 1524, 62 sqq. tradit haec: δάκρυσι καὶ στοναχῇσι καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων. ὅ ἐστι διατέμνων, διασχίζων. ἐξ οὗ καὶ τὸ ἐρείκειν. καὶ φυτὸν ἐρείκη. καὶ ὄσπρια ἐρεικτά. ἢ (Phavor. 744, 50 καὶ) ἐρέθων ἀντὶ τοῦ ἐρεθίζων πλεονασμῷ τοῦ χ, quae integra deprehenduntur in Phavorini lexico, aliqua ex parte apud Hesych. I, 1425 ἐρέχθων· διακόπτων. Verum e scholiis ad Odysseam variam eamque contrariam horum interpretationem olim obtinuisse discimus. Scholiasta enim Palat. cum Eustathio consentiens ait: τὸ δὲ ἐ ρ έ χ θ ω ν, κατατέμνων, διασχίζων· ὅθεν καὶ ἐρικτὰ (l. ἐρεικτὰ) ὄσπρια. ἐρέχθων, ὡς κατέσθων. δῆλον δὲ ἐκ τοῦ νῆα θοὴν ἴθ. ἐρεχθομένην ἀνέμ. (Il. ψ, 317). At alio loco idem schol. στένων, λυπούμενος βαρέως, δαμάζων τὴν ψυχήν. Quae quid sibi velint, luculentius produnt duo Ambrosianae bibliothecae interpretes, qui haec exponunt: μίμημα φωνῆς ἐπὶ στεναγμοῦ ἐξερχομένης. His enim efficitur fuisse qui ὀρεχθεῖν et ἐρέχθειν forma magis ac specie quam re et potestate diversa haberent. Aristarchum ita sensisse supra indicavi §. 1., etymologi magni testimonio confisus. Verum isti quidem opinioni illi ipsi interpretes

statim eunt obvii, dum addunt: διασχίζων, κατατέμνων, ὅθεν καὶ ἐρεικτὰ ὄσπρια, denuo ad priora revoluti hisce: ἢ ἐν αὐτῷ λυπούμενος καὶ στένων, cui tertius etiam Ambrosianus succurrit. Apparet igitur, credo, multiplicem de his litem, cuius minima pars ad nos ὀψιγόνους pervenit, inter veteres fuisse agitatam. Sed si singula, in quibus obvenit ἐρέχθων et ἐρεχθόμενος, penitius inspexeris, utrumque et varia ex stirpe progigni et usu ac significatione distineri concedas oportet. Ut enim ὀρεχθεῖν ab ὀρέγω-ομαι, ductum vel extendi vel concupiscere et animo quasi gestire indicat, ita ἐρέχθειν, cuius fontem et necessitudinem Passovius in Lex. I, 896. bene refert ad ἐρείκω et ἐρέθω, lacessere, agitare et quasi findere denotat. Nihil igitur erit dubium, quin schol. Apollon. ad Argon. I, 275. vere et commode secreverit utrumque, praecipiens, ut perispomenum ὀρεχθεῖν, barytonum ἐρέχθειν efferamus. Alii quidam, velut Aristarchus et Apio in Etym. M. 371, 28. ἐρεχθὼν et ἐρεχθόμενος pro aoristo secundo habuisse videntur. Ei vero iudicio non modo forma, verum aliorum praecepta obnituntur, ut Etymol. Gud. 455, 2 πάσχω, μέλλοντα οὐκ ἔχει· τὰ εἰς χω λήγοντα ῥήματα μέλλοντας οὐκ ἔχουσιν, οἷον ἐρέχθω, ἄχθω, πάσχω, καὶ τὸ (leg. καίτοι) βαρυνόμενον. At his iam finis erit imponendus, si hoc unum addidero, Homerici hymn. in Apoll. v. 358. glossam Phavorini recipere in Lex. 744, 44 ἐρεχθόμενος, σαλευόμενος, ἐλαυνόμενος, βαρυνόμενος.

EXCURSUS XXXV. AD IL. Ω, 338.

De praepositione εἰς cum personarum nominibus aspicis coniuncta.

§. 1.

Notissima Atticistarum regula praepositionem εἰς verbo, quod motum indicat, subsequente cum nominibus personarum connecti vetat: Atticorum enim propriet

tem ὡς postulare dicunt; vid. Thomam Magistr. 933. et eius interpretes, Berglerum ad Aristoph. Plut. 237. Koenium et Schaeferum ad Gregor. Corinth. 46 sqq. et aliorum praecepta a Matthiaeo in Gr. Gr. §. 578. not. h. et Passov. in Lex. Gr. II, 1493. v. ὡς cumulata. Quam legem etsi vel hi ipsi vel alii, sicut Hermann. ad Soph. Trach. 365. Bernhard. in Synt. Gr. p. 214 sq. Reizius de inclin. acc. p. 56, angustioribus circumscripserunt finibus, eam tamen plerumque valere nemo nescit. Iam quum epicis particula Attica, si ab uno Homeri exemplo in Od. 17, 218. obvio discesseris, paene fuerit ignota, ab iis voculam εἰς personis non ita raro adiungi plerique censuerunt. Atticorum autem consuetudo effecit, ut iam veteres eius generis structuram tanquam raram et e praepositionum duarum confusione subortam notarent. Nec nostra vel patrum memoria defuerunt qui istam epicorum sive negligentiam sive libertatem certius definiendam et pressius describendam putarent. Post aliorum conatus Sintenin in Excurs. IV. ad Plutarchi Periclem p. 305 sqq. ea de re acute et studiose praecepisse in annotat. critica dixi. Eius exemplo admonitus non in omnium quidem scriptorum Graecorum usum, sed in epicorum certe normam et consuetudinem, quam sequi videantur, paullo accuratius inquirere mihi proposui, hac quidem processurus via, ut primum leges a veteribus rogatas comprehendam et cum recentiorum placitis comparem, deinde multiplicem usus istius varietatem persequar. Quibus cognitis, quid veri falsive istis regulis subsit, nos melius ac planius intellecturos esse speraverim. Homeri igitur interpretes εἰς personis additam idem ac πρὸς valere passim tradunt: ita schol. A. ad Il. 7, 312. εἰς Ἀγαμέμνονα, inquit, ἡ διπλῆ, ὅτι ἀντὶ τοῦ πρὸς Ἀγαμέμνονα, Victor. ὥς φαμεν εἰς διδασκάλου, ad 23, 36. in Venet. A. duplex est annotatio: εἰς Ἀγαμέμνονα, ἀντὶ τοῦ πρός. et σημείωσαι, ὅτι τῇ εἰς ἐπ' ἐμψύχων, ὤφειλε γὰρ τὴν πρός. Hos duces alii, ut videtur, respiciunt, veluti Phavor. in Lex. 584, 9. Illae veterum notationes recentioribus, opinor, causae et argumento fuerunt, ut in isto Homeri usu reconditi quiddam et exquisiti latere statuerent. Quare Dammius in Lex. Hom. 340. s. v. εἰς: εἰς Ἀγαμέμνονα δῖον ἄγον ad eum et in eius tabernaculum duxerunt, σπεύσομαι εἰς Ἀχιλῆα festinabo ad eum et eius

tentorium ac similia similiter reddit. Cuius interpretationis causam altius repetit Reizius in libello de inclinat. acc. p. 56. hisce: „Non occurrunt sane mihi apud Atticos prosaicos plura exempla similia, ubi praepositio εἰς cum verbo ire aut venire aut mittere aut ducere adhibeatur in re animata et numero una, et quae non ex pluribus individuis collecta sit; nam in multitudine quidem rerum animatarum alia est ratio: παρελθεῖν εἰς τοὺς δικαστάς, εἰς τὸν δῆμον. Sed tamen Homerus et saepissime ita locutus est, ut Il. 15, 402. 17, 709. Od. 14, 127. 20, 372. 22, 202. et aliis pluribus locis. Estque apud Homerum ἐλθεῖν εἴς τινα idem quod ἐλθεῖν εἴς τινος, omisso per ellipsin vocabulo habitati loci κλισίην, οἶκον, μέγαρον. Quam ellipticam formulam non Homerus tantum, sed etiam Attici usurparunt. Neque idem est ἐλθεῖν πρός τινα vel Attice ὥς τινα. Sic enim aliquis ad alterum venisse intelligitur, ubicunque potestatem eius conveniendi habuerit, etiam foris.“ Adduxi ista Reizii verba plena et integra, quo clarius appareret Sintenin hoc quasi fundamento nixum eo pervenisse, ut ἐλθεῖν εἴς τινα poetis epicis nunquam personam, ad quam quis veniat, sed domum sive terram, in qua quis habitat, significare diceret. Quod ut aliis etiam persuaderet, Homerum locum, ad quem quis pervenerit, adiicere solere observat, velut in Il. 7, 312 sq.

> Αἴανθ' αὖθ' ἑτέρωθεν ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοὶ
> εἰς Ἀγαμέμνονα δῖον ἄγον κεχαρηότα νίκῃ.
> Οἱ δ' ὅτε δὴ κλισίῃσιν ἐν Ἀτρείδαο γένοντο. —

cll. 23, 36, 38. 17, 709. et 18, 3. 10, 211, 214. In aliis quibusdam maiore explicandi subtilitate opus esse scribit, velut in Il. 23, 203 κάλεόν τέ μιν εἰς ἓ ἕκαστος. Irin enim (vid. 201 sq.) in limine adstitisse, unde intelligatur sermonem esse de Iride a ventis, ut ad se intraret, invitata. Praeivit quodammodo Dammius, dum vertit: „quisque vocavit eam ad se et ad suam mensam.“ Eodem modo alium Odysseae versum 22, 435. removet, ubi haec habes:

> αὐτὰρ ὁ Τηλέμαχον καὶ βουκόλον ἠδὲ συβώτην
> εἰς ἓ καλεσσάμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.

Vocatos enim non intus fuisse coniicit. His iam non

opponam καλεῖν verbum, quod per se nullum indicet motum, isque demum praepositione adiecta inferatur, ab hac disquisitione fuisse segregandum, ac Telemachum Euryclea arcessita (vid. Od. 22, 400.) intus fuisse, neque Philoetium aut Eumaeum foras processisse recte colligi. Sed satis habeo ea, quae inde efficit vir doctissimus, breviter referre: ex his enim Homeri testimoniis intelligi tradit nullum omnino in Homericis carminibus esse locum, quo praepositio εἰς ita sit posita, ut pro ὡς s. πρὸς usurpata esse putanda sit. Omnes enim sic esse comparatos, ut qui appellantur homines pro locis, quos occupant vel habitant, sint positi. A quo usu Atticorum consuetudinem sic recessisse, ut, quod Homerus dixisset, ἄγον εἰς Ἀγαμέμνονα, id illi dicerent εἰς Ἀγαμέμνονος, quem quidem usum et ipse praeiverit Homerus Il. 24, 160, 309. Od. 8, 418. Quibus subiicit poetas sequiores, velut Hesiodum, Pindarum, Theocritum, ea in re ab Homerico sermone non descivisse, idque ipsum paucis exemplis studet demonstrare.

§. 2.

Hactenus Sintenis, qui non minus, quam alii eo in hanc venit sententiam, quod quum Attici tum epici nominum maxime propriorum genitivis ita adiungunt praepositionem, ut loci sive terrae nomen suppressum esse appareat. Largam exemplorum copiam Homerus praebet, nullum tamen magis celebravit, quam εἰς Ἀΐδαο sive εἰς Ἄϊδος. Argumento est Il. 8, 367

εὖτέ μιν εἰς Ἀΐδαο πυλάρταο προὔπεμψεν.

add. 13, 415. 21, 48. 22, 213. Od. 11, 164, 277, 425. 12, 383. Aliquoties hanc dicendi formam, ut Atticam, notavit Eustathius; vid. ad Il. 51, 41, 718, 19. et ad Odyss. 1666, 33, 50. Ellipsin vero subesse et per se liquet et aliis ex locis, quibus accusativus legitur adiectus cognosci potest, velut ex Od. 10, 512

αὐτὸς δ' εἰς Ἀΐδεω ἰέναι δόμον εὐρώεντα.

cf. ib. 175. 491. 564. 14, 208. 23, 322. Neque similia aliorum testimonia colligere opus est, quum Homeri nobis satisfaciant. Idem nominibus aliis aptum esse facile patebit Homerica comparanti, ut Il. 24, 309

δός μ' ἐς Ἀχιλλῆος φίλον ἐλθεῖν. —

Ubi scholl. eum dicendi usum tangunt: εἰς Ἀχιλλῆος· ἀντὶ τοῦ πρὸς Ἀχιλλέα· ἤμελλε γὰρ αὐτὸν ἔνδον εὑρήσειν: cf. ib. 160. Il. 6, 379. Od. 8, 418. 13, 23. 16, 327. 4, 581

ἂψ δ' εἰς Αἰγύπτοιο, Διιπετέος ποταμοῖο,
στῆσα νέας, — — — — — —

Neque ista aliter ac priora esse explicanda plena docet oratio passim oblata; vid. Od. 16, 328

αὐτὰρ κήρυκα πρόεσαν δόμον εἰς Ὀδυσῆος,

cll. 10, 60. Homerum imitantur posteriores; cf. Theocr. Id. VII, 131. XV, 22. XIII, 11. Apoll. Argon. III, 212. Istam vero structuram non solum propria, sed appellativa etiam admittunt. Argumento est Od. 2, 195

μητέρ' ἑὴν ἐς πατρὸς ἀνωγέτω ἀπονέεσθαι,

vid. insuper Il. 6, 378. 24, 482. Theocr. Id. II, 99. XVI, 106. Apoll. Arg. III, 419. IV, 1004, 1079. Denique pronominibus possessivis idem non minus convenit, sicut in Od. 2, 55. 17, 534 sqq.

οἳ δ' εἰς ἡμέτερον πωλεύμενοι ἤματα πάντα,
βοῦς ἱερεύοντες καὶ ὄϊς καὶ πίονας αἶγας
εἰλαπινάζουσιν, πίνουσί τε αἴθοπα οἶνον,

cf. 7, 301. hymn. in Merc. 370. Apoll. Arg. I, 708

ἦ καὶ ἔλυσ' ἀγορήν· μετὰ δ' εἰς ἑὸν ὦρτο νέεσθαι.

In his igitur omnibus praepositionem εἰς vel nominis genitivo vel possessivo ita habes appositam, ut nomen δόμον, οἶκον vel simile quiddam subaudiendum esse liquido appareat. Neque idem ipsis nominum accusativis saepissime quadrare negaverim: argumenta enim eius rei adeo certa et manifesta exstant, ut iis obloqui sit temerarii. Sic ministri ad Ulixem in aedibus commorantem accessisse dicuntur in Od. 22, 479. his:

εἰς Ὀδυσῆα δόμονδε κίον — — —

vid. ib. 202. Eodem modo et plurima eorum, quibus Sintenis confidit, velut 7, 312. 15, 402. 17, 201. 23, 37. et alia non pauca licebit exponere; vid. Il. 9, 480. 16, 574 ἐς Πηλῆ' ἱκέτευσα καὶ ἐς Θέτιν ἀργυρόπεζαν. 22, 492, 499. Od. 3, 317. 11, 331. 14, 127. 18, 85.

24, 334. Nec repugnem, si sermo est de populo, cuius terram ac sedes simul possis comprehendere, velut in Il. 24, 382

ἤέ πῃ ἐκπέμπεις κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσθλὰ
ἄνδρας ἐς ἀλλοδαπούς. — — — —

cf. Od. 6, 327. 20, 220. 21, 297. hymn. Hom. 6, 29. Porro nihil est dubii, quin plurima aliorum in eam sententiam, quam unam ac solam praepositioni congruere Sintenis autumat, cogi possint, velut Hesiod. scut. Herc. 83

ἵκετο δ' εἰς Κρείοντα καὶ Ἡνιόχην τανύπεπλον,

cll. 354. aut Theocr. Id. XVIII, 53

ὡς ἐξ εὐπατριδῶν εἰς εὐπατρίδας πάλιν ἔνθῃ.

add. XV, 149., aut Apollonii Arg. II, 277

αἰέν, ὅτ' ἐς Φινῆα καὶ ἐκ Φινῆος ἴοιεν.

cf. I, 12. II, 465, 775. II, 1173. IV, 764. Quint. Sm. III, 468, 699. VII, 153. IX, 35. X, 270, 324. XIV, 467.

At vero potestatem istam ac vim praepositioni fixam atque immutabilem esse pernegaverim. Primum enim illa ex iis demum, quae submittuntur, solet elucere, deinde epici, metro plerumque adversante, πρὸς cum nominibus propriis et motus verbo vel nunquam vel raro admodum consociarunt aut consociare potuerunt; ei igitur ἐς sive εἰς numeris dactylicis longe aptiorem subrogatam esse consequens videbitur; denique luculenta excitari possunt testimonia, quibus nimia ista grammaticorum subtilitas vanitatis coarguitur. Horum unum alterumve hic expromam. Ulixes ad Phaeacum oras appulsus Nausicaae, regis filiae, supplex in Od. 6, 175. ait:

ἀλλά, ἄνασσ', ἐλέαιρε· σὲ γὰρ κακὰ πολλὰ μογήσας
ἐς πρώτην ἱκόμην. — — — —

Iam quum Ulixes Nausicaam in ipso litore, neque in patris palatio convenerit, intrandi potestatem, si quis eam voluerit inferre, absonam, imo impiam, futuram esse nemo non videbit. Huius similia suppeditat alibi, velut in Il. 24, 204

πῶς ἐθέλεις ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἐλθέμεν οἶος,
ἀνδρὸς ἐς ὀφθαλμούς, — — — —

a quo loci cuiusdam notatio prorsus aliena est. Concinunt alii, velut Apoll. Rhod., qui de Telamonio, Hercule in Mysiae litore relicto, Iasoni et eius amicis irato et postea reconciliato I, 1330 scribit:

— — — — ὁ δ' ἐσσυμένως ἐβεβήκει
Αἰακίδης Τελαμὼν ἐς Ἰήσονα, χεῖρα δὲ χειρὶ
ἄκρην ἀμφιβαλὼν προςπτύξατο, φώνησέν τε.

ubi, quum res in navi geratur, de domo Iasonis ne cogitari quidem potest; vid. ib. 1296, Theocr. I, 5. Ab istis parum distat Quint. Smyrn. VI, 222, qui in Eurypyli clypeo inter alia rerum simulacra Herculem, aprum ad Eurysthea ferentem, effictum fuisse narrat:

ἑξείης δ' ἐτέτυκτο βίη συὸς ἀκαμάτοιο
ἀφριόων γενύεσσι· φέρεν δέ μιν, ὡς ἐτεόν περ,
ζωὸν ἐς Εὐρυσθῆα μέγα σθένος Ἀλκείδαο.

Alciden enim ad Eurysthea aprum portantem sisti manifestum est. Quae quum ita sint, idem in aliis Homeri exemplis teneamus oportebit, velut in Il. 10, 211

— — — καὶ ἂψ ἐς ἥμεας ἔλθοι Ἀσκηθής —

et iterum ad nos redeat incolumis, cui Sintenis e versu 214

ὅσσοι γὰρ νήεσσιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι

satis contorte navalis significationem infert. Nihil vero illud acumen valet in Il. 11, 141

— — — μηδ' ἐξέμεν ἂψ ἐς Ἀχαιούς.

Quapropter ambagibus istis, quas viri docti circumspiciunt, nos minus egere crediderim, neque exemplis, quae posuimus, disconveniant 12, 288

ὣς τῶν ἀμφοτέρωσε λίθοι πωτῶντο θαμειαί,
αἱ μὲν ἄρ' ἐς Τρῶας, αἱ δ' ἐκ Τρώων ἐς Ἀχαιούς
βαλλομένων· — — — — —

add. 20, 38., quanquam illic valere possit ratio eorum,

qui argutiis illis habent fidem. Opponuntur enim haec v. 33 sqq.

Ἥρη μὲν μετ' ἀγῶνα νεῶν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη
κ. τ. λ.

§. 3.

His iam alia nonnulla, quibus causam nostram adiuvari crediderim, liceat annectere. Etenim opinioni eorum, qui εἰς in locum sive ad aliquem penetrare semper et ubique declarare sumunt, vel maxime obnititur praepositio nominibus duobus ita interiecta, ut viam in locum aliquem patentem sive ferentem indicet. Nam in eo nihil nisi itineris sive cursus tractum, quo ad metam propositam tendere possis, inesse liquet; utrum vere scopum attigeris et in ipsum quasi pervaseris nec ne, minus quaeritur. Exemplum eius rei apud ipsum poetam invenimus in Od. 22, 128

ἀκρότατον δὲ παρ' οὐδὸν ἐϋσταθέος μεγάροιο
ἦν ὁδὸς ἐς λαύρην — — — —

Quocum plurima aliorum conspirant, ut Hesiodi Op. 290

— — μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτὴν
καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον.

Quint. Sm. III, 29

— — — — Δαναοῖσι δὲ θῆκε κέλευθον
ἐς Πριάμοιο πόληα, — — — —

add. Theocr. Id. VII, 52. XII, 19. Quint. Sm. XII, 294. Nec structurae eius cum simplici proprii genitivo sociatae testimonia desiderantur, ut probat Apollon. Arg. II, 353. I, 337

ξυναὶ δ' ἄμμι πέλονται ἐς Αἰήταο κέλευθοι.

Alibi genitivum scriptoribus suffecisse Schaeferus in melet. crit. 90. demonstravit. Porro et viae sive tramitis nomine et verbo omisso brevius etiam idem nonnunquam dixerunt veteres, ut Theocr. Id. XV, 147 ὥρα ὅμως κὴς οἶκον cll. XIV, 68. Apoll. Rh. I, 641. His non admodum dissimilia videntur alia, in quibus praepositio inserta verbo demum motus sive itineris notionem infert.

Nam ne illi quidem usui praepositionem, si intrandi potestas propria sit ac vera, conducere liquet. Eo ex genere sunt Homeri in Od. 3, 174

— — — — — αὐτὰρ ὅγ' ἡμῖν
δεῖξε καὶ ἠνώγει πέλαγος μέσον εἰς Εὔβοιαν
τέμνειν — — — — — —

cf. 14, 201, 295. ut Hesiod. Op. 651 sqq., ubi ad cursus maritimi notationem diligentius indicandam ἐξ et εἰς sibi invicem obiiciuntur:

οὐ γάρ πώποτε νηΐ γ' ἐπέπλων εὐρέα πόντον,
εἰ μὴ ἐς Εὔβοιαν ἐξ Αὐλίδος, ᾗ ποτ' Ἀχαιοὶ
μείναντες χειμῶνα πολὺν σὺν λαὸν ἄγειραν
Ἑλλάδος ἐξ ἱερῆς Τροίην ἐς καλλιγύναικα.

In horum verborum numerum, si recte censeo, cum aliis καλέω referendum est, neque iis admiscendum, quibus motus significatio, quasi ingenita sit Discrimen, quod inter utriusque generis verba intercedit, scite animadvertit Reizius. Itaque καλεῖν τινα ἔς τι et locum, quo quis vocetur, et consilium, cur arcessatur, significare poterit. Hinc Homero pervulgatum est καλέσαι ἀγορήνδε sive εἰς ἀγορήν, vid. Il 1, 54. 2, 51. 20, 4, 16. Od. 2, 7. cll. Il. 19, 34. Od. 1, 90, 272. 3, 137. hymn. in Cerer. 297. Quod quum praeconum sit, eos non in foro stantes, sed per navium ordines aut urbis vicos procedentes singulos ad concionem vocasse res ipsa docet. Quare si unus aliquis alterum ad se vocat, illum intus esse, hunc foris venire minime sequitur. Idem illud, de quo modo dixi, in plura cognata valebit verba, quibus praepositio demum addita partim motus potestatem infert, partim, quo ille dirigatur, certius definit, qualia sunt ἔχειν, κλίνειν, πελάζειν, ὀρέγειν, στρέφειν, τρέπειν aliaque permulta, quae singulatim recensere longum est. Etenim haec omnia in locum aliquem pertinere sive penetrare aut raro admodum aut nunquam significant. Certissimum eius generis exemplum proponunt videndi verba, quae rebus pariter atque personis iuncta quum ab epicis tum ab Atticis nihil aliud declarant, nisi intueri in aliquem, nec tamen vel εἰς vel πρός respuunt. Quare aeque bene dicitur exempli causa βλέπειν εἴς τινα et πρός τινα. Similia sunt ἰδεῖν, λεύσ-

σειν, ὁρᾶν, ἀποσκοπεῖν, quorum specimina ubivis obvia studiosius conferre nihil attinet.

Denique nimio isti dispescendi studio accusativus simplex, sive rei, sive personae, cum motus verbis compositis adversari videtur; cf. Matth. in Gr. Gr. §. 409, 4, a. Nihil autem frequentius ea structura poetae est, velut Il. 1, 139 — — ὁ δέ κεν κεχολώσεται, ὅν κεν ἵκωμαι, ad Il. 14, 260. 20, 440. 22, 214. Od. 7, 141. 12, 39.

His igitur causis inductus regulam quum ab aliis tum a Siuteni praescriptam epicorum libertati officere existimaverim.

EXCURSUS XXXVI. AD Il. Ω, 450 sq.

Singula poetae verba quomodo comprehendamus, quaeritur.

---

§. 1.

Myrmidones quanta opera et arte Achillis tugurium exstruxerint, poeta in Il. 24, 448. enarrare occipit hisce:

ἀλλ' ὅτε δὴ κλισίην Πηληϊάδεω ἀφίκοντο
ὑψηλὴν, τὴν Μυρμιδόνες ποίησαν ἄνακτι
δοῦρ' ἐλάτης κέρσαντες· ἀτὰρ καθύπερθεν ἔρεψαν
λαχνήεντ' ὄροφον λειμωνόθεν ἀμήσαντες.

Horum priora quidem nihil habent difficultatis, nam leve est, quod Heynius dicit trabes abiegnas non secuisse, sed securi levigasse, *κέρσαι* igitur idem valere ac ξέσαι, nam Myrmidonibus haud dubie utrumque faciundum fuit, sicuti Ulixi ratem in Calypsus insula sibi apparanti in Od. 5, 243 sqq. At in posterioribus duo, de quibus litigari possit, adesse in annotatione critica dixi: quod primum, utrum ὄροφος cannam an tectum significet, ambigunt, deinde singulorum comprehensio ab aliis aliter solet institui. Iam ὄροφον, sicut ὀροφήν, quod nonnullis placuisse videtur, multi reddunt tectum sive στέγην:

vid. Hesych. II, 767. Suid. II, 716. Phot. 349. Zonar. 1467. Apoll. Lex. Hom. 297. Pollux. On. I, 80. VII, 120, 123. et alios. Sed vel iidem vel Homeri interpretes ὄροφον calamos sive cannas proprie significare et traduci ad tectum ex iis exstructum contendunt. Ita iubent scholl. MD. ad v. 451 λαχνήεντ᾽· τὸν δασύν. λέγει δὲ τὴν ἀπὸ καλάμης ὕλην καὶ τῆς τούτων κόμης. ὄροφος γὰρ εἶδος καλάμου πρὸς ὀροφὰς ἐπιτηδείου, nec secus reddit Homerica schol. B. ἁπαλὸν καὶ χνοώδη· ἔστι δὲ εἶδος καλάμου. Fusius totum hunc locum persequitur Eustath. 1358, 50: τὸ δὲ ἔρεψαν· τοῦτο ἔστιν ὃ τῷ ἐτυμολογικῷ τρόπῳ ποιεῖ τὸν ὄροφον. ὄροφος δὲ καλαμίσκου εἶδος ὑδροχαροῦς, ἐπιτηδείου εἰς ὀροφήν, ὃς ἐν λειμῶνι πεπανθεὶς δασεῖαν ἐπανθοῦσαν ἔχει λάχνην, ὅτε καὶ ἔστιν ἀγαθὸς ἐρέφειν. ἀπ᾽ αὐτοῦ δὲ διὰ τὴν παλαιτάτην χρῆσιν καὶ ἁπλῶς αἱ τῶν οἰκιῶν στέγαι πᾶσαι ὄροφοι λέγονται, ἀφ᾽ ὧν καὶ φάλαγγες ἤτοι ἀράχναι ὑπωρόφιοι οἱ φωλοῦντες ὑπὸ τοὺς ὀροφούς. Nec vero soli Homeri enarratores eam nomini nostro addunt vim, sed etiam plures cum illis sentire videmus, ut Hesych. II, 767 ὄροφος· κάλαμος, ᾧ στεγάζουσιν. ἤδη δὲ καὶ ἡ ὀροφή. Etym. Gud. 248, 33 ἤρψεν· ἐστέγασεν, ἀπὸ τοῦ ἔρψω τὸ στεγάζω, τοῦτο παρὰ τὸ ὄροφος (leg. τὸν ὄροφον), οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ὀρόφῳ τὰς οἰκίας ἐστέγαζον. Cuius verbum a scriptore quodam infimae aetatis e noto et antiquo ἔρεψε contractum videtur. Nec Pollux in Onom. X, 170. aliam sequitur etymologiam, dum haec affert: τάχα δὲ καὶ ὄροφόν τις ὀνομάσειεν, ὅς ἐστι στεγαστὴρ κάλαμος, ὃν καὶ Ὅμηρος ὀνομάζειν ἔοικεν ἐπὶ τῆς Ἀχιλλέως σκηνῆς. καὶ ἐν Ἀριστοτέλους δὲ ἢ Θεοφράστου φυσικοῖς γέγραπται. Καλάμου, ὀρόφου, θρυαλλίδος, στροβίλου, πίτυος, vid. interpret. ad Polluc. X. segm. 172. et Boeckh. in diar. literar. Berolinens. a 1835. p. 609 sqq. Plerique autem et interpretum et commentatorum recentiorum, his veterum testimoniis freti, ὄροφον de calamis e pratis desectis acceperunt; huc pertinent communis interpretatio Latina, Dacieria, Vossius et Heynius, nec differunt lexicographi nostri, ut Stephanus, Schneiderus, Riemerus, Passovius, add. Dammium in Lex. Hom. 854, b. ea de re accurate praecipientem. Quae quum ita sint, Bothium solum illorum omnium sententiae adversari profecto mirum est. Etenim is, postquam

τρόπον ἐτυμολογικόν, quem iam Eustathius attigit, et duplicem formam ἄροφον et ὀροφὴν commemoravit, de eius potestate sic disserit: „nec concesserim Pseudodidymo ὄροφον esse εἶδος καλάμου πρὸς ὀροφὴν ἐπιτήδειον, quod genus calami ignorant Theophrastus et plantarum historiae scriptores. Sed calamum poeta vocat ὄροφον, quia illis tegebantur et conclavia." Verum Bothius dum haec scriberet nec Pollucem ad ipsius Aristotelis vel Theophrasti physica ea in re provocare meminit, neque Hesychii, Eustathii, Etymologici Gudiani aliorumque suffragia respexit, nec poetae denique verba iuste ac vere perpendit. Is enim quum ὄροφον λαχνήεντα e prato desectum dicat, de calamo sive cannis, nec vero de ipso tecto cogitaverit necesse est. Eam vero nominis significationem postea in oblivionem abiisse et tecto soli illud remansisse probabilis admodum erit coniectura.

§. 2.

Bothio refutato ad alteram quaestionis nostrae partem transire licebit. Ei materiam et ansam praebuit Heynius, quippe qui comma a Barnesio ante λειμωνόθεν positum improbet, neque eius nec Clarkii interpretationem Latinam aptam et bonam ducat, e quibus ille reddidit Homerica: „et desuper texerant hispidos calamos, ex prato ubi demessuerant," hic habet: „et desuper texerant lanuginoso culmine, ex prato ubi demessuerant." Haec vero accipi tradit ἐρέφειν ὄροφον, i. e. ἐρέφειν τὸ μέγαρον ὀροφῇ, fere ut in Il. 21, 321 τόσσην οἱ ἄσιν καθύπερθε καλύψω dicatur. At quum veteres ὄροφον cannam e prato desectam et tugurio integendo adhibitam explicent, velut scholl. Eustath. Hesych. et interpres Euripid. ad Orest. 146, quem in annot. crit. adduxi, istam Barnesii interpunctionem falsam habet et commate in vers. 457. medio sublato post vers. 450. distinguit cum editionibus Barnesiana antiquioribus, ad Barnesium vero Wolfius et Bothius redierunt. Equidem nulla prorsus distinctione opus esse crediderim, et eius rei Venetum librum habeo sponsorem. Virgula enim priore loco interposita figura etymologica, quam Eustathius agnoscit, paene intercidit, in posteriore autem ideo supervacanea erit et molesta, quod calamis desectis tugu-

rium tecto firmarunt Myrmidones, neque ulla excogitari potest causa, cur id, quod sit consequens, ab antecedente propius adiuncto dispescere velimus importuna ista virgula, ne a Bothio quidem suppressa. Ceterum poetae mentem vere et eleganter expressit Vossius noster:

Als sie nunmehr das gezelt des Peleiaden erreichten,
Welches hoch dem beherrscher die Myrmidonen erbauet,
Zimmernd der tannen gebälk, und obenher es gedecket
Mit grauwolligem schilf, aus sumpfigen wiesen gesammelt.

Nostrae autem rationi poeta ipse tam aperte patrocinatur, ut prolixa possimus supersedere demonstratione.

In unserm Verlage ist erschienen und in allen Buchhandlungen zu haben:

Homeri Ilias ed. Spitzner. Vol. I. (enthaltend den Text mit untergesetzten verschiedenen Lesarten und kritischer Beurtheilung derselben). 5 thlr. 8 gr. (in vier Sectionen, von denen jede 6 Bücher enthält und grammatische Excurse).

Hesiodi Opera ed. Goettling. 20 gr.

Pindari Carmina ed. Dissen. 2 Vol. (von denen der erste Band den Text nebst kritischen Bemerkungen, der zweite den Kommentar enthält). 4 thlr. 6 gr.

Aeschyli Tragoediae ed. Klausen. Vol. I. Sect. I. Agamemno. 1 thlr. 20 gr. — Sect. II. Choephorae. 1 thlr. 9 gr.

Sophoclis Tragoediae ed. Wunder. Vol. I. 2 thlr. 16 gr. Auch in 4 einzelnen Sect. verkauft: Philoctet 18 gr. — Oedipus Rex 12 gr. — Oedipus Col. 20 gr. — Antigone 14 gr.

Euripidis Tragoediae ed. Pflugk. Vol. I. 1 thlr. 16 gr. Auch in 4 einzelnen Sect. verkauft: Medea 10 gr. — Hecuba 10 gr. — Andromache 12 gr. — Heraclidae 12 gr.

Ejusdem Operis Vol. II. Sect. I et II. 22 gr. Auch in 2 einzelnen Sect. verkauft: Helena 12 gr. — Alcestis 10 gr.

Theocriti Idyllia ed. Wüstemann. 1 thlr. 18 gr.

Anacreontis Carmina, Sapphus et Erinnae Fragm. ed. Moebius. 12 gr.

Delectus Epigrammatum Graecorum ed. Jacobs. 2 thlr.

Platonis Opera Omnia ed. Stallbaum. Vol. I. 2 thlr. 10 gr. Auch in 3 einzelnen Sect. verkauft: Apologia Socratis et Crito una cum disputatione de Platonis vita, ingenio et scriptis. Edit. 2. 18 gr. — Phaedo. Edit. 2. 18 gr. — Symposium. Edit. 2. 22 gr.

Ejusdem Operis. Vol. II. 1 thlr. 14 gr. Auch in 2 einzelnen Sect. verkauft: Gorgias 20 gr. — Protagoras 18 gr.

Ejusdem Operis. Vol. III. Politia 3 thlr. 6 gr.

Ejusdem Operis. Vol. IV. 2 thlr. 5 gr. Auch in 2 einzelnen Sect. verkauft: Phaedrus 20 gr. — Menexenus, Lysis, Hippias uterque, Jo. 1 thlr. 6 gr.

Ejusdem Operis. Vol. V. 2 thlr. 3 gr. Auch in 2 einzelnen Sect. verkauft: Laches, Charmides, Alcibiades uterque. 1 thlr. 6 gr. — Cratylus 21 gr.

Xenophontis Cyropaedia ed. Bornemann. 1 thlr. 16 gr.

Demosthenis Orationes Selectae ed. Bremi. Sect. I. 1 thlr. 4 gr. — Sect. II. 20 gr.

Isocratis Orationes Selectae ed. Bremi. 20 gr.

Lysiae et Aeschinis Orationes Select. ed. Bremi. 2 thlr.

Hennings'sche Buchhandlung.

VIRO PERILLUSTRI

GODOFR. HERMANNO

THEOLOG. ET PHILOSOPH. DOCTORI. ELOQUENT. ET POES. IN ACADEM. LIPS. P. O. PRAEF. EQ. ORD. SAX. VIRT. CIV. SEMIN. PHILOL. DIRECTORI

S. D.

FRANCISCUS SPITZNER.

Variae et eae gravissimae mihi exstiterunt causae, ut Tibi, Vir Summe, Homeri Iliadem mitterem eamque Tuo inscriberem nomini. Primum enim nemo profecto est literarum elegantiorum et politioris humanitatis gnarus, quin, quanta Tua de hisce nostris disciplinis sint merita, et teneat et grato animo agnoscat; deinde in multis, quae aut planius explicare aut rectius constituere tentarem, incredibili Tui ingenii acie egregiaque Tuae doctrinae ubertate vel viam mihi patefactam, vel meam sententiam confirmatam esse lubenter fateor; denique insignis benevolentia, qua me et res meas ab eo inde tempore, quo per Lobeckium nostrum Tibi innotui, amplexus es, iure meritoque id a me petere et quasi exigere est visa. Accedit, quod in ipso operis suscepti cursu Tuo et consilio et adiumento meam sustentasti inopiam, et a me aliquoties interrogatus, quae Tibi maxi-

me probarentur, prompte ac benigne communicasti. His omnibus eo sum adductus, ut voluntatem in literis ante aliquot annos ad me datis aliis etiam declaratam et testatam, si quidem fieri possit, munere neque ita magno neque ab omni parte perfecto Tibi rependerem. Itaque blanda inducor spe fore, ut non modo haec qualiacunque hilari excipias vultu, verum etiam, quae de rebus dubiis atque in controversia positis ipse sentias, mihi aperias, et de tota editione, quemadmodum olim es pollicitus, vere et candide iudices. Quod quo facilius ac tutius suscipi possit, pace Tua operae in Iliade recensenda a me collocatae viam ac rationem paucis describam.

Iam nemo ignorat Frider. Aug. Wolfium, Homeri conservatorem, Iliadem potissimum tanta industria tantaque subtilitate pertractasse et ad librorum auctoritatem ac grammaticorum praestantissimorum praecepta examinasse, ut editori futuro nihil paene relictum esse videretur. Quapropter nihil erit mirum, si ad eius recensionem mea composui, et ab illa perraro recessi. Consului tamen, quia nova librorum subsidia non erant ad manus, et Venetum codicem et Vindobonensium varietatem ab Altero collectam et Ernestii Heyniique copias. Hisce autem ita sum usus, ut scriptorum maxime eximiorum, in quibus Venetus primum obtinet locum, dissimilitudines studiosius investigarem. Neque ea cura inanis fuit et vana: nam e Veneto solo, cui bonitate Vindd. duo V. et XLIX atque Harleian. fere pares sunt, praeclaras quasdam emendationes, velut in Il. 24, 179., repetere licuit. Reliquos, quibus minus ponderis ac momenti est, tum demum in subsidium vocavi, quum vel novi aut rari quidpiam afferrent, vel aliorum meliorum iudicio suffragarentur. Ex editionibus, quarum fructus et uti-

litas tenuis et exigua esse solet, praeter Wolfianam et Heynianam Stephani a Berglero repetitam et Aldinam secundam accurate contuli, neque Clarkianam ab Ernestio iterum curatam neglexi, denique ad Bothium, qui Homeri Iliadem festinantius quam consideratius profligavit nuperrime, ubi res postulabat, respexi; Guilielmi autem Dindorfii recensio, quae e Teubneri prodiit officina, ac raro quidem, sed non sine aliqua veri specie a Wolfio discedit, prelo est subiecta, retentis iis, quae ab editore Lipsiensi rectius meliusque instituta esse videbantur.

Tum scriptores Graecos, qui Homeri versibus et sententiis sua distinxerunt et ornarunt, sedulo evolvi, eaque, quae aut poetae elegantiae prodesse putabam, aut diversitatem magis insignem offerebant, inde enotavi. Vix autem dubito, quin in hoc studio, quod patet latissime, plurima aliorum tum assiduitati tum fortunae reliquerim. Verumtamen ea, quae testes gravissimi, ut Plato, Aristoteles, Plutarchus aliique nobis transmiserunt, studiosius quam antea erat factum et conquisivi et diiudicavi. Ad haec adiunxi eos inferioris aetatis libros, qui carminibus Homericis illustrandis singularem dant operam, uti Heraclidae Pontici allegorias, opusculum de poesi Homeri, quod Plutarchum conscripsisse plerique opinantur, Draconis libellum qui fertur de poetarum metris et similes. Nec crediderim me laborem istum frustra et inutiliter recepisse, nec quicquam omnino memoratu et observatu indignum illis ex fontibus a me esse protractum, etsi alios secus statuere haud ignoro.

Maiore etiam diligentia grammaticos et lexicographos veteres sum perscrutatus, neque eos solum, qui Homeri carmina proxime spectant,

verum alios quoque: nullus enim horum reperiri potest, quin Homerica saepius vel ob oculos habuerit, vel etiam mutaverit. Quare et scholiastas poetarum et lexicorum auctores omnes propemodum, velut Hesychium, Suidam, Photium, Zonaram, alios, ubi opus erat, inspexi, singula autem quaeque ex Eustathii commentariis, Apollonii, Archibii filii, lexico Homerico, Etymologico tum magno tum Orionis, qui dicitur, Apollonii denique Alexandrini et Herodiani opusculis grammaticis separatim editis aut attuli aut certe afferre volui. Eustathium vero, ex quo totus fere pendet Phavorinus, poetica et Homerica in communem Graecorum sermonem non ita raro transtulisse, et ipse optime tenes, Hermanne, et a me passim dictum invenies. Unde eius generis varietas nec diversi quicquam suppeditat, neque ulla horum opus est emendatione. Has grammaticorum copias scholiastarum Homericorum opibus auxi, eaque, in quibus a communi usu dissident, sedulo adscripsi, omnem Zenodoti, Aristophanis et Aristarchi diversitatem, paucissimis, quibus facile caremus, resectis, e Venetorum interpretum aliorumque commentariis complexus. Aristarchi vero iudicio ita obtemperavi, ut meliora et magis verisimilia, quae ille aut proposuerit aut conservaverit, grato receperim animo. Omnia vero ac singula eius nec comprobavi neque adduxi; neque id vituperandum esse existimaverim. Nam magna quidem, immo maxima esse debet Aristarchi auctoritas: verum illum nunquam a recto aberrasse, nunquam falsa veris praeposuisse, nunquam spinosiora quam planiora sequi maluisse nemo sanus contendet aut contendere poterit. Haec autem praecipienda erant propter Lehrsii dissensum, qui in annalib. philol. Darmstadin. ann. 1834. p. 139 sqq. vehementer exprobravit mihi, quod Aristarchi

quasdam lectiones vel falsas habuerim vel silentio praeterierim. Cuius quidem notationem, si qua erat opportunitas (conf. ad 16, 854. 21, 363.), refutare studui, singula autem persequi longum est. Tota vero ista quaestio duabus potissimum de causis multo maiore quam Lehrsius suspicatur difficultate est implicita: primum enim, quid Aristarchus in singulis quibusque censuerit, multiplex grammaticorum dissensio maxime dubium et incertum reddit. Testimonia eius dubitationis manifesta et aperta praebent non modò Victor. et Lipsiens. scholia, sed ipsa etiam Veneta. Illis quidem Lehrsius fidem detrahit, eo vero causa inferior non fit superior. Deinde Aristarchum plurima sua ex incorruptis antiquitatis monumentis hausisse, nihil coniecturae dedisse facilius dicere quam probare licet. Heynius certe in observationibus ad Iliadem adiectis Alexandrinorum grammaticorum et notationes et insignem legendi varietatem saepe miratur, easque ingenii potius sagacitati quam veterum exemplarium fidei tribuit. Lehrsium si audiveris, Aristarchus in iis, quae diversa habet, antiquissimas consuluit recensiones, ex iisque germana et Homerica deprompsit. Verum ut concedamus indicia quaedam huius rei investigari et colligi posse, alia tamen plura sola inniti coniectura mihi persuasum habeo. Denique, quid Aristarcho praestabilius fuerit visum, plane ignoramus saepissime. Tantum enim abest, ut integra illius manus in scholiis vel Venetis vel aliis nobis sit superstes: ut in fragmentis paucis, mancis et imperfectis, immo sibimet ipsis contrariis, nobis sit acquiescendum. Quae quum ita sint, quomodo Lehrsius Iliadem Homericam, qualis ab Aristarcho fuerit constituta, nobis concinnare atque exhibere possit, nondum potui perspicere. At ista nunc missa faciam, alio fortasse

et tempore et loco ad eiusmodi disquisitiones uberius et copiosius excutiendas rediturus.

Neque de Iliadis ortu et compositione, de additamentis et interpolationibus, quas in singulis propemodum rhapsodiis veteres deprehenderunt et obelo confodeunt, Vir praestantissime, dicere vacat. Tota enim ista disputatio operosa hominum doctissimorum diligentia et subtili iudicio tenebris magis obruta est quam luce circumfusa. Equidem in tanta tamque multiplici coniectandi et concertandi varietate ab ea re prorsus abstinere in animum induxeram. Quod quum minus expedire uno quasi ore dicerent, in posteriore operis parte et ad veterum ἀθετήσεις et ad recentiorum suspiciones, si quidem his momenti aliquid inesse cernerem, crebrius respexi, eoque modo, id quod interdum plurimum prodest, nos nihil scire clarius etiam intelligere coepi. Ea vero quorsum spectent, quum alios, qui eius generis quaestiones a suae personae gravitate haud alienas duxerint, assequuturos esse, tum *Temet* ipsum optime perspicere crediderim. Quare ne his quidem vel Tuas obtundam aures, vel aliorum otio aut patientia abutar.

Itaque propius iam accedamus ad nostra, eaque, quae post Wolfium aliter constituenda fuerunt, Tibi aliisque, qui operam Homeri Iliadi navatam minus fastidiunt, breviter quidem, sed plane et dilucide percenseamus. In quo ita versabor, ut ea, quae ad interpunctionem, orthographiam, spiritus, tenores, numerorum doctrinam et poetae sermonem pertinent, uno quasi ambitu comprehendam, iis vero subnectam alia mihique peculiaria, quae aut librorum et grammaticorum suffragiis permotus aut rei veritate impulsus mutavi. Quo facto singula quaeque a me novata et, ut spero, in melius traducta quum

Tibi tum aliis manifesto patebunt. Argumenta vero et rationes, quibus adductus ita egerim, in annotatione critica vel in excursibus leguntur proposita, ideoque eas hic repetere et quasi recoquere minus erit necesse.

Ex interpunctis igitur, de quibus primum erit dicendum, exclamandi signum praeter veterem morem et consuetudinem a Wolfio invectum, Dindorfio praeeunte, eiiciendum iudicavi, neque, ut opinor, iniuria. Id enim editor Halensis toties tamque varie admisit, ut nunc interrogationi substitueret (cf. Il. 4, 25. 8, 462.), nunc, ubi virgula sola satisfaciebat, ad artificium Graecorum urbanitati infestum confugeret. Quare rectius, certe cautius egisse putabor, quod ornamentis istis et emblematis Iliadem liberandam duxerim. Ceterum eam mihi scripsi legem, ut nimiam incisorum multitudinem, qua coniungenda et socianda saepe ferebantur distracta et divulsa, angustioribus includerem limitibus. Delevi ergo κόμματα participio instante, quod cum nomine praegresso aut subsequente erat copulandum; delevi porro in enuntiationibus iis, quae non tam separatae quam sibi invicem connexae sunt, nec raro admodum liber Venetus isti rationi succurrit. At distinguendum erat, ubi duo adsunt participia, quorum unum nomini adhaeret, alterum novum quiddam prioribus adiungit; porro particula concessiva accedente, quales sunt περ, γε, aliaeque eius generis. Neque vero operae semper et ubique ea recte administrarunt, cuius erroris latius, quam putabam, diffusi veniam a lectoribus benevolis enixe rogo. Praeterea ista, quae sibi ita sunt iuncta, ut singula secernere molestum, immo paene absurdum sit, una verborum comprehensione devinxi. Nec scriptorum normam et regulam aliud quidpiam praescribere certum est atque exploratum.

Orthographiae Wolfius tantam impendit curam, ut paucissima, quae aliter scripta malles, relicta videas. Ad haec refero diaeresin et eius signa iis imposita formis, quae adminiculum illud respuunt, veluti dativi *Διί*, *υἷι*, dualis genitivus *ἵπποιιν*; *ὤμοιιν*, *τοῖιν*, iisque affines. Eieci igitur additamentum profecto supervacaneum, quod si quando restat, ut 10, 187 *βλεφάροιϊν*, id me imprudente et invito factum esse scitote. Ab his specie magis quam re distant *Ἀχαιΐς*, *Ἀχαιάς*, *Ἀχαιικός*, *ὁμοίιος* et verborum nominumque composita, velut 13, 728 *περιιδμέναι*, 9, 61 *διίξομαι*, 16, 174 *Διιπετής*, etsi in hoc diaeresis aliquo modo possit defendi. Alia est quaestio a Te ipso, Hermanne, olim tractata, utrum *παῖς* an *πάϊς* Homero et epicis sit aptior. Sed neutrum horum prorsus spernendum reiiciendumque esse tum libri nobis persuadent, tum numerorum vis et elegantia commonefaciunt; vid. Excurs. IV. Insuper alia duo secus, ac Wolfius praeiverat, notanda putavi: ut enim in Il. 19, 324 *χήτεϊ τοιοῦδ' υἷος* constantiae causa dispescendum erat (vid. ad 6, 463.), ita ad aliorum exemplar in libr. 24, 61 *Πηλεϊ* consociare et bisyllabum proferre est necesse.

Punctis istis, quibus vocales duas separandas putant, finitima est diastola, cuius ope Wolfius *ὅτι* et *ὅ, τι*, *ὅτε* et *ὅ, τε* aliaque eius generis discreta voluit (cf. 1, 85. 3, 279. 4, 361. 9, 39, 327. 11, 270. 17, 737.); ea quidem in libris plerumque reperitur adiecta, sed de nostrae aetatis more signum paene obliteratum removi, verbumque appositum a praecedente segregavi intercapedine.

Crasin Homeri usui ac sermoni propemodum ignotam Tuo, Vir summe, iudicio ex Il. 3,

235. et e libr. 21, 108. (cf. excurs. XII, §. 2.), Vossio suasore, expuli. Nec τοὔνεκα, in quo libri fere conveniunt, tutum satis ac firmum esse Lobeckius docuit ad Phrynich. p. 657. et ad Sophocl. Ai. v. 123.

Aliquanto plus dubii ι subscriptum nunc addendum nunc demendum mihi movit. Vix autem ambigi poterit, quin loci adverbia, cuiusmodi sunt πῃ, πῇ, ὅπῃ, οὔπῃ, πάντῃ, literula ista a me recte sint instructa, quum libris tum optimis quibusque magistris consentientibus. Idcirco ἧχι, quod Aristarchi suasu in Il. 1, 607. 3, 326. 5, 774. 8, 14. 11, 76. intactum reliqui, praesertim quum Apollonius Alexandrinus et Venet. liber adversentur, suspectum esse apparet. Prioribus vero ἁμαρτῇ, de quo idem Aristarchus longe diversa praecepit, aptandum fuisse in excurs. XII, §. 1. demonstravi. Λάθρῃ an λάθρη potius sit habendum, incertius etiam videtur, sed illi et aliorum similitudo et librorum consensus fidem addunt, quanquam Lobeckii auctoritas novum mihi iniicit scrupulum, vid. praefat. Aiac. p. IX. His exceptis ι apponendum censui Il. 2, 461 Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, et rhaps. 5, 6 λαμπρὸν παμφαίνῃσι, quorum prius nimia veterum subtilitate deiectum ipse olim vindicasti, posterius constans poetae usus et idonea grammaticorum testimonia reposcunt. Litera vero subiecta et adverbio ἀντέω, de quo post Aristarchum acute disseruit Buttmannus (vid. ad 2, 323.), et articulo in nota loquutione ἡ θέμις ἐστίν (cf. excurs. II.) erat detrahenda. Neque adiectivum Τρωός, etsi Τρώϊος et Τρωϊκός passim obveniunt, isto additamento erat onerandum. Ut enim Τρωάδες et Τρωάδας, tametsi Τρωϊάδες reperitur et prioribus illis ῐ apponunt multi libri, nemo improbat, ita Τρωός

repudiari non poterit, vid. ad Il. 18, 179. et Schaefer. ad schol. Apoll. Rhod. p. 335.

Quod ad spiritus attinet, asper, me iudice, perperam cesserat leni in his: 4, 483 et 15, 631 *εἰαμενῇ*, 13, 137 *ὀλοοίτροχος*, 6, 414 et alibi *ἀμός*, porro 10, 409 *ἅσσα*, denique in pronomine cum adverbiis *ἡμὶν* et *ἠδὲ* male confuso, in libr. 6, 149. 24, 150, 179. Hisce omnibus vel librorum fide adiutus vel doctorum praeceptis admonitus medicam applicui manum. Neque aliter se habet res in nonnullis verborum formis, uti *ἅλεται* et *ἄλεται* permixta erant in Il. 11, 192, 207. 21, 536. *Ἑάφθη*, cui Wolfius bis substituit *ἐάφθη*, in excurs. XXIV. pluribus sum tuitus, et in libr. 2, 525 *ἵστασαν* cum potiore librorum parte reduxi.

In tenore scienter et apte collocando Herodianus aliique veteres plurimum studii et operae consumpserant, neque illorum praecepta Wolfius, cui Reizius praecesserat, pro nihilo habuit, *alii*, sicut Bekkerus, Göttlingius, Lehrsius, vel totam accentus doctrinam vel singulas eius partes diligentius investigarunt. Nihilominus pauca quaedam mihi emendanda superfuisse Tibi, Godofrede Hermanne, breviter indicabo. Nominum igitur accentum non sine idonea causa immutavi in Il. 10, 515., cui barytonum *ἀλαοσκοπίῃ* male insidebat; vid. Göttling. doctr. acc. p. 135.; vice versa in Il. 21, 323., si nomen verbo melius existimaveris, *τυμβοχόης* scribi oportere apparet. Sed in Il. 9, 150, 292 *Ἱρῆν*, Göttlingio indice (vid. libr. acc. 141.) cum Aristarcho forsitan erat retinendum. Porro in Il. 5, 69 *Πήδαιον* proparoxytonum, cuius in locum properispomenum Wolfius subiecerat, et ad veterum regulas et ad exemplarium priorum fidem revocavi.

Quo denique tenore λις (leo) sit insigniendum, iam Alexandrini disceptarunt: etenim Aristarchus λίς, Aeschrio λῖς praetulit. Huic plerique assentiuntur, illius iudicium cum Lehrsio probandum censuerim (vid. ad Il. 11, 239. 15, 275.); Göttlingius tamen προπερισπώμενον in doctr. acc. 241. verum habet. Ex adiectivis ἀργεστής et ἀργεστᾶο, quod Wolfius in Il. 11, 306. 21, 334. proparoxytonum ducit, manifestis arbitrorum eruditorum testimoniis Homero erat reddendum, nec minus in libr. 16, 445 ζῶν eodem instruendum tenore, qua de re parum diligenter disserit Göttlingius p. 283. Nam et Aristarchus cum Ptolemaeo consentit (vid. schol. Ven. ad Il. l. l.) et Choeroboscus in Bekkeri anecd. Gr. III, 1231. illis accedit. Circumflexum autem cur τἆλλα sibi expetat, haud assequor, unde 1, 465 et alibi τἄλλα, quod libri nobis suadent, reddidi poetae. De pronominum maxime substantivorum tenore creberrime disputarunt veteres magistri, quorum normam et regulas explanavi ad Il. 11, 383. Iis igitur accentum nunc imponendum, nunc demendum fuisse nihil mirabere; personae quidem primae illum addidi 6, 206., alteri 1, 396. 2, 27, 64. 24, 174. 6, 56. 9, 249. 5, 252. 9, 680., tertiae denique 15, 165. Scio autem horum nonnulla ambigua et controversa esse, uti 1, 396., de quo et veteres dissident et Lehrsius mihi bellum indixit, et tum manifestae technicorum decreta tum rei rationem ὀρθοτονουμένοις adesse facile intelliges. His obstant alia, in quibus pronominis tenor rectius inclinandus et consopiendus erat (vid. Il. 10, 443. 1, 114. 3, 128. 20, 464. 21, 174.), neque ab his differunt pluralis dativi ἥμιν et ὕμιν in libr. 1, 583. 14, 482. Praeterea articulum ὁ et ἡ, qui in carminibus Homericis pronominis demonstrativi munere ac potestate

fungitur, tenorem adieci (vid. ad 1, 9.), iis exemplis detractis, quae nomen sive proprium seu appellativum proxime adiungunt. Transimus ad verborum accentum subinde mutatum. Ex his in Il. 11, 375. 13, 583 ἀνέλκεν, quod olim ferebatur ἀνεῖλκεν, Wolfii aciem fefellit, proparoxytonum autem restituendum fuisse et alia comprobant, et ipse dudum vidisti; nec pati debebam in Il. libr. 3, 243 κατέχεν simillimo prognatum errore; vid. Göttling. 47. Tum vel Iadem vel numeros 16, 99 ἐκδῦμεν, 19, 270 διδοῖσθα, 24, 1 λῦτο, quorum primum et tertium a Wolfio in paenultima gravantur, alterum προπαροξυτόνως edi solet, sibi exigere nemo negabit. Sed in Il. 16, 145 ζευγνύμεν' ἄνωγεν ad id redii, quod antiquorum iudicio tutissimum videtur. Perispomeno antecedente enclitico φημὶ Wolfius tenorem concessit; vid. 6, 98, 206. 13, 807. Neque ignoro ea de re veteres inter se dissensisse, at quum plurimi et optimi accentum consopitum velint, horum decretis obsequutus sum; vid. Göttling. 403 sq. Verborum tempora bisyllaba, quibus vocalis longa inest, hodie plerique, sive duae sive consona gemina subiiciatur, properispomena efferunt, velut πῖπτεν, αἶξαι, alia. Equidem a Lobeckio admonitus propter gravissimum eruditissimorum dissensum a mutando fere abstinui. Adscivi tamen ῥῖψε et ἀποῤῥῖψαι 1, 591. 3, 378. 19, 268. 16, 282. ac φθῖσθαι 9, 246. 13, 667., quorum alterum a duplici coaluit vocali, alterum constans derivatorum mensura dubio fere eximit. Praepositionum accentum et anastropha et alia quaedam saepius vocarunt in disceptationem. Nec Te fugit, Vir praestantissime, meam hisce de rebus opinionem a tuis decretis aliquanto abesse. Anastropham enim, cui fines liberiores ac longius patentes soles con-

cedere, legibus ab antiquis grammaticis rogatis fere adstringendam puto; quanquam interdum meo fuit iudicio standum. Quare quum Aristarchus et intelligentiores praepositioni elisione decurtatae, ne sententia pervertatur, in Il. 18, 191. tenorem imponi iubeant, eadem impulsus ratione idem feci in libr. 2, 150, 616. At 15, 343. praepositio me invito et praeter necessitatem accentu notata est, neque anastropha aut 4, 384. aut 1, 350. apta et commoda videbitur. Illic enim ἐπί verbo est copulanda; huic verbo absente nihil ambigui inest, etsi pro dativo θῖν' ἔφ' ἁλὸς quartus casus θῖν' ἔφ' ἁλὸς erat assumendus. Prioribus addatur ὑπό, quam adverbii loco positam bis scripsi βαρυτόνως, vid. 5, 862. 10, 95. res autem dubia et incerta est: Niciam enim cum aliis quibusdam in trito atque usitato substitisse relatum legimus. Longe aliter sentio de vocula περί, quam, si περισσῶς significat inclinandam censent plurimi, idque nuper repetiit Göttlingius in acc. doctr. 380. Eam vero opinionem falsam esse in quaestiunc. de accentus inclin. partic. *ΠΕΡΙ* ap. Hom. concedenda. §. 3. copiosius demonstravi. Quae quum ipse, Hermanne, Tuo comprobaveris assensu, 4, 46, 53 περὶ κῆρι ac similia similiter dedi, singula vero iam olim pertractata iterum recensere nihil attinet. Praepositionibus monosyllabis, quas in hexametri clausula acuunt grammatici (vid. Il. 14, 472. Od. 15, 410.), idem medio versu concedendum putavi, si praepositio a verbo disiungenda cum solo nomine praemisso cohaeret; cf. 5, 157, 763. 16, 252. 17, 207. 20, 212. 22, 444. 24, 705. 4, 508. 7, 21. 5, 64. 6, 100. 24, 617. 5, 865. 16, 13. 19, 321. 21, 598. 23, 477. 24, 743., nec dubito, quin remedium illud in Il. 1, 125. male spreverim. Tum praepositioni

tali accentus erit congruus, ubi eam nec verbo nec nomini potes adiungere, sed pro adverbio habeas necesse est, veluti in Il. 7, 441. 9, 350, 361. Ad postremum particulam ἐπειή concretam, quia posterior eius pars rem ita esse in Iliade pariter atque in Odyssea semper affirmat, de grammaticorum sententia in duo distraxi et ἐπεὶ ἦ μάλα, ἐπεὶ ἦ πολύ recepi, cf. ad 1, 155.

Ex hisce apicum minutiis emersi ad nominum verborumque formas vel in unum conflandas vel a se invicem separandas progredimur. Ac Bekkerus quidem priscam Ionum poesin, quae singula quaeque audientibus quasi enumeret et ob oculos ponat, his magis delectari, illis parcius uti prudenter dixit. Quare discrimen, quo Wolfius τὰ πρῶτα et ταπρῶτα, τὸ πρὶν et τοπρίν, τὸ πάρος et τοπάρος, τὸ πρόσθεν et τοπρόσθεν, τὸ τρίτον et τοτρίτον argutius quam verius distinguenda putavit, et librorum omnium consensu et aliorum usu permotus sustuli, vid. ad 1, 6. In Iliade autem 4, 424 πόντῳ μὲν ταπρῶτα κορύσσεται, quod multis nominibus est suspectum, e Veneto iure Teque ipso, ut puto, approbante π. μέν τε πρῶτα κ. revocavi; conf. excurs. VIII, cf. 1, 2. Deinde εἴποτε male concretum, eodem libro attestante, seiunxi: vid. 1, 39, 340. 2, 97. 3, 180. 5, 116. 22, 83. 24, 705., nec particulae ὡςεὶ in unum coalescunt semper, sed conditionali ad verbum respiciente cum Veneto in duo sunt divellendae, velut in Il. 5, 374. 11, 389, 467, 474. 13, 492. 19, 366. 21, 510. Porro δήτοι epicis fere inauditum esse ipse, Vir summe, nos docuisti, eique regulae, quum certa aut librorum aut grammaticorum testimonia subsidio veniant, fidem habui in Il. 10, 316. 22, 12. 24, 731. et Homeri proprium ἤτοι ab oblivione vindicavi. Atticam vero particulam γοῦν,

a Thierschio primum notatam, ab Homero auferendam duxi (vid. 5, 268. 16, 30.), nec Venet. liber in posteriore certe versu dissidet. Plus difficultatis praepositiones vel sibimet ipsis vel aliis vocibus constringendae dissociandaeve mihi attulerunt. Ac de illo quidem usu, qui duas et eas cognatas praepositiones in unam quasi conflat notionem, pluribus disserui in excurs. XVIII.; a verbo autem suo eaedem voculae perperam distractae videntur a Wolfio in Il. 5, 142. 24, 620, 681., a nomine denique insequente 15, 144. Contra idoneis de causis, quas singulatim proposui, aut a nomine aut a verbo proxime instante secrevi praepositionem in Il. 4, 423. 16, 548. 18, 519. 20, 30. 21, 517. 22, 165. Haec quidem coniunctiones ac praepositiones attingunt; pronomina negativa μήτις, οὔτις, si quando discreta inveneris, teneas velim me Veneti aliorumque librorum paruisse consuetudini. Adiicio insuper in Il. 6, 146 *οἵη περ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν, τοίηδε*, Wolfio probatum, tum comparandi legem tum aliorum iudicium refutare.

Nec dialectus et sermo Homeri proprius omnia, quae Wolfius sanxerat, intacta servare mihi permiserunt. Illius de norma 5, 390 *Ἑρμέᾳ* doricum expuli, et 5, 818. 21, 243 *σέων* — *ῥιζέων* ionicos genitivos, alterum cum Aristarcho, alterum Thierschio auctore revocavi, tum in rhaps. 20, 143 *ἀναγκαίηφι* pro vulgari *ἀνάγκῃ ἶφι* et alia commendant et rei adiuvat ratio. Ad declinationem secundam 14, 322 *Μίνων* Aristarcho, nisi coniectura fallit, notum retuli. Quod ad tertiam attinet 6, 335. Iados dativum *νεμέσσι*, quem veteres magistri confirmant, et formam epicam *γούνεσσι* 9, 488. 17, 451, 569., Veneto accedente, instauravi. Nec minus, Aristarcho facem praeferente, 13, 102. 17, 20. 21, 573 *πάρ-*

δαλις, quod inanes grammaticorum argutiae obliteraverant, restitui; denique in libr. 24, 347 αἰσυμνητῆρι recte, ut auguror, emendavi. Ad haec accedit σεῦ in Il. 6, 454., vocali subsequente, Tuo ex monitu reductum.

Multo crebrius, Vir summe, Homeri proprietati minus consuluit Wolfius in verborum formis ab ea alienis. Quo ex genere sunt βήσατο et ἐδύσατο eorumque composita, non vi et potestate, sed sola dialecto aestimanda. Codicibus igitur annuentibus vocalem ε librariorum imprudentia depulsam ubique reddidi Homero; vid. 3, 262, 312. 1, 428. 2, 35. 5, 952. 10, 529. 6, 288. 2, 48, 578. 3, 328. 9, 596. 20, 379. 1, 496. 4, 86. 7, 103. 10, 517., tum μαχήσομαι et ἐμαχεσσάμην, aoristum Buttmanno probatum et a Veneto saepissime traditum, iure, opinor, recepi; vid. ad 1, 298. Plusquamperfecti tertiam in ειν desinentem vocali subiuncta potiorem duxit Aristarchus: quapropter 7, 394 ἠνώγειν, cui 6, 170 concinit, adoptavi, neque ambiguum erit, quin 17, 133. 22, 36 ἑστήκειν, quod, ut fit, meam elusit diligentiam, vulgari sit praeferendum; vid. ad 3, 388. Imperativum antiquitatis robigine paene exstinctum ἐνίσπες, magistrorum praestantissimorum iudicio adiutus, bis ex fuga retraxi 11, 186, 14, 470., add. Göttling. doctr. acc. 45. Eodem refer alia quaedam aut librorum ope aut dialecti causa leviter immutata, velut 4, 308 ἐπόρθεον pro communi ἐπόρθουν, 1, 273 ξύνιεν, 9, 645 ἐείσαο, 20, 147 ἀλέαιτο, quod vel sola poetae consuetudo sibi repetit. Posthaec formae corruptae ἐνένισπεν priscam et veram ἐνένιπεν substitui 15, 546, 552. 16, 626. 23, 473. In Il. 14, 235 εἰδέω, quod Aristarchus pariter ac libri tuentur, reposui, et in libr. 21, 346 δαιομένη, δαίωσι,

Bekkero suasore, cui codices quidam accedunt, ad Il. 20, 317. similitudinem adscivi. In adverbiis poetae sermo unam dumtaxat mutationem exegit in Il. 24, 492 *Τροίηθε μολόντα*, ubi *Τροίηθεν ἰόντα* quum libri tum constans horum lex et norma flagitant. Ex particulis *ἠδὲ* cognatam *ἰδέ*, medio versui legitimam, non ita raro deiecit de statione. Equidem, et Vossii animadversione ad Hymn. in Cer. 190. edoctus, et codicum assensu fretus, damnum Iliadi inde illatum resarcire studui; vid. 2, 697. 4, 382. 6, 469. 8, 162. 12, 311. 21, 351. 22, 469., etsi in prioribus libris medelam istam hic illic neglexi.

Venio iam ad ea, quae non solum etymologiam et stirpem, sed numerorum etiam usum et commoditatem attingunt. Huc pertinent consonae geminae, vocalium concursus, syllabarum mensura aliaque hisce finitima. Literam igitur sibilam, etsi numeri non intercedunt, nomini *Λυρνησσός*, quod Wolfius *Λυρνησός* scripserat, tum aliorum similitudine tum testium gravissimorum iudicio reddidi, cf. ad 2, 690. Pro duplici autem consona una satisfacit nominibus *κνίση* et *Ἐρινύες*, cf. ad 1, 66. 21, 363. 9, 454., nec minus eadem contenta sunt participia *ὑποκυσάμενος* et *ἀδηκότες*, de quorum priore, Vir praestantissime, ipse admonuisti, cf. ad 6, 26. 20, 225. 10, 98, 312, 399, 471, et 5, 303. Ab hac quidem quaestione non ita multum abest literae *ν* finalis, quam dicunt, usus: eam enim pro arbitrio detrahendam vel adiiciendam putarunt multi. Mihi Wolfii ratio doctissimis quibusque probata non displicet; bis tamen, ubi illius editio eo additamento carebat, librorum consensu motus *ν* interposui: primum in Il. 16, 791., quod loci adverbiis incrementum praecipue convenit, deinde in numerorum gratiam 15, 297., qua de re ad 6,

69. disserui. Simili inductus causa in hexametri clausula ter scripsi οὕτως 4, 307. 13, 309, 447, cuius loco Wolfius bis οὕτω, semel αὕτως adoptaverat.

Numerorum vel defectui vel abundantiae occurrendum erat in hisce: in Il. 1, 342. 22, 5 ὀλοιῇσιν et ὀλοιή, Vossio laudata, Venet. aliique plures stabiliunt; 15, 478 ὁ δ' αὖ τόξον Vindob. quinti est; 17, 735, 746 ἐμμεμαῶτες, Homero familiare, scholiastae Vict. debetur; 16, 411 Ἐρύλαον, ab Harleian. suppeditatum, plurimi praeferunt; 23, 693 μέλαν δέ ἑ κῦμα κ. poetae sermo non minus quam testium idoneorum assensus reposcunt. Deinde particulas eam ob rem insertas librorum fides aeque ac poetae sermo commendant in rhaps. 5, 874 χάριν δ' ἄνδρεσσι, 17, 65 κύνες τ' ἄνδρες τε ν., ib. 403 γάρ ῥ' ἀπάνευθεν, 22, 482 μέν ῥ' Ἀΐδαο, eodem auxilio Venetus hiatum abstergit 3, 442., habet enim ὧδέ γ' ἔρως. Prioribus illis annumeranda erit emendatio a Te, Godofrede Hermanne, in dissert. de Aeschyl. trilogiis Theban. p. 8. ad Il. 23, 244. nuper proposita. Nam si Ἀΐδῃ κεύθωμαι iam antiquitus abiit in oblivionem, unde inanes grammaticorum disputationes originem traxerint, perspicuum erit. Vitium contrarium emaculandum fuit in libr. 17, 192, ubi πολυδακρύου, quod metro optime congruit, Venet. approbat, porro 17, 324 κήρυκ' Ἠπυτίδῃ elisioni a grammaticis spretae, aliis praeeuntibus, locum reliqui; 23, 160 οἵ τ' ἀγοὶ ex Aristarchi voluntate pulsum numerorum ratio iussit restitui, tum in Il. 24, 734 ἀεθλεύων, testimoniis meliorum, quibus ἀθλεύων satisfecit, posthabitis, temere defendit Wolfius. Insolitam denique versus formam, qua nomen Ζῆν' ter ita erat distractum, ut litera ultima proximi initio praefige-

retur, sustuli, cf. quae ad Il. 14, 265. 24, 331. adscripsi.

Modorum quoque et temporum confinia perturbata ad rei veritatisque leges hic illic erant exigenda. In quo munere ita sum versatus, ut et ab immoderata diffingendi libidine abstinerem, et ea, quae omnium fere consensu depravata esse viderentur, sanare studerem. Optativos ergo aut subiunctivi aut indicativi loco reposui hosce: in libr. 2, 4 τιμήσει', ὀλέσαι δ., Tuo aliorumque iudicio confisus, 5, 576 πάθοι, cui Vindob. quint. adest, 21, 611 σαώσαι cum Aristarcho, 22, 346 δαμείη, pluribus adstipulantibus. Subiunctivi vero assumendi erant hi: in libr. 3, 436 δαμήῃς, 4, 131 ἐέργῃ, 10, 346 παραφθήῃσι, 17, 435 ἑστήκῃ 24, 554 κῆται. Modos pariter ac tempora emendavi aliquoties, sicut in Il. 9, 306 πείσει 'Αγαμ., quia futuri indicativum satis aptum nemo veterum improbavit, reduxi, 15, 82 μενοινήσειε cum libris plurimis elegi, quanquam Aristarchi subiunctivum μενοινήῃσι Buttmannus iniuste reprehendit; subiunctivus autem indicativo praestat 10, 383 δυςωρήσωσιν, ubi illum Apollonius et Hesychius servarunt, et 21, 522 ἵκηται, quod pro vulgari ἱκάνει et poetae usus et Venet. interpres nobis tradiderunt. Temporum mutationes aut grammaticae praecepta aut librorum suffragium suaserunt hasce: 7, 408 κατακαιέμεν, 10, 38 ὀτρυνέεις, ib. 513 κόψε, 11, 549. 15, 272 ἐσσεύαντο, 13, 346 ἐτεύχετον, ib. 707 τέμει, 16, 633 ὀρώρει, 18, 90 ἀνώγει, 21, 463 πτολεμίξω, 22, 118 ἀποδάσσεσθαι, 23, 90 ἔτρεφε. In augmento demendo addendove non multum mihi indulsi. Itaque satis habui aperte falsa aliisque repugnantia corrigere. Quare in Il. 16, 332 δοῦρα πεπήγει, quod libri optimi tuentur, admisi. Contra augmentum obliteratum erat

instaurandum 23, 372 οἱ δ' ἐπέτοντο, ib. 465 οὐδ' ἐδυνάσθη, ib. 510 οὐδ' ἐμάτησεν, 24, 175 λύσασθαί σ' ἐκέλευσεν.

His defunctus alia quaedam passim obvia paucis comprehendam. Genitivum pronominis ἑοῖο et adiectivum ἐῆος et ἑῆος tum alibi tum in libr. 18, 71, 138. confundi testantur grammatici. Recepi igitur ἑῆος Achilli aptissimum, sed de spiritu aspero, quem Lehrsius in annal. philol. Darmstad. l. all. p. 141 sq. operose et subtiliter comprobare studuit, alius vir doctus ex Indorum sermone repetendum putavit, propter manifestam nominis etymologiam et Eustathii dissensionem dubitare licebit. Postea adverbium ἔτι voculis simillimis τι et τε non ita raro expulsum esse et alii viderunt et ipse animadverti. Illud igitur rei et sententiae pariter ac librorum fidei magis respondebit in Il. 2, 179. 22, 185 μηδ' ἔτ' ἐρώει, 9, 435 οὐδ' ἔτι πάμπαν ἀμύνειν. v. ϑ., 12, 106 οὐδ' ἔτ' ἔφαντο, 20, 361 οὔ μ' ἔτι φημὶ μεϑησ., 22, 382 ὄφρα κ' ἔτι γνῶμεν. Ad quae proxime accedit 18, 178, ubi pro Wolfiano ἀλλ' ἄνα, μηδ' ἔτι κεῖσο sponsorum locupletum iudicio permotus ἀλλ' ἄνα, μηκέτι κεῖσο refinxi. Tuae autem, Hermanne, sententiae obsequutus, quotiescunque relativo opus erat, ἔνϑα τε, pro quo male invaserat ἔνϑα δέ, correxi; vid. 8, 48. 13, 21. 14, 215. 22, 147.

Ne quid autem silentio praeteriisse arguar, operarum menda novissimae Wolfii recensioni illata et a me amota coronidis loco subiungam. In libro igitur primo v. 541 αἰεί τοι, quod accentus iam requirit, adoptavi, 2, 20 Νηλητῳ litera subscripta munivi, 16, 288 Ἀμυδῶνος, pro quo perperam ferebatur Ἀμυϑῶνος reduxi, 19,

117 ἑστήκει spiritu legitimo notavi, denique 21, 194, ubi verbi et spiritus et accentus exciderat, εἴμ' ἐκ Παιονίης ad aliorum normam exhibui. Horum autem omnium expers est editio Wolfii a. 1804 in lucem emissa, nisi quod ultimo loco εἶμ' ἐκ Π. falso praebet.

Iam iis, quae in certas quasdam partes et species distribuere licuit, ad finem perductis reliquum est, ut Tibi, Vir praestantissime, aliisque harum literarum existimatoribus singula, quae in singulis Iliadis libris mutanda emendandaque fuerunt, breviter enumerem. Quam rem ita instituam, ut Wolfianis mea e regione opponam. Sunt autem haecce:

Il. α.

v. 97.	Κῆρας ἀφέξει W.	χεῖρας ἀφ. n.
— 108.	οὔτε τι — — — — οὔτ' ἐτέλεσσας W.	οὐδέ τι — — — οὐδ' ἐτ. n.
— 241.	τοῖς δ' οὔτι δυν. W.	τότε δ' οὔτι δ. n.
— 258.	βουλὴν Δαναῶν W.	βουλῇ Δ. n.
— 424.	κατὰ δαῖτα W.	μετὰ δαῖτα n.
— 435.	προέρυσσαν ἐρετμοῖς W.	προέρεσσαν ἐρ. n.
— 453.	ἤδη μέν ποτ' ἐμ. W.	ἠ μὲν δή ποτ' ἐμ. n.

Il. β.

v. 108.	σοῖς ἀγανοῖς ἐπέσσι W.	σοῖς δ' ἀγανοῖς ἐπ. n.
— 330.	κεῖνος τὼς ἀγόρευε W.	κεῖνός θ' ὣς ἀγ. n.
— 549.	ἑῷ ἐνὶ πίονι νηῷ W.	ἑῷ ἐν πίονι ν. n.
— 579.	ὅτι πᾶσι μετέπρεπεν ἡρ. W.	πᾶσιν δὲ μετέπρ. ἡρ. n.
— 707.	ὁ δ' ἄρα πρότερος καὶ ἀρ. W.	ὃ δ' ἅμα πρ. κ. ἀρ. n.
— 709.	πόθεον δέ μιν ἐσθλὸν ἐ. W.	πόθεόν γε μὲν ἐσθλὸν ἐ. n.

Il. γ.

v. 215.	ἦ καὶ γένει ὕστερος ἦεν W.	εἰ καὶ γένει ὕστ. ἦεν. n.
— 240.	ἢ δεῦρο μὲν ἕποντο W.	ἢ δεύρω μὲν ἕπ. n.
— 367.	ἐν χείρεσσ' ἐάγη ξίφος W.	ἐν χείρεσσιν ἄγη ξ. n.
— 411.	κείνου πορσυνέουσα λέχος W.	κείνου πορσανέουσα λ. n.

Il. δ.

v. 321.	νῦν αὖτέ με γῆρας ἱκάνει W.	ν. αὖτε με γῆρας ὀπάζει n.
— 385.	πολέας τε κιχήσατο Καδμ. W.	πολέας δὲ κιχ. n.

Il. ε.

v. 403.	σχέτλιος, ὀβριμοεργὸς W.	σχέτλιος, αἰσυλοεργός n.
— 458.	πρῶτα σχεδὸν οὔτασε W.	πρῶτον σχεδὸν οὔτ. n.
— 491.	τηλεκλητῶν ἐπικούρων W.	τηλεκλειτῶν ἐπικ. et ita semper n. Vid. exc. XI.
— 857.	ὅθι ζωννύσκετο μίτρην W.	ὅθι ζωνν. μίτρῃ n.
— 898.	ἦσθα ἐνέρτερος Οὐρανιώνων W.	ἦσθας ἐνέρτερος Οὐρ. n.

Il. ζ.

v. 380.	Τρωαὶ ἐϋπλόκαμοι δεινὴν θεὸν W.	Τρωαὶ ἐϋπλόκαμοι δεινὴν θ. n.
— 479.	πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων W.	πατρός γ' ὅδε πολλὸν ἀμ. n.

Il. η.

v. 10.	Φιλομέδουσα βοῶπις W.	Φυλομέδουσα β. n.
— 64.	μελάνει δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῆς W.	μελάνει δέ τε πόντον ὑπ' αὐτ. n.
— 117.	εἴπερ ἀδειής γ' ἐστὶ W.	εἴπερ ἀδειής τ' ἐστὶ n.
— 198.	οὐδὲ μὲν ἰδρείῃ W.	οὐδέ τι ἰδρείῃ n.

Il. λ.

v. 60.	τότε δ' αὖτις ἔδυ νέφεα σκ. W.	τοτὲ δ' αὖτις ἔδυ ν. σκ. n.
— 455.	αὐτὰρ ἐπεί κε θάνω W.	αὐτὰρ ἔμ', εἴ κε θάνω n.
ibid.	κτεριοῦσί με δῖοι Ἀχ. W.	κτεριοῦσί γε δ. Ἀχ. n.

Il. μ.

v. 161.	βαλλόμεναι μυλάκεσσι W.	βαλλομένων μυλάκ. n.
— 218.	Τρωσὶν ὄδ' ὄρνις ἐπῆλθε W.	Τρ. ὄδ' ὄρνις ἦλθε n.
— 452.	ὀλίγον δέ μιν ἄχθος ἐπείγει W.	ὀλίγον τέ μιν ἄχθος ἐπ. n.

Il. ν.

v. 107.	νῦν δ' ἕκαθεν πόλιος W.	νῦν δὲ ἑκὰς π. n.
— 734.	μάλιστα δὲ κ' αὐτὸς ἀνέγνω W.	μάλ. δέ κ' αὐτὸς ἀν. n.

Il. ξ.

v. 48.	κεῖνος τὼς ἀγόρευε W.	κεῖνός θ᾽ ὥς ἀγ. n.
—125.	ὡς ἐτεόν περ W.	εἰ ἐτεόν γε n.
—276.	ἧς αὐτὸς ἐέλδομαι W.	ἧς τ᾽ αὐτός ἐέλδ. n.

Il. ο.

v. 320.	κατένωπα ἰδὼν Δαναῶν W.	κατ᾽ ἐνῶπα ἰδὼν Δ. n.
—394.	φάρμακ᾽ ἀκήματ᾽ ἔπασσε W.	φάρμακ᾽ ἀκέσματ᾽ ἔπ. n.
—409.	ἠδὲ νέεσσιν W.	οὐδὲ νέεσσιν n.
—680.	πίσυρας συναγείρεται ἵππους W.	π. συναείρεται ἵππους n.

Il. π.

v. 106.	κὰπ φάλαρ᾽ εὔπ. W.	καὶ φάλαρ᾽ εὔπ. n.
—169.	ἐν δ᾽ ἄρ᾽ ἑκάστῃ W.'	ἐν δὲ ἑκάστῃ n.
—384.	ὑπὸ λαίλαπι πᾶσα κελαινὴ βέβρ. W.	ὑπὸ λαίλαπι π. κελαινῇ β. n.
—522.	οὐδ᾽ ᾧ παιδὶ ἀμύνει W.	οὐδ᾽ οὗ παιδὸς ἀμ. n.
—660.	βεβλαμμένον ἦτορ W.	βεβλημένον ἦτορ n.
—707.	οὔ νύ τοι αἶσα W.	οὔ νύ πω αἶσα n.

Il. ρ.

v. 202.	ὃς δή τοι σχεδόν ἐστι W.	ὃς δή τοι σχεδὸν εἶσι n.
—681.	ἔτι ζώοντα ἴδοιο W.	ἔτι ζώοντα ἴδοιτο. n.
—751.	οὐδέ τί μιν σθένεϊ W.	οὐδέ τί μιν σθ. n.

Il. σ.

v. 335.	μεγαθύμου σοῖο φονῆος W.	μεγαθύμου σεῖο φ. n.
—484.	Ἠέλιόν τ᾽ ἀκ., Σελήνην τε πλ. W.	ἠέλιόν τ᾽ ἀκ., σελήνην τε πλ. n.
—485.	ἐν δὲ τὰ τείρεα π. W.	ἐν δέ τε τείρεα π. n.

Il. τ.

v. 80.	ἐπιστάμενόν περ ἐόντα W.	ἐπισταμένῳ περ ἐόντι. n.
— 95.	Ζῆν᾽ ἄσατο W.	Ζεὺς ἄσατο n.
—331.	θοῇ ἐνὶ νηῒ μελαίνῃ W.	θοῇ σὺν νηῒ μελαίνῃ n.
—386.	τῷ δ᾽ αὖτε πτερὰ γ. W.	τῷ δ᾽ εὖτε πτερὰ γ. n.

Il. υ.

v. 57. αὐτὰρ ἔνερθε Ποσειδάων ἐτ. W.	αὐτὰρ νέρθε Ποσ. ἐτ. n.
— 114. ἡ δ' ἄμυδις καλέσασα θεοὺς W.	ἢ δ' ἄμυδις στήσασα θ. n.
— 255. πόλλ' ἐτεά τε καὶ οὐκί. W.	πολλά τ' ἐόντα καὶ οὐκί· n.
— 259. ἐν δεινῷ σάκεϊ ἔλασ' ὄβριμον ἔγχος W.	ἐν δεινῷ σάκει ἤλασεν ὄβρ. ἔγχ. n.

Il. φ.

v. 73. καί μιν φωνήσας ἔπεα W.	καί μιν λισσόμενος ἔπεα n.
— 177. τρὶς δὲ μεθῆκε βίῃ W.	τρὶς δὲ μεθῆκε βίης n.
— 191. κρείσσων δ' αὖτε Διὸς γενεὴ W.	κρείσσων αὖτε Διὸς γ. n.
— 194. τῷ οὐδὲ κρείων Ἀχελ. W.	τῷ οὔτε κρείων Ἀχ. n.
— 195. οὐδὲ βαθυῤῥείταο μέγα σθ. W.	οὔτε βαθ. μ. σθ. n.
— 363. κνίσσῃ μελδόμενος W.	κνίσην μελδόμενος n.
— 455. ἀποκόψειν οὔατα χαλκῷ W.	ἀπολεψέμεν οὔατα χ. n.

Il. χ.

v. 69. τραπεζῆας πυλαωροὺς W.	τραπεζῆας θυραωροὺς n.
— 400. μάστιξεν δ' ἐλάαν W.	μάστιξέν ῥ' ἐλάαν n.
— 402. κυάνεαι πίλναντο W.	κυάνεαι πίτναντο n.
— 431. αἰνὰ παθοῦσα W.	αἰνὰ τεκοῦσα n.

Il. ψ.

v. 164. πυρὴν ἑκατόμπεδον W.	πυρὴν ἑκατόμποδον n.
— 361. ὡς μεμνέῳτο δρόμου W.	ὡς μεμνέῳτο δρόμους n.
— 568. χερσὶ σκῆπτρον ἔθηκε W.	χειρὶ σκῆπτρον ἔθ. n.

Il. ω.

v. 97. ἀκτὴν δ' εἰςαναβᾶσαι W.	ἀκτὴν δ' ἐξαναβᾶσαι n.
— 663. μάλα δὲ Τρῶες δεδίασιν W.	μάλα γὰρ Τρῶες δεδ. n.

Recensui Tibi, Vir summe, ea, quibus nova inducenda erat forma, quam potui diligentissime; nec quicquam memoratu dignum a me neglectum arbitror. Si quid autem erit, quod meam aciem et curam effugerit, erroris imprudenter admissi veniam apud Te mihi paratam fore speraverim. Rationes vero, quae, ut a Wolfio discederem, me

impulerunt, accurate et plene expositas invenies. Nunc enim librorum optimorum discordia ad alia adegit, nunc magistri eruditissimi mihi exstiterunt duces et antesignani, alias denique poetae usus et sermo Wolfio obstiterunt. Coniecturis vix semel iterumve fidem habui, veluti in Il. 16, 384. 21, 177., ubi nulla alia salutis via pateret, interdum vel eas, quibus summa verisimilitudo inesse videretur, usitato ac trito postposui. Indicio esse potest 23, 319., de quo in excurs. VIII, 9, 5. copiosius disputavi. Praeterea casu, nescio quo, vitium invectum esse rhaps. 18. v. 480. serius cognovi. Nam nullum usquam indagare potui vestigium eius, quod mihi attribuit typotheta ἔκ τ' ἀργυρέων τελαμώνων, immo adversativa ἐκ δ' ἀργ. τελ. est sanissima.

In versibus spuriis notandis, ut huius quoque rei mentionem faciamus, plerumque obtemperavi Wolfio, duobus solis 8, 277. et 19, 77. obelum a decessore appictum detraxi. Alterum enim similium exempla suspicione liberant, alter fuit Aristarchi, eumque nos ambo, Hermanne, sed suo quisque modo, defendendum iudicavimus. Interpolationis autem signum duobus aliis 14, 500. et 16, 261. admovi. Ex quibus priorem Lehrsius, Aristarcho auctore, ab Homero alienum habet, vide tamen excurs. XXV. sub finem; posterior, si quis alius, meram redolet glossam, et eius est simillimus, quem in libr. 8, 528 legimus, communi fere omnium sententia damnati.

Habes, Vir perillustris, epistolam satis verbosam, utinam nec molestam neque intempestivam. Iliadi vero meae ut aequiores, quam adhuc experta est, contingant iudices, non tam mea causa, quam in redemptoris, viri honestissimi, gratiam opto. Sed paene vereor, ne res longe aliter cadat, quandoquidem tanta fuerit fortunae

iniquitas, ut operum a me conditorum vel doctiores ob eamque rem morosiores, vel nulli omnino exsisterent censores. Unde factum est, ut alii, qui aliena potius quam sua novis, ut iactant, curis expolita et egregio notularum adspersarum apparatu instructa vulgabant, summa laude efferrentur, honoribus cumularentur, opibus etiam, *si diis placet*, augerentur, mea ignota paene et *obscura* delitescerent, quanquam ei iniuriae et Tu ipse et alii quidam, auctoritate non minus quam scientia excellentes, velut Dissenius et Mehlhornius, obviam iverunt. Sed huius culpae aliqua ex parte me ipsum affinem esse non recusaverim, quippe qui negotiorum multitudine districtus et iuvenum meae fidei traditorum commodis intentus longe pauciora aliis vel ediderim vel edere potuerim. Hoc autem ipsum iis, qui conditionem nostram satis habent perspectam, minime mirum videbitur. Tantum enim abest, ut Latina sola et Graeca mihi sint proponenda, ut sermonis patrii usus, literarum nostrarum elegantiorum initia, processus et incrementa et totius historiae campus una cum geographia vetere et philosophiae rudimentis biennio quoque perlustranda sint et recolenda. Ad haec adiice gymnasii totius regimen, arduum profecto et multis de causis difficile. At recreant animum ac voluptate quasi perfundunt tum discipulorum progressus tum pro exiguo nostrae huius scholae numero larga sane eorum copia, qui doctrina insignes vitaeque usu spectati hinc prodierunt, deinde virorum summorum, qui nostris praesunt rebus, benevolentia atque humanitas et alias saepe et nuperrime, quum quinti lustri in scholastico munere exacti finis adesset, iterum comprobatae, denique recte factorum conscientia, maximus laborum exhaustorum fructus. Verum ut ad Iliadem, cuius extrema

Tibi aliisque iam in manus traditurus sum, revertar, quantam studii assiduitatem in eam impenderim, haud ignoras. Tu enim solus fere, quum amici quidam tarditatem et moras inutiles mihi obiicerent, expeditam operae celeritatem praedicabas. Iam etsi lente fuit festinandum, me tamen, nisi quis iniquius et iniustius statuere voluerit, ad metam propositam mature ac propere venisse vix poterit negari. Id vero nunquam evenisset, nisi, omnibus aliis posthabitis, nocte dieque in opere ad umbilicum perducendo fuissem occupatus. Itaque ingenii fortasse aciem, eruditionis ubertatem mihi derogent alii, diligentiae et industriae laus imminuta et illibata manebit. Quid quod Theocriteum illud: *καὶ τὰν ψυχὰν ποτέθηκα*, in opus nostrum et nosmet ipsos iure meritoque transferre licebit. Quantum enim anno superiore exeunte vitae periculum adierim et Tu, Hermanne, citius, quam putabam, fando accepisti, et sub finem excursus XXVI, qui tum erat in manibus, cum aliis communicavi. Sed nolim ista, quae, ut fit, importuna hominum loquacitas latius disseminavit et in maius auxit, nunc repetere, animumque, qui bene sperare coepit, nova afficere tristitia. Faustis potius ominibus Homeri Iliadem, quam Tibi aliisque harum literarum cultoribus iamiam offero, decet prosequi. Accipe igitur munusculum Tuae virtuti et candori dicatum serena et hilari fronte, meque, quemadmodum facere soles, Tuo et amore et benevolentia ornare perge. Dabam Vitebergae Saxonum pridie calend. april. A. MDCCCXXXVI.

ΟΜΗΡΟΥ
ΙΛΙΑΔΟΣ ΡΑΨ. Τ-Ω.

ΙΛΙΑΔΟΣ Τ.

Aurora exorta Thetis arma a Vulcano elaborata defert filio, qui, eorum adspectu nova bellandi cupiditate incensus, facile a matre impetrat, ut amici interfecti corpus nectare et ambrosia perunctum ab omni tabe imminutum servet v. 1 — 39. Achilles, concione advocata, et Agamemnoni iram remittit, et, ut extemplo manus conserant, Achivis laetantibus proponit v. 40 — 75. Agamemno, venia erroris petita, Achillem, ut primum dona hesterno die promissa accipere velit, rogat. Is vero, arbitrio eius rei ad Agamemnonem reiecto, morae impatiens et in priore sententia permanens, pugnam statim ineundam exposcit v. 76 — 153. Ulixi identidem monenti exspectandum esse, donec exercitus ientaculo sit recreatus, aegre cedit Pelides, ac, donis et Briseide, quam integram se reddere Agamemno iureiurando confirmat, receptis, milites ad corpora curanda dimittuntur v. 154 — 276. Muneribus et puellis ad Achillis tentorium deductis, Briseis Patrocli casum deflet, mulieribus aliis adgementibus v. 277 — 302. Achillem a cibo pertinacius abstinentem et Patrocli fatum denuo conquestum Minerva Iovis iussu divinitus reficit. Ille autem exercitu e navibus prodeunte novo armorum decore accingitur, dum Automedon equos et currum parat v. 309 — 398. Mox Achilles equos sciscitatus ex eorum altero, Xantho, diem fatalem sibi iamiam appropinquare audit; quo quidem vaticinio nihil territus inter primores laetabundus in aciem evehitur v. 399 — 424.

Μήνιδος ἀπόῤῥησις.

Ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἀπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων
ὄρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσιν·

V. 1. ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥ. Harl. — V. 2. φέρῃ id. et Lips. — V. 4. Πατρόκλῳ πέρι κείμ. Apoll. de synt. IV, 2, 308. et all. — V. 9. θεοῦ ὑπὸ χερσὶ V. Ex ap. schol. Victor. — V. 12. καλὰ τ. ἔθ. Harl. et all. — V. 14. ἕλεν φόβος Z. — V. 17. ἐξεφα-

V. 1. Harleiano nec libri alii accinunt, et poetarum Graecorum consuetudo renititur, vid. schol. Vict. et Eustath. 1168, 19 sqq., quorum alter Od. 22, 197., ubi tamen παρ' Ὠκεανοῖο ῥοάων rectius solet edi, alter Theocr. Id. [illegible] 147 sqq. nostris componit. Diversa ab his in Il. 3, 5. leguntur.

V. 2. Modorum confinia permixta iam vidimus ad Il. 11, 2.

V. 4. Tenorem praepositionis, quia ea dativo inhaeret aliquoties, nonnulli inclinari iusserunt, Herodiano et Ptolemaeo Ascalonita contradicentibus, quod in composito maior sit vis. Apollon. in libro de syntaxi l. all. neutrum improbat, neque ab usitato aut Eustath. 1168, 89 sqq., aut poetae sermo abhorret, conf. ad 9, 321. Praeterea ut Aeolicae adspirationi opem ferrent, Heynius ac Bentleius varia circumspexerunt remedia.

V. 9. Victor. et Townl. scholiasta Patrocli mortem, communi deorum sententiae debitam, ad Apollinem solum referendam putarunt.

V. 11. Priorem nominis ἀνὴρ ancipitem esse hoc versu comprobat Draco de metr. poet. 24, 6.

V. 12. Harleiani scribae versus superior fraudi fuit; nam καλὸν priorem apud Homerum nunquam corripit.

ἡ δ' ἐς νῆας ἵκανε θεοῦ πάρα δῶρα φέρουσα.
εὗρε δὲ Πατρόκλῳ περικείμενον ὃν φίλον υἱόν,
κλαίοντα λιγέως· πολέες δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι
μύρονθ'. ἡ δ' ἐν τοῖσι παρίστατο δῖα θεάων,
ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρί, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν·
Τέκνον ἐμόν, τοῦτον μὲν ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ,
κεῖσθαι, ἐπειδὴ πρῶτα θεῶν ἰότητι δαμάσθη·
τύνη δ' Ἡφαίστοιο πάρα κλυτὰ τεύχεα δέξο,
καλὰ μάλ', οἷ' οὔπω τις ἀνὴρ ὤμοισι φόρησεν.
Ὣς ἄρα φωνήσασα θεὰ κατὰ τεύχε' ἔθηκεν
πρόσθεν Ἀχιλλῆος, τὰ δ' ἀνέβραχε δαίδαλα πάντα.
Μυρμιδόνας δ' ἄρα πάντας ἕλε τρόμος, οὐδέ τις ἔτλη
ἄντην εἰσιδέειν, ἀλλ' ἔτρεσαν. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
ὡς εἶδ', ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος· ἐν δέ οἱ ὄσσε
δεινὸν ὑπὸ βλεφάρων, ὡςεὶ σέλας, ἐξεφάανθεν·
τέρπετο δ' ἐν χείρεσσιν ἔχων θεοῦ ἀγλαὰ δῶρα.
αὐτὰρ ἐπεὶ φρεσὶν ᾗσι τετάρπετο δαίδαλα λεύσσων,

ἄνθη Eust. 1169, 5, 16. Rom. et hinc vulgo. — V. 18. τέρπετο δ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶν V. L. ap. schol. Vict. — V. 19. ᾗσιν ἐτέρπετο Vind. ed. et ol. vulgo. ἐτέρπετο Eustath. 1169, 7. —

V. 13 in Apollonii Lexic. 131. cum Od. 21, 48. haud dubie librariorum culpa in unum coaluit; lexicographum enim utrumque adscripsisse verisimillimum est.

V. 14. Schol. A. Zenodotum et Homeri usu, e quo φόβος fugam nec terrorem significet, et verbo eiusdem stirpis versu subsequente obvio refutari scribit. Myrmidones vero Achillis conspectu non tam refugerunt quam intremuerunt.

V. 16. Achillis egregio armorum decore gestientis et quasi tripudiantis opportune meminit Plutarch. vita Philopoemen. c. 9. Particula ὡς bis repetita, quae uno temporis momento fiunt, solet comprehendere. Hinc alteram Etymol. M. εὐθέως (illico) exponit, conf. 1, 512. 14, 294. 20, 424. Passov. Lexic. h. v. et Matth. in gr. Gr. §. 628, 4.

V. 17. Aristarchus, teste schol. A., pluralem ut magis poeticum sanxit, neque aliter iubent libri optimi, vid. ad 13, 435, 616. et 1, 200. Singularis ἐξεφάανθη praeter Eustathium Ven. B. et paucos alios occupavit.

V. 19. Aoristum secundum reduplicatione instructum Ven. et Lips. obtulerunt, isque mori Homerico convenit, vid. 9, 705. 23, 10, 98. 24, 513. Od. 1, 310. 11, 212. 14, 244. Interpunctionem autem, quae concilianda importunius separat, recidi, quum Achil-

20 αὐτίκα μητέρα ἣν ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Μῆτερ ἐμή, τὰ μὲν ὅπλα θεὸς πόρεν, οἷ' ἐπιεικὲς
ἔργ' ἔμεν ἀθανάτων, μηδὲ βροτὸν ἄνδρα τελέσσαι.
νῦν δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ θωρήξομαι· ἀλλὰ μάλ' αἰνῶς
δείδω, μή μοι τόφρα Μενοιτίου ἄλκιμον υἱὸν
25 μυῖαι καδδῦσαι κατὰ χαλκοτύπους ὠτειλὰς
εὐλὰς ἐγγείνωνται, ἀεικίσσωσι δὲ νεκρόν —
ἐν δ' αἰὼν πέφαται — κατὰ δὲ χρόα πάντα σαπήῃ.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα·
τέκνον, μή τοι ταῦτα μετὰ φρεσὶ σῇσι μελόντων.
30 τῷ μὲν ἐγὼ πειρήσω ἀλαλκεῖν ἄγρια φῦλα,
μυίας, αἵ ῥά τε φῶτας ἀρηϊφάτους κατέδουσιν.
ἤνπερ γὰρ κῆταί γε τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν,

V. 24. ἀγλαὸν υἱὸν V. L. ap. schol. Vict. — V. 26. ἐγγίνωνται Z. Vind. quint. ἐγγίνονται Lips. — V. 27. σαπείη Eustath. 1169, 26. et ol. vulgo. — V. 30. πειρήσομαι ἀλ. editt. antiqq. ἀλαλκέμεν Aristoph. — V. 32. εἴπερ Harlei. Eustath. 1169, 43. — Ib. κεῖται ol. vulgo. — V. 33. τῷγ' ἔσται editt. antiqq.

les arma intuendo recreetur et quasi exhilaratus dicatur, conf. Od. 4, 541.

V. 24. Grammatici, qui Patrocli iuventutem et formam mortui deformitati opponendam putarunt, alterum commenti sunt; id quod e Victor. schol. cognosci potest: τινὲς ἀγλαὸν υἱόν, ἵνα ἁρμόζῃ τῇ αἰκίᾳ ἡ ὑπόμνησις τοῦ κάλλους.

V. 26. Aoristum transitive dictum Aristarchus tenuit, eique libri non minus quam Eustath. 1169, 25, 38. succurrunt; postrema verba in Il. 16, 545. adfuerunt, add. Apoll. Lex. 238. 310.

V. 27. Thiersch. in gr. Gr. §. 224, annot. vulgare praefert; Aristarchi causam egi in Excurs. 1. p. 5.

V. 29. Vossius ad hymn. Hom. in Cer. φρεσὶν ᾗσιν, vid. Od. 13, 362. 14, 436. 24, 357. et Il. 18, 463., conf. ad Il. 76.

V. 30. Numerorum abundantiam libri coercuerunt. Editionum priorum vestigiis insistens Bentleius medium πειρήσομ. ἀλ. erat repositurus, activo autem fidem faciunt Od. 2, 316. Il. 8, 8. 9, 345. Apoll. Arg. III, 105, 179. et Eustath. 1169, 41. Formam productam, quae Aristophani placuit, habet Od. 3, 237.

V. 32. Aut indicativo aut particulae erat cedendum. Hanc quidem Eustathius atque Harleianus modo reddunt accommodatam; subiunctivum vero, et usitatae structurae et rei ipsi magis consentaneum, Veneto auctore, nuper restituerunt, conf. Od. 16, 267. Hermann. ad Viger. 834 sqq. et in Opusc. IV. 361. Bothius

αἰεὶ τῷδ' ἔσται χρὼς ἔμπεδος ἢ καὶ ἀρείων.
ἀλλὰ σύγ' εἰς ἀγορὴν καλέσας ἥρωας Ἀχαιούς,
5 μῆνιν ἀποειπὼν Ἀγαμέμνονι, ποιμένι λαῶν,
αἶψα μάλ' ἐς πόλεμον θωρήσσεο, δύσεο δ' ἀλκήν.
Ὣς ἄρα φωνήσασα μένος πολυθαρσὲς ἐνῆκεν·
Πατρόκλῳ δ' αὖτ' ἀμβροσίην καὶ νέκταρ ἐρυθρὸν
στάξε κατὰ ῥινῶν, ἵνα οἱ χρὼς ἔμπεδος εἴη.
40 Αὐτὰρ ὁ βῆ παρὰ θῖνα θαλάσσης δῖος Ἀχιλλεὺς
σμερδαλέα ἰάχων, ὦρσεν δ' ἥρωας Ἀχαιούς.
καί ῥ' οἵπερ τὸ πάρος γε νεῶν ἐν ἀγῶνι μένεσκον,
οἵ τε κυβερνῆται καὶ ἔχον οἰήϊα νηῶν,
καὶ ταμίαι παρὰ νηυσὶν ἔσαν, σίτοιο δοτῆρες,
5 καὶ μὴν οἳ τότε γ' εἰς ἀγορὴν ἴσαν, οὕνεκ' Ἀχιλλεὺς

et libror. pars. — V. 40. ποδάρκης δ. Ἀχ. V. L. ap. schol. A. — V. 41. ἐρίηρας Ἀχ. Aristoph. et Rhian. — V. 42. καὶ δ' οἵπερ Vind. un. — V. 43. καὶ οἳ ἔχον Vind. quint. et editt. antiqq. κατέχον Both. coniect. — V. 44. ἴσταν Draco de metr. 84, 23., male. —

schol. minoribus κέεται commemorat, quod Herodoto frequens ab Homero ignoratur.

V. 33. Thetis Patroclum iacentem digito quasi monstrat filio; commode igitur demonstrativo utitur Ven. cum Vindd. et Rom., quanquam Eustath. 1169, 44. aliorum de norma τῷγε profert.

V. 34. Verbi vim ac potestatem ad Il. 3, 406. uberius pertractavi; Homericis vero affinia sunt apud alios, ut in Theocr. V, 21. et Oppian. Cyn. IV, 195.

V. 38. Conf. infra v. 347 sq.

V. 39. Pauci libri, ut Harlei. et Mosq. fragmentum, alium hisce suggerunt versum: ἦ μὲν ἄρ' ὡς εἰποῦσ' ἀπέβη Θέτις ἀργυρόπεζα: neque id latuit interpretem Victor., tametsi librariorum negligentia versus ipse excidit, addit enim: μετὰ τὸ ἔμπεδον γράφεται. Sunt autem haec e similibus Odysseae locis traducta, conf. 18, 197. et 16, 177.

V. 40. Etsi utrumque Homericum est, receptum tamen constans fere poetae usus dubio liberat, vid. 1, 34. 9, 182. Od. 4, 432 et alibi.

V. 41. Aristophanem et Rhianum, quod ducibus quidem, nec vero militibus nomen heroum consentaneum habuerunt, ἐρίηρας ἑταίρους scripsisse auguror. Ut vero Achivi omnes θεράποντες Ἄρηος appellantur, ita heroes viris bello spectatis egregie conveniet, vid. 2, 110. 15, 733.

V. 42. Libris congruit Apollon. in Lex. 21.

V. 43. Vel ad orationis asperitatem levigandam, vel quia duplex olim obtinuit lectio, vulgaris et οἵτε κυβερνῆται, οἳ ἔχον

ΟΜΗΡΟΥ
ΙΛΙΑΔΟΣ ΡΑΨ. Τ-Ω.

ΙΛΙΑΔΟΣ Τ.

Aurora exorta Thetis arma a Vulcano elaborata defert filio, qui, horum adspectu nova bellandi cupiditate incensus, facile a matre impetrat, ut amici interfecti corpus nectare et ambrosia perunctum ab omni tabe imminutum servet v. 1 — 39. Achilles, concione advocata, et Agamemnoni iram remittit, et, ut extemplo manus conserant, Achivis laetantibus proponit v. 40 — 75. Agamemno, venia erroris petita, Achillem, ut primum dona hesterno die promissa accipere velit, rogat. Is vero, arbitrio eius rei ad Agamemnonem reiecto, morae impatiens et in priore sententia permanens, pugnam statim ineundam exposcit v. 76 — 153. Ulixi identidem monenti exspectandum esse, donec exercitus ientaculo sit recreatus, aegre cedit Pelides, ac, donis et Briseide, quam integram se reddere Agamemno iureiurando confirmat, receptis, milites ad corpora curanda dimittuntur v. 154 — 276. Muneribus et puellis ad Achillis tentorium deductis, Briseis Patrocli casum deflet, mulieribus aliis adgementibus v. 277 — 302. Achillem a cibo pertinacius abstinentem et Patrocli fatum denuo conquestum Minerva Iovis iussu divinitus reficit. Ille autem exercitu e navibus prodeunte novo armorum decore accingitur, dum Automedon equos et currum parat v. 309 — 398. Mox Achilles equos sciscitatus ex eorum altero, Xantho, diem fatalem sibi iamiam appropinquare audit; quo quidem vaticinio nihil territus inter primores laetabundus in aciem evehitur v. 399 — 424.

Μήνιδος ἀπόῤῥησις.

Ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἀπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων
ὄρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσιν·

V. 1. *ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥ.* Harl. — V. 2. *φέρῃ* id. et Lips. — V. 4. *Πατρόκλῳ πέρι κείμ.* Apoll. de synt. IV, 2, 308. et all. — V. 9. *θεοῦ ὑπὸ χερσὶ* V. Ἰλ. ap. schol. Victor. — V. 12. *καλὰ τ. ἔθ.* Harl. et all. — V. 14. *ἕλεν φόβος* Σ. — V. 17. *ἐξεφα-*

V. 1. Harleiano nec libri alii accinunt, et poetarum Graecorum consuetudo renititur, vid. schol. Vict. et Eustath. 1168, 19 sqq., quorum alter Od. 22, 197., ubi tamen *παρ' Ὠκεανοῖο ῥοάων* rectius solet edi, alter Theocr. Id. [illegible] 147 sqq. nostris componit. Diversa ab his in Il. 3, 5. leguntur.

V. 2. Modorum confinia permixta iam vidimus ad Il. 11, 2.

V. 4. Tenorem praepositionis, quia ea dativo inhaeret aliquoties, nonnulli inclinari iusserunt, Herodiano et Ptolemaeo Ascalonita contradicentibus, quod in composito maior sit vis. Apollon. in libro de syntaxi l. all. neutrum improbat, neque ab usitato aut Eustath. 1168, 39 sqq., aut poetae sermo abhorret, conf. ad 9, 321. Praeterea ut Aeolicae adspirationi opem ferrent, Heynius ac Bentleius varia circumspexerunt remedia.

V. 9. Victor. et Townl. scholiasta Patrocli mortem, communi deorum sententiae debitam, ad Apollinem solum referendam putarunt.

V. 11. Priorem nominis *ἀνὴρ* ancipitem esse hoc versu comprobat Draco de metr. poet. 24, 6.

V. 12. Harleiani scribae versus superior fraudi fuit; nam *καλὸν* priorem apud Homerum nunquam corripit.

ἡ δ' ἐς νῆας ἵκανε θεοῦ πάρα δῶρα φέρουσα.
εὗρε δὲ Πατρόκλῳ περικείμενον ὃν φίλον υἱὸν,
κλαίοντα λιγέως· πολέες δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι
μύρονθ'. ἡ δ' ἐν τοῖσι παρίστατο δῖα θεάων,
ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρί, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν·
Τέκνον ἐμόν, τοῦτον μὲν ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ,
κεῖσθαι, ἐπειδὴ πρῶτα θεῶν ἰότητι δαμάσθη·
τύνη δ' Ἡφαίστοιο πάρα κλυτὰ τεύχεα δέξο,
καλὰ μάλ', οἷ' οὔπω τις ἀνὴρ ὤμοισι φόρησεν.
Ὣς ἄρα φωνήσασα θεὰ κατὰ τεύχε' ἔθηκεν
πρόσθεν Ἀχιλλῆος, τὰ δ' ἀνέβραχε δαίδαλα πάντα.
Μυρμιδόνας δ' ἄρα πάντας ἕλε τρόμος, οὐδέ τις ἔτλη
ἄντην εἰςιδέειν, ἀλλ' ἔτρεσαν. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
ὡς εἶδ', ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος· ἐν δέ οἱ ὄσσε
δεινὸν ὑπὸ βλεφάρων, ὡςεὶ σέλας, ἐξεφάανθεν·
τέρπετο δ' ἐν χείρεσσιν ἔχων θεοῦ ἀγλαὰ δῶρα.
αὐτὰρ ἐπεὶ φρεσὶν ᾗσι τετάρπετο δαίδαλα λεύσσων,

ἄνθη Eust. 1169, 5, 16. Rom. et hinc vulgo. — V. 18. τέρπετο δ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶν V. L. ap. schol. Vict. — V. 19. ᾗσιν ἐτέρπετο Vind. ed. et ol. vulgo. ἐτέρπετο Eustath. 1169, 7. —

V. 13 in Apollonii Lexic. 131. cum Od. 21, 48. haud dubie librariorum culpa in unum coaluit; lexicographum enim utrumque adscripsisse verisimillimum est.

V. 14. Schol. A. Zenodotum et Homeri usu, e quo φόβος fugam nec terrorem significet, et verbo eiusdem stirpis versu subsequente obvio refutari scribit. Myrmidones vero Achillis conspectu non tam refugerunt quam intremuerunt.

V. 16. Achillis egregio armorum decore gestientis et quasi tripudiantis opportune meminit Plutarch. vita Philopoemen. c. 9. Particula ὡς bis repetita, quae uno temporis momento fiunt, solet comprehendere. Hinc alteram Etymol. M. εὐθέως (illico) exponit, conf. 1, 512. 14, 294. 20, 424. Passov. Lexic. h. v. et Matth. in gr. Gr. §. 628, 4.

V. 17. Aristarchus, teste schol. A., pluralem ut magis poeticum sanxit, neque aliter iubent libri optimi, vid. ad 13, 435, 616. et 1, 200. Singularis ἐξεφάανθη praeter Eustathium Ven. B. et paucos alios occupavit.

V. 19. Aoristum secundum reduplicatione instructum Ven. et Lips. obtulerunt, isque mori Homerico convenit, vid. 9, 705. 23, 10, 98. 24, 513. Od. 1, 310. 11, 212. 14, 244. Interpunctionem autem, quae conciliaanda importunius separat, recidi, quum Achil-

20 αὐτίκα μητέρα ἣν ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Μῆτερ ἐμή, τὰ μὲν ὅπλα θεὸς πόρεν, οἷ' ἐπιεικὲς
ἔργ' ἔμεν ἀθανάτων, μηδὲ βροτὸν ἄνδρα τελέσσαι.
νῦν δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ θωρήξομαι· ἀλλὰ μάλ' αἰνῶς
δείδω, μή μοι τόφρα Μενοιτίου ἄλκιμον υἱὸν
25 μυῖαι καδδῦσαι κατὰ χαλκοτύπους ὠτειλὰς
εὐλὰς ἐγγείνωνται, ἀεικίσσωσι δὲ νεκρόν —
ἐν δ' αἰὼν πέφαται — κατὰ δὲ χρόα πάντα σαπήῃ.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα·
τέκνον, μή τοι ταῦτα μετὰ φρεσὶ σῇσι μελόντων.
30 τῷ μὲν ἐγὼ πειρήσω ἀλαλκεῖν ἄγρια φῦλα,
μυίας, αἵ ῥά τε φῶτας ἀρηϊφάτους κατέδουσιν.
ἤνπερ γὰρ κῆταί γε τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν,

V. 24. ἀγλαὸν υἱὸν V. L. ap. schol. Vict. — V. 26. ἐγγίνωνται Z. Vind. quint. ἐγγίνονται Lips. — V. 27. σαπείη Eustath. 1169, 26. et ol. vulgo. — V. 30. πειρήσομαι ἀλ. editt. antiqq. ἀλαλκέμεν Aristoph. — V. 32. εἴπερ Harlei. Eustath. 1169, 43. — Ib. κεῖται ol. vulgo. — V. 33. τῶγ' ἔσται editt. antiqq.

les arma intuendo recreetur et quasi exhilaratus dicatur, conf. Od. 4, 541.

V. 24. Grammatici, qui Patrocli iuventutem et formam mortui deformitati opponendam putarunt, alterum commenti sunt; id quod e Victor. schol. cognosci potest: τινὲς ἀγλαὸν υἱὸν, ἵνα ἁρμόζῃ τῇ αἰκίᾳ ἡ ὑπόμνησις τοῦ κάλλους.

V. 26. Aoristum transitive dictum Aristarchus tenuit, atque libri non minus quam Eustath. 1169, 25, 38. succurrunt; postrema verba in Il. 16, 545. adfuerunt, add. Apoll. Lex. 238. 310.

V. 27. Thiersch. in gr. Gr. §. 224, annot. vulgare praefert; Aristarchi causam egi in Excurs. I. p. 5.

V. 29. Vossius ad hymn. Hom. in Cer. φρεσὶν ᾗσιν, vid. Od. 13, 362. 14, 436. 24, 357. et Il. 18, 463., conf. ad 11, 76.

V. 30. Numerorum abundantiam libri coercuerunt. Editionum priorum vestigiis insistens Bentleius medium πειρήσομ. ἀλ. erat repositurus, activo autem fidem faciunt Od. 2, 316. Il. 8, 8. 9, 345. Apoll. Arg. III, 105, 179. et Eustath. 116, 41. Formam productam, quae Aristophani placuit, habet Od. 3, 237.

V. 32. Aut indicativo aut particulae erat cedendum. Hanc quidem Eustathius atque Harleianus modo reddunt accommodatam; subiunctivum vero, et usitatae structurae et rei ipsi magis consentaneum, Veneto auctore, nuper restituerunt, conf. Od. 16, 267. Hermann. ad Viger. 834 sqq. et in Opusc. IV. 361. Bothius e

αἰεὶ τῷδ' ἔσται χρὼς ἔμπεδος ἢ καὶ ἀρείων.
ἀλλὰ σύγ' εἰς ἀγορὴν καλέσας ἥρωας Ἀχαιούς,
5 μῆνιν ἀποειπὼν Ἀγαμέμνονι, ποιμένι λαῶν,
αἶψα μάλ' ἐς πόλεμον θωρήσσεο, δύσεο δ' ἀλκήν.
Ὣς ἄρα φωνήσασα μένος πολυθαρσὲς ἐνῆκεν·
Πατρόκλῳ δ' αὖτ' ἀμβροσίην καὶ νέκταρ ἐρυθρὸν
στάξε κατὰ ῥινῶν, ἵνα οἱ χρὼς ἔμπεδος εἴη.
0 Αὐτὰρ ὁ βῆ παρὰ θῖνα θαλάσσης δῖος Ἀχιλλεὺς
σμερδαλέα ἰάχων, ὦρσεν δ' ἥρωας Ἀχαιούς.
καί ῥ' οἵπερ τὸ πάρος γε νεῶν ἐν ἀγῶνι μένεσκον,
οἵ τε κυβερνῆται καὶ ἔχον οἰήϊα νηῶν,
καὶ ταμίαι παρὰ νηυσὶν ἔσαν, σίτοιο δοτῆρες,
5 καὶ μὴν οἳ τότε γ' εἰς ἀγορὴν ἴσαν, οὕνεκ' Ἀχιλλεὺς

et libror. pars. — V. 40. ποδάρκης δ. Ἀχ. V. L. ap. schol. A. — V. 41. ἐρίηρας Ἀχ. Aristoph. et Rhian. — V. 42. καὶ θ' οἵπερ Vind. un. — V. 43. καὶ οἳ ἔχον Vind. quint. et editt. antiqq. κατέχον Both. coniect. — V. 44. ἴσταν Draco de metr. 84, 23., male. —

schol. minoribus κέεται commemorat, quod Herodoto frequens ab Homero ignoratur.

V. 33. Thetis Patroclum iacentem digito quasi monstrat filio; commode igitur demonstrativo utitur Ven. cum Vindd. et Rom., quanquam Eustath. 1169, 44. aliorum de norma τῷγε profert.

V. 34. Verbi vim ac potestatem ad Il. 3, 406. uberius pertractavi; Homericis vero affinia sunt apud alios, ut in Theocr. V, 21. et Oppian. Cyn. IV, 195.

V. 38. Conf. infra v. 347 sq.

V. 39. Pauci libri, ut Harlei. et Mosq. fragmentum, alium hisce suggerunt versum: ἣ μὲν ἄρ' ὡς ἔρξασ' ἀπέβη Θέτις ἀργυρόπεζα: neque id latuit interpretem Victor., tametsi librariorum negligentia versus ipse excidit, addit enim: μετὰ τὸ ἔμπεδον γράφεται. Sunt autem haec e similibus Odysseae locis traducta, conf. 18, 197. et 16, 177.

V. 40. Etsi utrumque Homericum est, receptum tamen constans fere poetae usus dubio liberat, vid. 1, 34. 9, 182. Od. 4, 432 et alibi.

V. 41. Aristophanem et Rhianum, quod ducibus quidem, nec vero militibus nomen heroum consentaneum habuerunt, ἐρίηρας ἑταίρους scripsisse auguror. Ut vero Achivi omnes θεράποντες Ἄρηος appellantur, ita heroes viris bello spectatis egregie conveniet, vid. 2, 110. 15, 733.

V. 42. L[illegible]s congruit Apollon. in Lex. 21.

V. 43. Vel ad orationis asperitatem levigandam, vel quia duplex olim obtinuit lectio, vulgaris et οἵτε κυβερνῆται, οἳ ἔχον

ἐξεφάνη, δηρὸν δὲ μάχης ἐπέπαυτ' ἀλεγεινῆς.
τὼ δὲ δύω σκάζοντε βάτην Ἄρεος θεράποντε,
Τυδείδης τε μενεπτόλεμος καὶ δῖος Ὀδυσσεύς,
ἔγχει ἐρειδομένω· ἔτι γὰρ ἔχον ἕλκεα λυγρά·
50 κὰδ δὲ μετὰ πρώτῃ ἀγορῇ ἵζοντο κιόντες.
αὐτὰρ ὁ δεύτατος ἦλθεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων,
ἕλκος ἔχων· καὶ γὰρ τὸν ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ
οὖτα Κόων Ἀντηνορίδης χαλκήρεϊ δουρί,
αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντες ἀολλίσθησαν Ἀχαιοί,
55 τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·
Ἀτρείδη, ἦ ἄρ τι τόδ' ἀμφοτέροισιν ἄρειον
V. 261. Coniunctio laxior et normae communi inimicior Stephanum et Bothium ad coniectandi libidinem perpulit. Ac Bothio quidem, ea, quae nemo, nisi annotationem perlegerit, assequetur, in mentem venerunt, Stephani ratio planior, at libris contraria et ideo minus necessaria erit existimanda. Poeta autem, ut fieri solet, recte cogitata confusius et minus distincte eloquutus est: initio enim a particula negandi et persona prima ducto tempus finitum erat exspectandum, infinitivo vero subiuncto parum concinit nominativus. Nihilominus omnia recte procedere aperta veterum testimonia nobis confirmant, vid. Etym. M. 586, 27. Eust. 1183, 24. schol. Vict. et Heyn. observatt.

V. 262. Vindob. editi mendum tollunt plurimi, neque Eustathii varietas, alias etiam notata, magni est momenti.

τὸν μὲν Ταλθύβιος πολιῆς ἁλὸς ἐς μέγα λαῖτμα
ῥῖψ' ἐπιδινήσας, βόσιν ἰχθύσιν. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
ἀνστὰς Ἀργείοισι φιλοπτολέμοισι μετηύδα·

270 Ζεῦ πάτερ, ἦ μεγάλας ἄτας ἄνδρεσσι διδοῖσθα.
οὐκ ἂν δήποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἐμοῖσιν
Ἀτρείδης ὤρινε διαμπερές, οὐδέ κε κούρην
ἦγεν, ἐμεῦ ἀέκοντος, ἀμήχανος· ἀλλά ποθι Ζεὺς
ἤθελ' Ἀχαιοῖσιν θάνατον πολέεσσι γενέσθαι.

275 νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν Ἄρηα.
Ὣς ἄρ' ἐφώνησεν· λῦσεν δ' ἀγορὴν αἰψηρήν.

— Ib. οὔτε τευ ἄλλου Vind. ed. — V. 263. ἐνὶ μεγάροισιν Etym. M. 133, 4. — V. 265. ὅςτις σφ' ἀλίτηται V. Vind. ed. Ald. sec., — V. 266. ἢ καὶ ἀπὸ σφάραγον Pausau. V, 24, 2. — V. 267. πολιῆς ἐς μ. Vind. ed. — V. 270. δίδοισθα vulgo et W. — V. 273. ἐμου V. — Ib. ἀμήχανος ἀλλά ποθι Z. scholl. BV. Steph. —

V. 263. Etym. M. l. all. ἐνὶ μεγάροισιν, quod tentorio posthabendum est, voluit. Nomen ἀπροτίμαστος, hoc uno exemplo stabilitum, aliquoties illustrant grammatici, vid. praeter Etymol. Eust. 1183, 31. schol. B. Apollon. in Lex. 153. Hesych. I, 501. Ab Homero sibi traustulit Euphorion, vid. Meinek. Euphor. fr. 154.

V. 264. Simili Apollonii sententiae haec adscripsit interpres eius Graecus ad Arg. II, 260.

V. 265. Vind. negligentiae liber quint. occurrit cum aliis et Eust. 1183, 48. Verbi structuram exemplis firmavit Matth. in gr. Gr. §. 413, 11.

V. 266. Pausanias l. all. vel idem atque Homero voluit significatum vel imprudens ab eius manu, quam integram servat Il. 3, 292., defecit, add. eundem Pausan. VIII, 37, 5., ubi hostiarum φάρυγγας, Heynio iudice, nostris consentaneas appellat.

V. 268. Vid. 3, 378. et 7, 269.

V. 270. Schol. B.: δίδοισθα οἱ μὲν βαρύνουσιν ὡς Αἰολικόν, ἀπὸ τοῦ δίδοιμι, δίδοις, δίδοισθα, ὡς τίθησθα· οἱ δὲ περισπῶσιν, ἐπέκτασιν εἶναι οἰόμενοι ἀπὸ τοῦ διδοῖς, add. Eustath. 1184, 4, 12. Perispomenum Aristarchi suffragio magis stabiliri dixi ad Il. 9, 164. Nemini ergo mirum erit, quod idem hic admiserim.

V. 273. Nulla erat causa, cur Iovi, cuius arbitrium nemo possit effugere, importunius adiungerent ἀμήχανος, cf. scholl. BV., et eandem argutiam in Odyss. 19, 363. transfusam vellent. Quod etsi Heynius ad h. l. iam probavit, minus tamen assequutus est Buttmannus. Interpretes vere illos, quorum perversitas in fraudem induxit Stephanum, bene redarguit Eustath. 1184, 20.

V. 275. Conf. ad 2, 381.

V. 276. Vid. Od. 2, 257. et Apoll. Lex. 68. cll. 636., ubi ad Aristarchi iudicium provocatur.

οἱ μὲν ἄρ' ἐσκίδναντο ἑὴν ἐπὶ νῆα ἕκαστος.
δῶρα δὲ Μυρμιδόνες μεγαλήτορες ἀμφεπένοντο,
βὰν δ' ἐπὶ νῆα φέροντες Ἀχιλλῆος θείοιο·
280 καὶ τὰ μὲν ἐν κλισίῃσι θέσαν, κάθισαν δὲ γυναῖκας·
ἵππους δ' εἰς ἀγέλην ἔλασαν θεράποντες ἀγαυοί.
Βρισηῒς δ' ἄρ' ἔπειτ', ἰκέλη χρυσέῃ Ἀφροδίτῃ,
ὡς ἴδε Πάτροκλον δεδαϊγμένον ὀξέϊ χαλκῷ,
ἀμφ' αὐτῷ χυμένη λίγ' ἐκώκυε, χερσὶ δ' ἄμυσσεν
285 στήθεά τ' ἠδ' ἁπαλὴν δειρὴν ἰδὲ καλὰ πρόσωπα.

V. 277. θοὴν ἐπὶ V. Harl. — V. 280. κάθεσαν Vind. quint. Lips. — V. 282. ἔπειθ' ἰκελὴ V. editt. antiqq. — V. 284. λίγα κώκυε Vind. quint. — V. 287. Πάτροκλ' ἐμοὶ δ. Both. — V. 288. ζωὸν μέν σ' ἔλιπον V. Lips. schol. ad Sophocl. El. 1227. σέγ' ἔλειπον Heyn. et Ger-

V. 277. Vid. Od. 2, 258., quo Harlei. discrepantia, Bentleio probata, refellitur.

V. 280. Libros quosdam ἐν κλισίῃς κάθεσαν dedisse apertum est; id autem e sequente ductum eo minus placebit, quo clarius idem iam praepositione adiecta indicatur.

V. 282. Spiritum asperum ex Aeolismo profectum Bentlei. putabat, ea de causa δέμας ἰκέλη amplexus, sed vid. ad 2, 478. Heynius illo ulterius progressus puellae reductae querelas e simili Andromachae lamentatione 6, 414 sqq. et aliis poetae laciniis a rhapsodis consutas et diasceuastarum industria temere intrusas opinabatur. Sed affectus mollitiem et veritatem ad ipsam naturam expressam iusta laude extulerunt veteres arbitri, velut Dionys. in art. rhet. c. IX, 13. Nec quidquam a poetae consuetudine alienum ineptumve in his reperiri crediderim.

V. 284. In Vindob. quinto et vocalis adverbii depravata est et augmentum, elegantius retinendum, excidit. Nam ῡ δίχρονον ubique produci ideoque verbum trisyllabum esse efferendum perverse statuerunt Clarkius et Heynius; ut autem futurum et inde profecta ῡ semper habent longum, ita idem in praesente et imperfecto non raro corripi exemplo sunt Od. 4, 259. 8, 527. 19, 541. Quint. Smyrn. Posth. III, 505. X, 364. Tryphiod. 30, 646. Anthol. Pal. VII, 488, 4. 627. 4.

V. 287. Interpuncto tenoris inclinationem refutari et plenam pronominis formam requiri Bothius autumat. At veteres secus existimasse libri aeque atque alii testes, quorum auctoritas apud nos aliquanto plus valere debet, nobis affirmant. Illi enim vel commate neglecto encliticum vocativo arctius connectunt, vid. Dionys. l. all. Schol. ad Eur. Or. 144. Drac. de metr. 5, 24, vel eo relicto hunc ipsum versum et, ut par est, eius similes de regula excerpendos censent, ut Apoll. de pron. 327. c.: ἡ κλητικὴ αὐτοτελὴς οὖσα στιγμὴν ἀπαιτεῖ· διὸ οὐδέποτε αἱ ἐγκλινόμεναι μετὰ κλητικῆς τίθενται, ὅτι μὴ μόνον ἡ μοὶ κατὰ πρῶτον

εἶπε δ' ἄρα κλαίουσα γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν·
Πάτροκλέ μοι δειλῇ πλεῖστον κεχαρισμένε θυμῷ,
ζωὸν μέν σε ἔλειπον ἐγὼ κλισίηθεν ἰοῦσα·
νῦν δέ σε τεθνηῶτα κιχάνομαι, ὄρχαμε λαῶν,
ἂψ ἀνιοῦσ'· ὥς μοι δέχεται κακὸν ἐκ κακοῦ αἰεί.
ἄνδρα μὲν, ᾧ ἔδοσάν με πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ,
εἶδον πρὸ πτόλιος δεδαϊγμένον ὀξέϊ χαλκῷ,
τρεῖς τε κασιγνήτους, τούς μοι μία γείνατο μήτηρ,
κηδείους, οἳ πάντες ὀλέθριον ἦμαρ ἐπέσπον.

lard. in lect. Apoll. 178., σ' ἔλειπον Both. — V. 290. πλέκεται κακ. Sylburgi coniect. — V. 291. ἄνδρα ᾧ ἔδ. schol. ad Od. I, 1. p. 9. — V. 292. πρὸ πόλιος editt. antiqq. — V. 294. κηδείους θ', οἳ Townl. — Ib. ἐπέσπων Harl. Lips. Vindd. duo. —

πρόςωπον διὰ φιλοφρόνησιν· Πάτροκλέ μοι δειλῇ, eique codices fere adstipulantur.

V. 288. Multiplici virorum doctorum emendatione nihil admodum proficimus; retinui igitur a libris plurimis propagatum, cui subsidio sunt Dionysius, Schol. B. et Eustath. 1184, 42.

V. 290. Dativo, qui quasi παρέλκει, nihil dubii insidet; proinde Homeri mentem recte cepit Eustath. 1184, 44. συνεχῆ μοι καὶ ἀλλεπάλληλα κακά. Sylburgi πλέκεται, ad Dionys. Halic. artem prolatum, nullo alio Homeri exemplo commendatur.

V. 291. Schol. ad Odysseam nostra negligenter et imperfecte adduxit; melius eo egit Etym. Magn. scriptor 107, 42., variam et multiplicem nominis ἀνὴρ potestatem persequutus.

V. 292. Consonam in editionibus priscis temere neglectam e Rom. et Eustath. 1184, 52. reduxerunt, cumque iis faciunt libri. Praeterea schol. censet malorum vim auctam esse verbo εἶδον: oculos enim certiores esse testes auribus, ut Soph. in Oed. T. 1237. fateatur: ἡ γὰρ ὄψις οὐ πάρα, quae explicat hisce: ὄψις γὰρ ὤτων κριτικωτέρα πᾶσιν, quod interpretamentum pro Sophoclis trimetro male habitum fragmentis inseruerunt, conf. Hermann. ad Oed. Tyr. l. all. Ad quem versum sententias aliorum similes collegit Erfurdtius, add. interpr. ad Herod. I, 8. Valcken. ad Eurip. Phoen. v. 1554. Schaefer. ad Dionys. Halicarn. de compos. verbor. p. 42 sq. Platon. in Phaedr. 250., idem fere significaturum hisce: ὄψις γὰρ ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος αἰσθήσεων ἔρχεται.

V. 294. Townlei. praeclare addere τε, quo non modo maritum et fratres, verum etiam cognatos omnes interemtos dicat Briseis, Heynius putat. At puella, sicut Andromacha facit, suorum caedem retulisse satis habet; vid. Apoll. Lex. 395. Il. 9, 642. Od. 8, 583. 10, 225. ἐπέσπον, toties in Homericis deprehensum librarii quidam adulterarunt, conf. Eustath. 1185, 26. et schol. B.

295 οὐδὲ μὲν οὐδέ μ' ἔασκες, ὅτ' ἄνδρ' ἐμὸν ὠκὺς Ἀχιλλεὺς
ἔκτεινεν, πέρσεν δὲ πόλιν θείοιο Μύνητος,
κλαίειν, ἀλλά μ' ἔφασκες Ἀχιλλῆος θείοιο
κουριδίην ἄλοχον θήσειν, ἄξειν τ' ἐνὶ νηυσὶν
ἐς Φθίην, δαίσειν δὲ γάμον μετὰ Μυρμιδόνεσσιν.
300 τῷ σ' ἄμοτον κλαίω τεθνηότα, μείλιχον αἰεί.
Ὣς ἔφατο κλαίουσ'· ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες
Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη.
αὐτὸν δ' ἀμφὶ γέροντες Ἀχαιῶν ἠγερέθοντο
λισσόμενοι δειπνῆσαι· ὁ δ' ἠρνεῖτο στεναχίζων·
305 Λίσσομαι, εἴ τις ἔμοιγε φίλων ἐπιπείθεθ' ἑταίρων,
μή με πρὶν σίτοιο κελεύετε μηδὲ ποτῆτος
ἄσασθαι φίλον ἦτορ· ἐπεί μ' ἄχος αἰνὸν ἱκάνει.

V. 295. οὐδ' ἔμ' ἔασκες Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 296. ἐκ δ' εἷλε πόλιν Harl. — Ib. Μίνητος Lips. — V. 297. ἀλλ' ἔμ' ἔφ. Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 300. τεθνειότα H. τεθνηκότα Dionys. Halic. τεθνηῶτα Vind. quint. — V. 301. φάτο id. — V. 302. κήδε' ἅπασαι Bentlei. coniect. — V. 303. ἀμφιγέρον-

V. 295 et 97. Encliticum e Rom. et Eustath. 1185, 53. revocarunt, nec dissident libri praestabiliores, ut Ven. et plures Heyniani; prius quoque sic recitavit Dionysius.

V. 296. Harleiani lectio glossam redolet; attamen Heynius adfuisse coniicit: ἐκ δ' εἷλεν πέρσεν τε πόλιν, qua ex tautologia nihil percipimus utilitatis, add. Strabon. XIII, 875, c. 910, b. 920, c.

V. 300. Scripti non minus quam impressi τεθνηότα agnoscunt, vid. ad 6, 71.

V. 302. Poeta quod nec temporis nec defuncti dignitatis rationem habuerit, versum ineptum et a rhapsodis intrusum Heynius putabat. Verum si hominum mentem atque indolem exploraveris, nihil nisi naturae veritatem, nullis pigmentis fucatam, eo adumbrari confiteamur necesse est. Quare miror editorem Gottingensem haec recentiorum argutiis congrua ab aevi prisci usu et consuetudine aliena dicere. Si quid enim video, vita politior et magis exculta a priorum simplicitate eo maxime differt, quod quae illi, nulla adhibita verecundia, eloqui licebat, celanda et dissimulanda censemus. Homerica autem, in proverbii loco habita, alios vel respexisse, vel imitatos esse ne Heynius quidem negavit, conf. schol. ad Od. 4, 184. Quint. Smyrn. X, 466 sqq. et Achillem Tat. de amor. Leuc. et Clitoph. II, 54, ad quem plura congessit Iacobs. in animadvers. p. 590.

V. 303. Redit oratio, Briseidis querelis finitis, ad id, unde degressa erat. Haec igitur eum vers. 288. proxime cohaerent. Quae si animo reputaveris, Heynium in pronomine frustra haerere iam intelliges. Poeta enim non ita raro, parenthesi lon-

δύντα δ' ἐς ἠέλιον μενέω καὶ τλήσομαι ἔμπης.
 Ὣς εἰπὼν ἄλλους μὲν ἀπεσκέδασεν βασιλῆας·
δοιὼ δ' Ἀτρείδα μενέτην καὶ δῖος Ὀδυσσεύς,
Νέστωρ Ἰδομενεύς τε, γέρων θ' ἱππηλάτα Φοῖνιξ,
τέρποντες πυκινῶς ἀκαχήμενον· οὐδέ τι θυμῷ
τέρπετο, πρὶν πολέμου στόμα δύμεναι αἱματόεντος.
μνησάμενος δ' ἀδινῶς ἀνενείκατο, φώνησέν τε·
 Ἦ ῥά νύ μοί ποτε καὶ σύ, δυςάμμορε, φίλταθ' ἑταίρων,
αὐτὸς ἐνὶ κλισίῃ λαρὸν παρὰ δεῖπνον ἔθηκας
αἶψα καὶ ὀτραλέως, ὁπότε σπερχοίατ' Ἀχαιοὶ
Τρωσὶν ἐφ' ἱπποδάμοισι φέρειν πολύδακρυν Ἄρηα·
νῦν δὲ σὺ μὲν κεῖσαι δεδαϊγμένος· αὐτὰρ ἐμὸν κῆρ

τες Ald. sec. — V. 304. στοναχίζων Vind. quint. — V. 310. Ἀτρεΐδαι Vind. ed. Rom. et ol. vulgo. — V. 311. Νέστωρ τ' Ἰδ. τε Harl. — V. 312. οὐδ' ὅγε θ. Vind. un. — V. 314. ἀνενήκατο Apoll. in Lex. 132. — V. 316. ἐνὶ κλισίῃσι λαρὸν V. L. ap. Eustath. 1186, 49. —

giore intersertis, ad priora ea interrupta solet reverti. Cuius rei luculenta et aperta exempla praebent comparationes, unde licentiam istam, si qua est, minime improbandam duxerim.

V. 304. Hic quoque nec libri plures neque Eustath. 1185, 44. respuunt στεναχίζων.

V. 306. Finitima sunt Achillis dictis Od. 9, 87. 10, 58. In Etymol. vero M., ubi 151, 55: ἄσπασθε, φίλον ἦτορ ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος legimus, alia cum nostris sunt confusa, vid. 11, 779. Od. 4, 788. 5, 201. 10, 384. 17, 603.

V. 309. Hunc versum ante oculos habuit Apollon. in Lex. 145. ἀπεσκέδασεν· ἀπεσκόρπισεν.

V. 310. Pluralem ut alias, ita hic quidam duali substituerunt. Eum autem praeter Eustath. 1185, 58. tuentur plerique, vid. ad 7, 385.

V. 314. Hesych. I, 363 ἀνενέγκατο· ἐστέναξεν ἐκ βάθους: ἀνενείκατο vero tum Herodoti I, 86. tum epicorum Alexandrinorum usu, vid. Apoll. Arg. I, 463, 635. IV, 1748, tutum est. Magis dubitarunt de significatione: in Homericis quidem veterum ratio, ex qua sit ingemiscere, nuper firmata est a Buttmanno in Lexilog. I, 263 sqq.

V. 316. Eustath. 1186, 48: τὸ δὲ λαρόν, εἰ μὲν κεῖται πρὸ αὐτοῦ τὸ ἐνὶ κλισίῃσι, συστέλλει τὸ ā δακτυλικῶς, εἰ δὲ γράφεται ἐνὶ κλισίῃ κατὰ δοτικὴν ἑνικήν, ἐκτείνει αὐτό, καὶ ἔστι τοῦτο κρεῖττον, vid. libell. meum de prosod. Gr. §. 62, 2. Similiter fere de eius nominis origine disputat Apoll. in Lex. 432.

320 ἄχμηνον πόσιος καὶ ἐδητύος, ἔνδον ἐόντων,
σῇ ποθῇ. οὐ μὲν γάρ τι κακώτερον ἄλλο πάθοιμι,
οὐδ' εἴ κεν τοῦ πατρὸς ἀποφθιμένοιο πυθοίμην,
ὅς που νῦν Φθίηφι τέρεν κατὰ δάκρυον εἴβει
χήτεϊ τοιοῦδ' υἷος· ὁ δ' ἀλλοδαπῷ ἐνὶ δήμῳ
325 εἵνεκα ῥιγεδανῆς Ἑλένης Τρωσὶν πολεμίζω·
ἠὲ τὸν ὃς Σκύρῳ μοι ἔνι τρέφεται φίλος υἱός.
[εἴ που ἔτι ζώει γε Νεοπτόλεμος θεοειδής.]

V. 321. παθοίμην Ernest. — V. 322. εἴ κέν που π. Heyn. coniect. — V. 323. Φθίηφι V. — V. 324. χήτει V. vulgo et W. — V. 325. Τρωσὶ πτολ. Vat. un. H. et Both. — V. 326. ἐντρέφεται Vind. ed. Eustath. 1186, 26. et ol. vulgo. — V. 327. Πυρῆς ἐμός, ὃν κατέλειπον V. L. ap. schol. A. — V. 330. οἱ

V. 321. Ernestii editionem mendum, sermoni epico contrarium, e versu proximo invasisse verisimillimum est. Libris congruit Eustath. 1186, 21.

V. 322. Articulum, Heynio suspectum, integrum et illibatum servare iubent schol. B. et Eust. l. all.

V. 323. Apoll. in Lex. 244 θαλερὸν κατὰ δάκρυον εἴβει, cui et numeri et libri obstant, add. Etym. Oron. 154, 17.

V. 324. Vid. ad 6, 463.

V. 325. Propter epitheton Helenae additum plures in medium protulerunt, conf. Apoll. Lex. 587, Hesych. II, 1113. Plutarch. de aud. poet. VI, 78. et in Quaest. Sympos., quarum mentionem iniicit Eustath. 1187, 1. Vaticani fides non tanti erit aestimanda, ut hoc magistro vulgare, omnium propemodum consensu sustentatum, aspernemur.

V. 326. Casus enallagen schol. Victor. notavit: σχῆμα ἀπὸ γενικῆς ἐπὶ αἰτιατικὴν τὴν μετάβασιν ἔχον: explicuit eam Hermannus in Opusc. I, 199. Deinde praepositionem non verbo sed nomini fuisse adiungendam Venet. et alii plures nos commonefaciunt.

V. 327. Inde a versu praecedente Venet. liber et eius scholia nobis integra exstant. Ea igitur horum suspicionem sic movent: καὶ Ἀριστοφάνης προηθέτει τὸν στίχον, ὥς φησι Καλλίστρατος, τό τε γὰρ ἐπὶ παιδὸς λέγεσθαι κομιδῇ διστακτικῶς, εἴ που ἔτι ζώει, καὶ ταῦτα μηδὲ πόῤῥω τῆς Σκύρου κειμένης, ὕποπτον, τό τε θεοειδὴς ἀκαίρως προςέῤῥιπται. τεκμήριον δὲ τῆς διασκευῆς τὸ καὶ ἑτέρως φέρεσθαι τὸν στίχον, εἴ που ἔτι ζώει γε Πυρῆς ἐμός, ὃν κατέλειπον. Hac de causa Ven. liber diplen habet appictam, cui et schol. monitis crediderunt Wolfius, Heynius et, ut videtur, Lehrsius de stud. Aristarch. Hom. p. 351. et 359, qui, quid grammaticis διασκευάζειν et διασκευή significet, accuratius studuit definire. Argumenta schol. vana et inania habet Bothius: primum enim Scyrum, Cycladum unam, a Troade

πρὶν μὲν γάρ μοι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἐώλπει
οἶον ἐμὲ φθίσεσθαι ἀπ' Ἄργεος ἱπποβότοιο
αὐτοῦ ἐνὶ Τροίῃ, σὲ δέ τε Φθίηνδε νέεσθαι,
ὡς ἄν μοι τὸν παῖδα θοῇ σὺν νηῒ μελαίνῃ
Σκυρόθεν ἐξαγάγοις, καί οἱ δείξειας ἕκαστα,
κτῆσιν ἐμὴν δμῶάς τε καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα.
ἤδη γὰρ Πηλῆά γ' ὀΐομαι ἢ κατὰ πάμπαν
τεθνάμεν, ἢ που τυτθὸν ἔτι ζώοντ' ἀκάχησθαι

δέ τι Rom., vitiose. — V. 331. ἐνὶ νηΐ V. W. Both. ἐν νηΐ Gerhard. in lect. Apoll. 91. — V. 333. δμῳὰς all., ut videtur. — Ib. ὑψηρεφὲς Ald. sec. ὑψιρεφὲς Lips. — V. 335. ἀκαχῆσθαι al. vulgo et W. —

satis longe abesse dicit; tum Neoptolemum puerum, Ulixe iudice, omnium mortalium post Memnonem pulcherrimum, Od. 11, 522, vel a patre θεοειδέα iure vocari; denique, si olim fuerit recitatum, εἴ που ἔτι ζώει Πύῤῥος ἐμός, ὃν κατέλ., legendi varietatem, quae scholiastam offenderit, ex mero errore prognatam esse opinatur, vid. Pausan. X, 26, 1. Sed ipse Pausanias, Achilli filium Neoptolemum semper ab Homero appellari testatus, Bothio repugnat, et Achillem de filii morte minus fuisse sollicitum proxima docent aperte. Quare similia Odysseae exempla, quibus incertum Ulixis fatum deplorant sui, vid. 4, 833. 14, 44. 20, 207. add. 15, 349, a diasceuasta eo importunius illata videntur in Iliadem, quo minus opus erat additamento, priora si respexeris, inutili, posterioribus etiam contrario. Quae quum ita sint, Bothio soli obsequi nolui.

V. 330. Romanam vitio esse inquinatam Eustath. 1186, 30. prodit.

V. 331. Gerhardi legem, qua Aristarcho ἐν, Zenodoto et aliis ἐνὶ placuisse scivit, ambiguam et falsam non moror; ἐνὶ vero e Venet. non recipiendum fuisse tum alii probant libri, tum schol. A. ipse indicat addens: γράφεται σὺν νηΐ. Cui etsi obiicere possis 8, 166. 9, 429. 16, 832. 19, 298. 22, 115. 23, 829, id tamen non prorsus est insolitum, vid. Od. 24, 427.

V. 333. Schol. Ven. A.: οὕτως Ἀρίσταρχος δμῶας ἔξω τοῦ ι, et schol. B. illo servas comprehendi tradit. Alios igitur δμῳὰς edidisse probabiliter divinat Heynius. Adiectivo, numeris exigentibus, vocalem esse brevem iniectam fatetur Eustath. 1187, 35: τὸ δὲ ὑψερεφές, ὅτε ἀναγκάζει τὸ μέτρον, διὰ τοῦ η ἔχει τὴν προπαραλήγουσαν, ὑψηρεφὲς γὰρ τότε λέγεται.

V. 335. Ἀκαχῆσθαι et ἀκάχησθαι apud auctores discrepare schol. A. admonet; hoc vero usus probavit. Quapropter προπαροξυτόνησιν iure revocatam voluerunt Bekker. in cens. ed. Hom. Wolf. 155. et Thiersch. in gr. Gr. §. 212, 34, c, add. ad 5, 24.

γήραΐ τε στυγερῷ, καὶ ἐμὴν ποτιδέγμενον αἰεὶ
λυγρὴν ἀγγελίην, ὅτ' ἀποφθιμένοιο πύθηται.
Ὣς ἔφατο κλαίων· ἐπὶ δὲ στενάχοντο γέροντες
μνησάμενοι τὰ ἕκαστος ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπον.
340 μυρομένους δ' ἄρα τούςγε ἰδὼν ἐλέησε Κρονίων,
αἶψα δ' Ἀθηναίην ἔπεα πτερόεντα προςηύδα·
Τέκνον ἐμόν, δὴ πάμπαν ἀποίχεαι ἀνδρὸς ἐῆος.
ἦ νύ τοι οὐκέτι πάγχυ μετὰ φρεσὶ μέμβλετ' Ἀχιλλεύς;
κεῖνος ὅγε προπάροιθε νεῶν ὀρθοκραιράων
345 ἧσται ὀδυρόμενος ἕταρον φίλον· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι
οἴχονται μετὰ δεῖπνον, ὁ δ' ἄκμηνος καὶ ἄπαστος.
ἀλλ' ἴθι οἱ νέκταρ τε καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινὴν
στάξον ἐνὶ στήθεσσ', ἵνα μή μιν λιμὸς ἵκηται.

V. 337. πύθοιτο vind. ed. et ol. vulgo. — V. 338. ἐστενάχοντο Vind. un. — V. 339. ἔλειπε V. Lips. editt. antiqq. et H. — V. 342. ἀνδρὸς ἑοῖο Z. ἀνδρὸς ἐῆος V. Vindd. Eust. 1187, 41. ol. vulgo. — V. 343. οὐκ ἔτι V., male. — V. 345. ἧστο

V. 337. Optativum olim vulgarem cum libris optimis, ut Ven. Harl. Vind. quint. Lips. aliis et Eustath. 1187, 37, nostro tempore recte expulerunt.

V. 339. Singularem, poetae minus familiarem, meliores quidam, ut Ven. Vind. quint. alii, hic tuentur, at ille casu advectus videtur. Itaque cum Eustath. 1186, 43, Wolfio et Editoribus plurimis retinui ἔλειπον.

V. 442. Zenodotum pronomina negligentius commiscentem schol. A. reprehendit: ἡ διπλῆ, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἑοῖο· τοῦτο δὲ παρὰ πρόςωπόν ἐστι, vid. ad 1, 393. 18, 71.

V. 345. Vind. quinti mendum e librarii incuria natum et sensus et numeri convincunt.

V. 348. Northmorius ad Tryphiod. 187. ἵκοιτο ocius reducendum putavit. Quid autem inter modum utrumque intersit v. 354. manifesto docet, quare Heynius cum libris et Eustath. 1187, 61. prudenter defendit vulgatum.

V. 350. Recitatur ab Etymol. M. 148, 21. integer; eius initium ab Apollonio in Lex. 161.

V. 351. Aldina secunda ac priores quaedam apte seiunxerunt praepositionem priorem, cui Bothius quoque tenorem imposuit, conf. Excurs. XVI, §. 2.

V. 355. Schol. A.: ἐν ἄλλῳ αὐτὴ δ' αὖ, idque Minervae in Olympum reduci aptum haberi possit. Libris vero tacentibus a mutatione erat abstinendum.

V. 357 sqq. Aristarchum et Ptolemaeum Ascalonitam, communi usu accedente, paucis vero adversantibus, ταρφειαὶ ut πυ-

Ὣς εἰπὼν ὤτρυνε πάρος μεμαυῖαν Ἀθήνην·
ἡ δ', ἅρπῃ εἰκυῖα τανυπτέρυγι, λιγυφώνῳ,
οὐρανοῦ ἐκ κατέπαλτο δι' αἰθέρος. αὐτὰρ Ἀχαιοὶ
αὐτίκα θωρήσσοντο κατὰ στρατόν· ἡ δ' Ἀχιλῆϊ
νέκταρ ἐνὶ στήθεσσι καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινὴν
στάξ', ἵνα μή μιν λιμὸς ἀτερπὴς γούναθ' ἵκοιτο·
αὐτὴ δὲ πρὸς πατρὸς ἐρισθενέος πυκινὸν δῶ
ᾤχετο. τοὶ δ' ἀπάνευθε νεῶν ἐχέοντο θοάων.
ὡς δ' ὅτε ταρφειαὶ νιφάδες Διὸς ἐκποτέονται
ψυχραὶ ὑπὸ ῥιπῆς αἰθρηγενέος Βορέαο·
ὣς τότε ταρφειαὶ κόρυθες, λαμπρὸν γανόωσαι,
νηῶν ἐκφορέοντο, καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι,
θώρηκές τε κραταιγύαλοι καὶ μείλινα δοῦρα.

ὀδ. Vind. quint. — V. 351. ἐκ-κατέπαλτο ol. vulgo ἐκκατεπᾶλτο H. — V. 355. αὐτὴ δ' αὖ V. L. ap. schol. A. — V. 358. ὑπαὶ ῥιπῆς V. Vindd. et ol. vulga. — V. 360. ἐκ νηῶν ἐφέροντο Vind. quint. ἐκ νηῶν φορ. Lips. —

καὶ acui iussisse quum hic testificatur schol. A, tum ad Il. 12, 158. iam cognovimus. Quod grammaticorum praeceptum errore implicuit Heynium, qui non tenoris legem sed scribendi varietatem in eo quaesivit, Aristarchumque in v. 359. ὡς τότε καὶ πυκναὶ emendasse est opinatus. Ea inductus coniectura, quum et vers. 360. codices quidam paullo aliter proferant, et tres alii, Britanni duo, unus Vratislaviens., post v. 361. alium ἐκ νηῶν ἐχέοντο, βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει, ex Il. 16, 267. depromptum, adiiciant, eumque Barnesius v. 360. deleto et φορέοντο pro ἐχέοντο substituto v. 361. adiungat, totum locum aliter constituendum existimat, ita quidem:

— — — — τοὶ δ' ἀπάνευθε νεῶν ἐχέοντο θοάων,
ὡς ὅτε ταρφειαὶ νιφάδες Διὸς ἐκποτέονται
ψυχραὶ ὑπὸ ῥιπῆς αἰθρηγενέος Βορέαο.
ὡς πυκναὶ κόρυθες καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι,
θώρηκές τε κραταιγύαλοι καὶ μείλινα δοῦρα.
αἴγλη δ' οὐρανὸν ἷκε, γ. δ. π. π. χθών.

Sed falsam illam scholii interpretationem huic opinioni vel levissimum vel nullum omnino addere pondus facile patet; verba autem ἐκ νηῶν φορέοντο, in quibus explicandis Heynius laborat, nihil aliud significabunt, nisi e navibus processerunt. Ad postremum iis resectis nihil superesse, quo nives crebrae Boreae flatu emissae cum armorum multitudine comparentur, admonendum erit.

V. 358. Vid. ad 12, 462. 14, 414. 15, 171. Eustath. 1188, 14. ὑπὸ ῥιπῆς ἢ ὑπαὶ ῥιπῆς de more suo.

αἴγλη δ' οὐρανὸν ἷκε, γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθὼν
χαλκοῦ ὑπὸ στεροπῆς· ὑπὸ δὲ κτύπος ὤρνυτο ποσσὶν
ἀνδρῶν· ἐν δὲ μέσοισι κορύσσετο δῖος Ἀχιλλεύς.
365 [τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλε· τὼ δέ οἱ ὄσσε
λαμπέσθην, ὡς εἴ τε πυρὸς σέλας· ἐν δέ οἱ ἦτορ
δῦν' ἄχος ἄτλητον· ὃ δ' ἄρα Τρωσὶν μενεαίνων
δύσετο δῶρα θεοῦ, τά οἱ Ἥφαιστος κάμε τεύχων.]
κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκεν
370 καλάς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας·
δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνεν.
ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον,
χάλκεον· αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε

V. 362. περίχθων editt. antiqq. πέρι χθὼν] H. et Both. — V. 368. θεοῖο Vind. quint. — V. 375. τέρας ναύτῃσι Harl. — Ib. φανείη ol. vulgo. — V. 376. τὶ δὲ V. Vindd. vulgo et W. — V. 382. περισείοντο Vind. ed. all. Eustath. 1189, 28. et editt. an-

V. 362. Utrum περὶ χθὼν an πέρι χθων sit exarandum, quaerere possis. Veteres quidem sive περὶ idem sit quod περισσῶς, sive eum verbo ἤστραψε coniungatur, tenorem non mutasse, quamvis Heynio ita videatur, Apollon. de synt. IV, 3, 311. et schol. B. luculenter ostendunt. Quare in re ancipiti illorum praecepta cum Heynio et Bothio migrare nolui, praesertim quum περὶ adverbii potius vice fungatur, quam cum verbo praegresso sit copulandum. Id autem, si significatio nullam subit mutationem, ne tenorem quidem retrahere poterit: proprium vero satis consentaneum esse perspicitur. Reliqui igitur tenorem veterum auctoritate comprobatum, Eustath. 1188, 18. peius etiam περιχθὼν admisit; vulgari iterum congruit schol. Soph. ad Electr. 1294.

V. 365 sqq. Versus quattuor grammaticis Alexandrinis suspectos fuisse e schol. Venet. A. et Eustathii commentariis 1189, 1 discimus. Nam et nimiam Achillis iram dentiumque stridorem ridiculum habent, et tenorem narrandi iis interruptum esse moleste ferunt. Quod quo pertineat, e similium comparatione, vid. ad 11, 17, poterit intelligi. Aristarchum tamen, si scholiastae verba corrupta bene satis assequor, aliam ob causam his appinxisse diplen Ammonius statuit. At quum eius argumentatio sibimet ipsi contradicere videatur, aliaque, quae modo indicavi, suspicionem augeant magis quam detrahant, cancellos, Veneto praeeunte, a Wolfio additos non sustuli. Alia fuit Heynii sententia, Bothio, ut auguror, probata. Verum ea ipsa, quae Eustathius et alii ut poetica laudant, aliis poetae locis debentur, vid. 1, 104. Ceterum plures horum meminerunt, ut Aristid. II, 526, vocem ἄτλητον Apoll. in Lex. 174, et e vers. 368. duo ultima enotavit Etym. M. 488, 23.

V. 374 a nemine, quantum scio, in dubitationem adductum,

εἵλετο, τοῦ δ' ἀπάνευθε σέλας γένετ', ἠΰτε μήνης.
375 ὡς δ' ὅτ' ἂν ἐκ πόντοιο σέλας ναύτῃσι φανήῃ
καιομένοιο πυρός· τό τε καίεται ὑψόθ' ὄρεσφιν
σταθμῷ ἐν οἰοπόλῳ· τοὺς δ' οὐκ ἐθέλοντας ἄελλαι
πόντον ἐπ' ἰχθυόεντα φίλων ἀπάνευθε φέρουσιν·
ὣς ἀπ' Ἀχιλλῆος σάκεος σέλας αἰθέρ' ἵκανεν
380 καλοῦ, δαιδαλέου. περὶ δὲ τρυφάλειαν ἀείρας
κρατὶ θέτο βριαρήν· ἡ δ' ἀστὴρ ὣς ἀπέλαμπεν
ἵππουρις τρυφάλεια· περισσείοντο δ' ἔθειραι
χρύσεαι, ἃς Ἥφαιστος ἵει λόφον ἀμφὶ θαμειάς.
πειρήθη δ' ἕο αὐτοῦ ἐν ἔντεσι δῖος Ἀχιλλεύς,
385 εἰ οἷ ἐφαρμόσσειε, καὶ ἐντρέχοι ἀγλαὰ γυῖα·

tiqq. — V. 383. χρύσειαι V. — V. 384. ἑοῦ αὐτοῦ Z. οἷ αὐτοῦ Ptolem. Ascalon. οἱ αὐτοῦ Vind. ed. Ald. sec. et all. — V. 385. ἀγλαὰ δῶρα Vind. quint. Lips. all. et editt. antiqq. —

Heynius et **Bothius** similitudini magis exornatae, quae sequitur, incommodum et proinde ab interpolatoris manu insertum ducunt. Itaque Bothius, postquam alibi etiam verbum εἵλετο abesse demonstravit, versum obelo insignivit. Cui suspicioni ideo non accedo, quod nemo veterum assentitur et verbum σέλας ipsum imagini dilatandae et ornatius illustrandae, ut alias fieri solet, ansam praebere potuit. Legit autem haec **Apoll.** in Lex. 598.

V. 375. Subiunctivum Aristarcho sancitum tuentur meliores, ut Ven. Vind. quint. Lips. all.; Eustathius, vulgari contentus, eum novit paullo inferius 1189, 25.

V. 376. Schol. A: Ἀρίσταρχος· τό τε καίεται· idque comparationi perquam aptum cum Townl. restitui, vid. 2, 470, 480. 3, 4. et alibi.

V. 382. Sibilam geminam Ven. et meliores dubio liberant.

V. 384. Pronomen alios aliter instituisse schol. A. nobis indicavit. Zenodotus enim genitivum cum proximis conflando possessivum et substantivum de more suo permiscuit; Ptolemaeus, a quo non ita multo absunt alii, dativum οἷ sive οἱ pro casu secundo positum censuit, eumque usum poetae exemplis confirmavit. Aristarchus denique, quocum Ven. Vind. quint. praestantissimi quique et **Eustath.** 1189, 35. conspiravit, ἕο αὐτοῦ verum certumque existimavit, add. **Apollon.** de synt. III, 2 sqq. et **Hermann.** in Opusc. I, 321.

V. 385. Olim ἀγλαὰ δῶρα ex nimia dicendi audacia ab omnibus propemodum erat adscitum; γυῖα e Rom. et Eust. 1189, 36. Stephanus primus restituit; postea Heynius illis Venet. Harl. et alios plures una cum **Iulian.** in Orat. II, 53. commode et vere assentiri observavit.

τῷ δ' εὖτε πτερὰ γίγνετ', ἄειρε δὲ ποιμένα λαῶν.
ἐκ δ' ἄρα σύριγγος πατρώϊον ἐσπάσατ' ἔγχος,
βριθύ, μέγα, στιβαρόν· τὸ μὲν οὐ δύνατ' ἄλλος Ἀχαιῶν
πάλλειν, ἀλλά μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεύς,
390 Πηλιάδα μελίην, τὴν πατρὶ φίλῳ πόρε Χείρων
Πηλίου ἐκ κορυφῆς φόνον ἔμμεναι ἡρώεσσιν.
ἵππους δ' Αὐτομέδων τε καὶ Ἄλκιμος ἀμφιέποντες
ζεύγνυον· ἀμφὶ δὲ καλὰ λέπαδν' ἕσαν· ἐν δὲ χαλινοὺς

V. 386. ὥςτε Aristoph. αὖτε Townl. Dionys. Or. XXXV, 64, W. et nunc vulgo, ηὖτε Buttmann. in Lexil. II. 229. Both. ηὖτε V. — V. 387. πατρῷον Apoll. in Lex. 622, male. — V. 390. τάμε V. Vindd. ol. vulgo et H. — V. 391. ἐν κοροφῆς Ar. — V. 393. ζεύγνυσαν Vind. ed. et ol. vulgo. — Ib. θέσαν Townl. ἕσαν Both. — V. 395. ἐπὶ δίφρ. Harl. προτὶ all. — Ib. ὃ δ' ἄρ

V. 386. Multiplicem hic obtinuisse discrepantiam quum e Venet. scholiis tum aliunde compertum habemus. Aristophanem glossam potius quam poetae manum sectatum esse licet coniicere, neque αὖτε a multis recepto plus fidei statuerim. Id quidem ab Aristarcho, qui prius εὖτε tenuerit, sententia mutata ea restitutum esse lege, ut particulam comparandi subintelligeret, unus scholiastarum narrat. At a libris fere abest, nisi quod interpres refert recensiones κατὰ τὰς πόλεις eo fuisse usas; neque Aristarchi iudicium, sive revera ita existimaverit, sive scholiasta fuerit falsus, plausu et assensu erit dignum. Nam primum αὖτε toti sententiae parum expedit; deinde ellipsis illa dura et insolita offendit; denique Aristarchum εὖτε praetulisse et schol. alter et Etym. M. 398, 51. attestantur. Buttmanni autem ηὖτε bisyllabum unquam reperiri recte negavit Heynius, vid. ad 3, 10. Ex his igitur effici crediderim εὖτε, cui libri non minus quam Eustath. 1189, 37. opem ferunt, et sensui et veterum decretis maxime esse consentaneum, idque revocavi.

V. 388 sqq. Quattuor versus ex Iliad. 16, 144. transscriptos putarunt magistri Alexandrini; Zenodotus contra illic sublatos hic est tuitus, vid. ad 16, 140.

V. 390. Schol. A: τάμε· ἐν ἄλλῳ πόρε, neque aliter legitur in Lips. et 16, 143. Quare schol. Pind. ad Nem. III, 55. exemplaria trita obsequenti fides erit deneganda.

V. 391. Aristarchus si κορυφῆς, huic sententiae incommodum, edidit, versus istos ab eius recensione non abfuisse apparet.

V. 393. Schol. A: οὕτως διὰ τοῦ ο ζεύγνυον, nec differunt Ven. Vind. quint. Harl. Lips. et Heyniani plurimi, add. Eustath. 1189, 57. Postea scholl. Vict. et Townl: θέσαν ἀντὶ τοῦ ἕσαν κατὰ παράληψιν τοῦ θ. Alios igitur ἕσαν obtulisse iam Heynius erat suspicatus, idque Bothius et Barnesius ut Homericum receperunt. Cautius iudicandum fuisse Eustath. admonet 1189, 57: τὸ δὲ ἕσαν οὐ δασύνεταί ποθεν, ἀλλὰ ψιλοῦται δηλοῦν τὸ ἦσαν. Bothius quidem episcopum frugibus inventis glande vesci maluisse

γαμφηλῇς ἔβαλον, κατὰ δ' ἡνία τεῖναν ὀπίσσω
95 κολλητὸν ποτὶ δίφρον. ὁ δὲ μάστιγα φαεινὴν
χειρὶ λαβὼν ἀραρυῖαν ἐφ' ἵπποιιν ἀνόρουσεν,
Αὐτομέδων· ὄπιθεν δὲ κορυσσάμενος βῆ Ἀχιλλεύς,
τεύχεσι παμφαίνων, ὥςτ' ἠλέκτωρ Ὑπερίων.
σμερδαλέον δ' ἵπποισιν ἐκέκλετο πατρὸς ἑοῖο·
100 Ξάνθε τε καὶ Βαλίε, τηλεκλυτὰ τέκνα Ποδάργης,
ἄλλως δὴ φράζεσθε σαωσέμεν ἡνιοχῆα

μάστιγα Vind. ed. Turneb. et ol. vulgo, ὁ δ' ἄρα μ. editt. antiqq. — V. 396. ἐφ' ἵπποισιν Harl. — V. 397. κορυσσόμενος Barnes. — V. 398. ὑπερίων V. Vindd. ol. vulgo et H. — V. 400. Βαλία Both. — V. 401. ἡνιοχῆας Vindd. Lips. editt. antiqq. et Both. —

aegre fert, at ἀμφιέσαν, utpote a verbo ἀμφιέννυμι ductum, quo ipse et Seberus in indice utuntur, rei parum congruit. Si qui igitur fuerunt, quibus ἕσαν melius videretur, eos ab aoristo εἷσα, collocavi, id repetiisse schol. Vict. manifesto prodit. Quod quum augmento nunquam careat, in vulgari, librorum omnium auctoritate tuto et firmo, subsistendum esse sequitur.

V. 395. Non sine Vindd. assensu Turnebus olim emendavit ὁ δ' ἄρ μ.: consequutivam tamen Ven. ac plerique negligunt, add. 5, 840. et Eustath. 1189, 58.

V. 398. Cognomine duplici solem indicari grammatici censent, vid. scholl. AB. Eustath. 1190, 3. Etym. Or. 22, 20. Apoll. in Lex. 330, in quo tamen Homerica cum Hesiodiis scut. Herc. 142. in unum coaluisse verisimiliter iudicavit Slothouwerus. Nomine vero proprio aegre carebimus; unde Wolfio et hic et alibi praebui assensum.

V. 400. Etym. M. 186, 26. Βαλίας, ὄνομα τοῦ ἵππου τοῦ Ἀχιλλέως· σημαίνει δὲ καὶ τὸν ποικίλον, add. Hesych. I, 683. Horum auctoritate motus Achillis equum Βαλίαν appellandam duxit Bentleius, Bothio concinente. At huic quidem opinioni et libri et grammatici obviam eunt, vid. Eustath. 1190, 14. et Lehrs. de stud. Aristarch. Homer. 281. Etymologicum vero mendum, ad alias propagatum, occupasse Etymol. Gudian. 103, 23, quod, si tenoris pravitatem sustuleris, cum Eustathio congruit, manifesto demonstrat, add. Suid. 1, 414. Apoll. in Lex. 165.

V. 401. Tametsi schol. B. ad Il. 1, 423. ἡνιοχῆας hoc ex versu sumpsisse videtur, id tamen non erat cum Bothio, singulari posthabito, continuo inferendum Iliadi. Nam Achillem suam potissimum sortem ex equis percontatum esse quum Patrocli casus tum Xanthi responsum docent. Quare Eustath. 1190, 40., Homeri mente parum perspecta, falso cogitat de Automedonte: ἀγαθὴν δὲ καὶ νῦν οὐν ὁ Ἀχιλλεὺς ἐλπίδα προβάλληται, οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ λαλῶν, ἀλλ' ὑπὲρ ἡνιόχου. εἰ δὲ γράφει ἡνιοχῆας, δῆλον,

ἂψ Δαναῶν ἐς ὅμιλον, ἐπεί χ' ἐῶμεν πολέμοιο·
μηδ', ὡς Πάτροκλον, λίπετ' αὐτόθι τεθνηῶτα.
Τὸν δ' ἄρ' ὑπὸ ζυγόφι προςέφη πόδας αἰόλος ἵππος,
405 Ξάνθος, ἄφαρ δ' ἤμυσε καρήατι· πᾶσα δὲ χαίτη
ζεύγλης ἐξεριποῦσα παρὰ ζυγὸν οὖδας ἵκανεν·
αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη·
Καὶ λίην σ' ἔτι νῦν γε σαώσομεν, ὄβριμ' Ἀχιλλεῦ·
ἀλλά τοι ἐγγύθεν ἦμαρ ὀλέθριον· οὐδέ τοι ἡμεῖς
410 αἴτιοι, ἀλλὰ θεός τε μέγας καὶ Μοῖρα κραταιή.

V. 402. ἂψ λαῶν V. L. ap. schol. A. — Ib. χέομεν V. L. ap. schol. Vict. χ' ἕομεν id. et Eustath. 1189, 16. κ' ἕομεν Both. κ' ἕωμεν Apoll. in Lex. 317, κ' ἕωμεν vel χ' ἕωμεν Buttmann. in Lexil. II, 123. — V. 403. αὐτοῦ V. W. — V. 404. ζυγόφιν V. Vind. ed. Eust. 1191, 3. et Rom. — V. 406. περὶ ζυγὸν Eustath. 1191.

ὅτι καὶ ἑαυτὸν συλλαλεῖ ὡς οἷα ἡνίοχον. προεδηλώθη γάρ, ὡς ἡνίοχος πολλαχοῦ καὶ ὁ παραιβάτης λέγεται. Si quis autem pluralem ἡνιοχῆας Eustathio cognitum magis verum iudicaverit, ei, quemadmodum Bekkerus in censura Homer. a Wolf. editor. p. 168. suasit, interpunctio v. 103. aliter erit instituenda, eo quidem modo, ut λίπετε sit indicativus, τεθνηῶτα fere ad Patroclum referatur: μηδ', ὡς Πάτροκλον λίπετ' αὐτόθι τεθνηῶτα. Quo facto λίπετε τεθνηῶτα plurali, qui praecedit, haud erit contrarium.

V. 402. Verbum obsoletum et paene inusitatum tempore prisco non minus quam nostra aetate viris doctis gravissimas obiecit difficultates. Buttmannus, re in Lexilog. II, 130. diligentius pervestigata, vel κ' ἕωμεν vel χ' ἕωμεν, quorum alterum a verbo ἄω (satio), alterum a praesente ἵημι proficisci autumat, Homero restituendum esse pro certo ponit, aliique ei habent fidem. Veteres etsi varie atque ambigue iudicarunt, plerique tamen in properispomeno tanto permanent consensu, ut nisi argumenta certiora et tutiora in medium proferantur, ab iis deflectere temerarii et inconsiderati esse videatur. Res vero quum plus studii ac temporis sibi expetat, totam hanc quaestionem Excursu XXXI. comprehendam.

V. 403. Venet. solus αὐτοῦ τεθνηῶτα, at schol. A. γράφεται αὐτόθι, idque et poetae sermoni convenit, vid. 9, 617. 10, 443. 16, 294. 24, 673. Od. 4, 302. 14, 285, et numerorum elegantia fere poscit. Triplex enim spondeus, auribus ingratus, sine ullo negotio evitatur. Neque Il. 8, 54. aut Od. 22, 175, 192. ei erunt subsidio: in Iliade enim pronomen est, in Odyssea vero spondeorum gravitate funis vis, cui implicandus erat Melanthius, accuratius depingitur.

V. 404. Literae finali nullus esse potest usus; extremam versus partem praeter Porphyrium, cuius Heynius meminit, schol. ad Od. 20, 27. adduxit.

οὐδὲ γὰρ ἡμετέρῃ βραδυτῆτί τε νωχελίῃ τε
Τρῶες ἀπ' ὤμοιιν Πατρόκλου τεύχε' ἕλοντο·
ἀλλὰ θεῶν ὥριστος, ὃν ἠΰκομος τέκε Λητώ,
ἔκταν' ἐνὶ προμάχοισι, καὶ Ἕκτορι κῦδος ἔδωκεν.
15 νῶϊ δὲ καί κεν ἅμα πνοιῇ Ζεφύροιο θέοιμεν,
ἥπερ ἐλαφροτάτην φάσ' ἔμμεναι· ἀλλὰ σοὶ αὐτῷ
μόρσιμόν ἐστι θεῷ τε καὶ ἀνέρι ἶφι δαμῆναι.
Ὣς ἄρα φωνήσαντος Ἐρινύες ἔσχεθον αὐδήν.
τὸν δὲ μέγ' ὀχθήσας προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·

4. — V. 409. ἀλλ' ἤτοι Vind. quint. ἀλλ' ἤ τοι Lips. — Ib. ἦμαρ ἐγγύθεν Ald. sec. — Ib. οὐδέ τι ἡμεῖς Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 410. θ. τις μέγας Vind. quint. — V. 412. Πάτροκλον Eust. 1191, 6. — V. 413. ἄριστος Vind. ed. all. ὥριστος Rom. — V. 416. τόνπερ ἐλ. schol. ad Apoll. II, 276. —

V. 406. Vid. ad 17, 440.

V. 407. Alexandrini Iunoni, Achillis et Argivorum fautrici, haec et minus apta nec versui 418. consona putarunt, et Heynius, Achillem ad pugnam potius adhortandum quam ab ea deterrendum fuisse ratus, iis consentit. Ad quae refutanda Bothius alia eius generis prodigia et a Graecis et ab exteris narrata creditaque commemoravit, ne Bileami quidem asinae oblitus, vid. Numeror. XXII, 28. Schol. B. et Eustath. 1190, 42. Iunoni eas partes ideo volunt impositas, quod vox sit aer repercussus, veteres autem mira atque insolita ad deos auctores soleant referre. His quidem non omnem scrupulum exemtum crediderim. Iunonis vero et Furiarum mentio sibi minus adversabuntur, si dea illa equum fecerit loquentem, Furiae autem, ne quid nimis indicaretur, prohibuisse existimentur. Heynius priorum dubitatione eo processit, ut totam rhapsodiae huius clausulam a rhapsodis attextam statueret, et narrationem v. 403. finiendam diceret.

V. 409. Pronomen et structura poetae familiaris desiderat et libri optimi quique, Heynio teste, tutantur.

V. 411. Harleiano adscriptum erat νωθείᾳ, quod glossam sapit.

V. 413. Veteres varie exarant ἄριστος, ὥριστος, ὤριστος: huic vero, quo hodie uti solemus, opem ferunt Venet. Vind. quint. et alii plerique notae melioris.

V. 416 sq. Utrumque iterum obelo notarunt: ἀθετοῦνται, inquit schol. A., στίχοι καὶ οὗτοι οἱ δύο, ὅτι οὐκ ἀναγκαῖοί εἰσιν· οἴδαμεν γὰρ, ὅτι ἡ πνοὴ ἐλαφροτάτη ἐστί. τὸ δὲ καὶ προσθεῖναί φασιν ὡς ἀπὸ ἱστορίας ἐστὶ παρειληφότα ἀγνοούμενόν τι, καὶ ἀπίθανον ἵππον λέγειν φασὶν ὥςπερ ἄνδρα πολυΐστορα. Ad haec breviter respondit schol. Victor. equos ut immortales communem hominum famam habere cognitam.

420 Ξάνθε, τί μοι θάνατον μαντεύεαι; οὐδέ τί σε χρή.
εὖ νύ τοι οἶδα καὶ αὐτὸς, ὅ μοι μόρος ἐνθάδ' ὀλέσθαι
νόσφι φίλου πατρὸς καὶ μητέρος· ἀλλὰ καὶ ἔμπης
οὐ λήξω, πρὶν Τρῶας ἄδην ἐλάσαι πολέμοιο.
Ἦ ῥα, καὶ ἐν πρώτοις ἰάχων ἔχε μώνυχας ἵππους.

V. 421. εὖ νύ τι vel γέ Bentl. — V. 423. ἐλάσω V. L. ap. Eust. 1191, 34. — V. 424. ἐν πρώτοισιν ἰὼν Bentl. coniect. —

V. 423. Infinitivus Eustathio ipsi l. all. potior videtur, conf. ad 13, 315.
V. 424. Bentleii emendatio Achillis vigorem, quo conspicuus in proelium progreditur, valde imminuit.

ΙΛΙΑΔΟΣ Υ.

Acie utrinque instructa, Iupiter, ne Achillis ira Troiae iusto citius ingruat excidium, diis in Olympum convocatis, quo quemque animus ferat in auxilium proficiscendi facit potestatem v. 1 — 30. Achivis igitur subsidio appropinquant Iuno, Minerva, Neptunus, Mercurius et Vulcanus, Troianis vero Mars, Apollo, Diana, Latona, Xanthus et Venus: eorum adventu et proelium acrius exardescit, et terribilis terrae marisque commovetur fragor; singuli autem singulis stant obvii v. 31 — 75. Interim Apollo, Lycaoni similis, Aeneam invitum in Achillem, Hectori potissimum instantem, concitat v. 75 — 109. Iuno illum conspicata Neptunum et Minervam, ut Achilli adsint, appellat, sed Neptuni suasu dii, paullulum a pugna regressi, in agro Troiano residunt v. 110 — 155. Aeneas et Achilles iam congressi primum verbis concertant, tum arma expediunt; sed Aeneam, cui regnum Troiae fato erat constitutum, Neptunus, Iunone permittente, e praesenti vitae discrimine eripit, Achillisque oculis nebulam offundit v. 156 — 352. Achilles nihil territus suis addit animos; Hectorem vero inter primores volitantem Apollo monet, ne cum Achille manus conserat. Eo recedente Achilles novam Troum edit stragem et post alios Polydorum, Priami filium, interficit v. 353 — 418. Hector fratris misertus in Achillem progreditur, sed, pugna Apollinis interventu dirempta, Hector dei beneficio sospes evadit v. 419 — 454. Achilles dolore percitus alios aggreditur, multaque caede opplet campum, Troianis fuga effusa salutem petentibus v. 455 — 503.

Θ ε ο μ α χ ί α.

Ὣς οἱ μὲν παρὰ νηυσὶ κορωνίσι θωρήσσοντο

V. 2. ἀμφί σε auctor de vit. Hom. 310. — Ib. ἀκόρητοι Vind. quint. V. L. apud schol. A. et editt. antiqq. — V. 3. αὐτ' ἐπ. Steph. vitiose. — Ib. θρώσμῳ V. — V. 4. Θέμιστι κέλ. libror. pars et editt. antiqq. Θέμιστ' ἐκέλ. auct. vit. Hom. 339. et Both. Ζεὺς δ' ἐκέλευσε Θέμιστι Lips. — V. 5. πάντη ol. vulgo. — V. 6. φοι-

V. 1. In Etymol. M. 616, 23. Homerico glossa expulso perperam fertur: οἱ μὲν πὰρ νηυσὶ κορώνισιν ἐμάχοντο.

V. 2. Pronomen, cui vis inest, tenore instrui iubent commentatores, nec libri plerique repugnant. Paullo post non idem sensisse viros doctos testatur schol. A. hisce: ἐὰν πληθυντικῶς γράφηται ἀκόρητοι, συνάψομεν τῇ τελευταίᾳ λέξει ὡς ἂν ἐπιθετικὸν ἐκείνης· ἐὰν δὲ ἑνικῶς βραχὺ διαστελοῦμεν· ἐπὶ γὰρ Ἀχιλλέως ἀκουσθήσεται, add. schol. B. Hoc et Eustathii fuit 1192, 26, 36. et Apollon. in Lex. 81., quibuscum Ven. Vindd. plures aliique concinunt; illud et libri quidam et editiones priores, Romana excepta, tenuerunt. Nec ratione caret: ut enim Troianis omnibus 3, 621, 639. additur, ita Achivis novo bellandi ardore incensis haud absonum erit. Melius vero Achilli Patrocli caede irritato id convenire iam Eustath. l. all. perspexit. Etenim huius virtutem hisce tribus Iliados libris solam fere exsplendescere nemo non videt.

V. 3. Vid. ad 10, 160.

V. 4. Pro duplici verbi structura aliis tertius, quartus casus aliis placuit, vid. schol. A. Bothius amphibrachorum debilitate motus augmentum, e vita Homeri deductum, adscivit. Nec negaverim in multiplici auctorum discrepantia plus uno verum esse posse, sed, libris et grammaticis invitis, nihil mutaverim, vid. Apoll. in Lex. 344. et Eustath. 1192, 51.

V. 7 sqq. Oceanus cur a deorum concilio abfuerit, varias excogitarunt causas, vid. scholl. ABVD. et Eustath. 1192, 63 sqq. Apparet igitur neminem veterum suspecti quidquam hic esse subodoratum; imo praeter Alexandrinos et alios Homeri interpre-

ἀμφὶ σέ, Πηλέος υἱέ, μάχης ἀκόρητον, Ἀχαιοί·
Τρῶες δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ἐπὶ θρωσμῷ πεδίοιο.
Ζεὺς δὲ Θέμιστα κέλευσε θεοὺς ἀγορήνδε καλέσσαι
5 κρατὸς ἀπ' Οὐλύμποιο πολυπτύχου· ἡ δ' ἄρα πάντη
φοιτήσασα κέλευσε Διὸς πρὸς δῶμα νέεσθαι.
οὔτε τις οὖν Ποταμῶν ἀπέην νόσφ' Ὠκεανοῖο,
οὔτ' ἄρα Νυμφάων, αἵτ' ἄλσεα καλὰ νέμονται
καὶ πηγὰς ποταμῶν καὶ πίσεα ποιήεντα.
10 ἐλθόντες δ' ἐς δῶμα Διὸς νεφεληγερέταο
ξεστῇς αἰθούσῃσιν ἐφίζανον, ἃς Διὶ πατρὶ
Ἥφαιστος ποίησεν ἰδυίῃσι πραπίδεσσιν.
ὣς οἱ μὲν Διὸς ἔνδον ἀγηγέρατ'· οὐδ' Ἐνοσίχθων
νηκούστησε θεᾶς, ἀλλ' ἐξ ἁλὸς ἦλθε μετ' αὐτούς.

τήσασ' ἐκέλ. Both. — V. 8. ταίτ' ἄλσεα Vindd. alii et ol. vulgo. — V. 9. πείσεα vel πείσσεα libror. et editt. pars. — Ib. ποιήεντα Etym. M. 673, 16. — V. 11. αἰθούσῃσιν V. — Ib. ἐνίζανον id. et H. ἐνίδρανον V. L. ap. schol. A. — V. 12. ποίησ' εἰδ. V. L. ap. eundem et Eust. 1193, 26. —

tes nostra a Graecis scriptoribus passim vel traducta sunt vel imitando expressa, ut a Luciano in Iov. trag. 6. et a Philostrato in Imag. II, 27 initio. Singulos autem versus aut partes eorum proferunt Euripid. schol. ad Orest. 1363., Oceanum ab Homero fluvium esse habitum comprobaturus, add. Etym. M. 1. all. et Etym. Or. 138, 26. Quorum quidem multitudine et gravitate opinio Heynii et Bothii, qui tres versus cancellis circumscripsit, satis refutabitur. Poeta vero ad rei dignitatem augendam novo et insolito utitur figmento, et sicut Achivi, Pelide ad armorum societatem redeunte, frequentes conveniunt, ita dii deaeque omnes concilio a Iove indicto cupiunt interesse. Versu 9. et libri multi et grammaticorum pars, velut Hesych. II, 964. Apollon. in Lex. 140. πείσεα scribunt, abundantia certe inutili et molesta, quam ignorant libri optimi et Eustath. 1193, 3. Suid. III, 118.: adde Ruhnken. in ep. crit. 53 sq.

V. 11. Nomini αἴθουσα duplex σ perperam inferri vidimus ad 6, 243; deinde ἐφίζανον ut Zenodoteum reiicit schol. A. hisce: ἡ διπλῆ περιεστιγμένη, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἐφίζανον. αἱ δὲ αἴθουσαι οὐκ εἰσὶ θρόνοι ἢ καθέδραι, ἵνα λέγῃ ἐφίζανον, ἀλλὰ στοαὶ καὶ στυλωταὶ ἕδραι, ἢ τόποι ὑφ' ἡλίου καταλαμπόμενοι. Sed ἐνίζανον, ab ipso suppeditatum, et libris et poetae ignotum est; ἐφίζανον vero assederunt potius quam in sedilibus consederunt denotat, vid. 10, 578.

V. 12. Homerum ἰδυίῃσι πραπίδεσσιν semper scribere et schol. A., cuius verba sanavit Bekkerus, et Eustath. l. all., testificantur.

15 ἷζε δ' ἄρ' ἐν μέσσοισι, Διὸς δ' ἐξείρετο βουλήν·
Τίπτ' αὖτ', Ἀργικέραυνε, θεοὺς ἀγορήνδε κάλεσσας;
ἦ τι περὶ Τρώων καὶ Ἀχαιῶν μερμηρίζεις;
τῶν γὰρ νῦν ἄγχιστα μάχη πόλεμός τε δέδηεν.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
20 ἔγνως, Ἐννοσίγαιε, ἐμὴν ἐν στήθεσι βουλήν,
ὧν ἕνεκα ξυνάγειρα· μέλουσί μοι, ὀλλύμενοί περ.
ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼ μενέω πτυχὶ Οὐλύμποιο
ἥμενος, ἔνθ' ὁρόων φρένα τέρψομαι· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι

V. 15. ἷζε Vindd. et ol. vulgo. — Ib. ἐξήρετο Lips. — V. 16. τίπτ' αὖ Vind. et ol. vulgo. — Ib. ἀγορήνδ' ἐκάλ. iidem. — V. 17. ἤ τι Steph. et all. — V. 20. ἐνὶ στήθεσιν Lips. auct. de vit. Hom. 337. Eustath. 1193, 34. male. — V. 22. πτυχῇ

V. 15. Verbi accentum, Bekkero duce, emendavit Thiersch. in gr. Gr. §. 232, 69. et assentitur Eustath. 1193, 62. De augmento insequentis cf. ad 5, 756.

V. 16 sq. Vitia passim auferenda Wolfius, Veneto et eius scholiastae obsequutus, exemit. Neque in iis pertinacius consistunt alii; ita τίπτ' αὖτ', Ἀργικέραυνε, bene recitat auctor de vit. Hom. 339. Particulam autem, a Stephano mendosius prolatam, et scripti et editi plerumque notant circumflexo, iam schol. A. cognito: ἦ, inquit, ἐρωτηματικὸς ὁ σύνδεσμος, καὶ ἅπαξ εἰλημμένος κατὰ μίαν διάνοιαν· διὸ περισπαστέος, a quo parum considerate dissentit Eustath. 1193, 36.

V. 27. Vid. ad 13, 51.

V. 28. Schol. A.: καὶ δέ τε· Ἀρίσταρχος καὶ δέ τι, διὰ τοῦ ι. Sed apud Villoisonium particulis his adhaeret μιν, unde Heynius aliis καὶ δέ τε μέν lectum fuisse arbitrabatur. Neutrum vero aptum idoneumque habuerim: alterum enim prorsus absurdum est, alterum, si vel maxime placuerit Aristarcho, et structuram reddit impeditiorem, et Achillis fortitudini officit. Subsistendum igitur erat in vulgari, librorum scriptorum non minus quam editorum consensu ad nos perlato.

V. 30. Adverbium ὑπέρμορον ex ea similitudine, qua καλὸν et καλά, πυκνὸν et πυκνὰ iisque cognata epicis frequentantur, verum et germanum habent scholl. Ven. et Eustath. 1193, 57. 387, 62; vid. 2, 155. Atque illi quidem Aristophanem et Ptolemaeum Ascalonitam ita praecepisse narrant, Eustath. ipsum Aristarchum nominat et ad Odysseam diligentiores duo in uno conflasse generatim dicit. Horum vero decretis omnes propemodum libri adversati ὑπὲρ μόρον, quod ne Eustathium quidem latuit, distrahunt. Quodsi eum nostris ὑπὲρ αἶσαν et ὑπὲρ μοῖραν contuleris, illud rei rationi magis conducere manifestum erit; vid. Nitzsch. ad Od. 1, 34. et dissertat. de vi et usu praepositionis

ἔρχεσθ', ὄφρ' ἂν ἵκησθε μετὰ Τρῶας καὶ Ἀχαιούς·
25 ἀμφοτέροισι δ' ἀρήγεθ', ὅπη νόος ἐστὶν ἑκάστου.
εἰ γὰρ Ἀχιλλεὺς οἶος ἐπὶ Τρώεσσι μαχεῖται,
οὐδὲ μίνυνθ' ἕξουσι ποδώκεα Πηλείωνα.
καὶ δέ τέ μιν καὶ πρόσθεν ὑποτρομέεσκον ὁρῶντες·
νῦν δ', ὅτε δὴ καὶ θυμὸν ἑταίρου χώεται αἰνῶς,
30 δείδω, μὴ καὶ τεῖχος ὑπὲρ μόρον ἐξαλαπάξῃ.
Ὣς ἔφατο Κρονίδης, πόλεμον δ' ἀλίαστον ἔγειρεν.
βὰν δ' ἴμεναι πόλεμόνδε θεοὶ δίχα θυμὸν ἔχοντες,

Bentlei. coniect. — V. 25. ὅπῃ vulgo et W. — V. 28. καὶ δέ τί μιν Ar., ut videtur. — V. 30. ὑπέρμορον Aristoph. Ptolem. Ascalon. W. et nunc vulgo. — V. 31. ὄρωρε et ἄγειρε libri pauci. — V. 32. ἰέναι V. L. in Harl. —

ἀνα et κατὰ apud Homer. §. 18. p. 35. Iovem, fatorum ordinis bene gnarum (conf. Od. 20, 75 sq.), ne Achilles sua virtute Ilium expugnaret, timuisse nonnullis adeo incredibile est visum, ut, scholl. Victor. et Townl. testibus, versu uno eiecto, tres alios adscriberent:

> οὐ μέντοι μοῖρ' ἐστὶν ἔτι [ἐπὶ Heyn.] ζωοῦ Ἀχιλῆος
> Ἴλιον ἐκπέρσαι εὐναιόμενον πτολίεθρον,
> ἔπερσε δουράτεος ἵππος καὶ μῆτις Ἐπειοῦ.

Corruptelis haec inquinata esse facile animadvertit Heynius, qui vers. 2. Ἴλιον ἐκπέρσαι exhibet, etsi genitivus fortasse est ferendus, cf. ad 2, 133., versu tertio πέρσε δὲ δ. emendare vult. Ibi autem ut in re futura rectius legemus: πέρσει δουράτεός θ' ἵππος κ. μ. Ἐπ. Ab Homeri vero indole ista abhorrere iam μέντοι particula (vid. Excurs. VIII, §. 3.) ostendit. Crediderim potius haec a poeta aliquo cyclico profecta ad Homerum auctorem temere esse translata.

V. 31. Bellum infinitum et immensum a Iove excitari consequens est. Diversa autem vel confusio admodum nota peperit, vel alia poetae exempla intulerunt, cf. 2, 797.

V. 32. Qua lege Homerus vel eius interpretes ἰέναι et ἴμεναι discreverint, nec Bekker. in cens. ed. Homeric. Wolf. p. 171. indicare potuit, neque ipse pro certo dixerim. Ut enim forma decurtata ἴμεν saepissime offertur in utroque carmine, ita ἴμεναι, si versum huius nostrae rhapsodiae 365. et compositum διεξίμεναι, (vid. ad 6, 393.) subduxeris, nunquam redit in Iliade, quanquam βῆ δ' ἰέναι atque alia eius generis crebro adsunt, ut 4, 199, 209. 6, 296. 8, 220. 9, 596. 10, 73, 136, 179, 336. 13, 167, 208. 15, 483. 17, 657. 20, 484. 21, 205. 24, 95, 347., in Odyssea vero ἰέναι et ἴμεναι fere alternant; cf. Bekker. et Matth. gr. Gr. §. 219, 5. Quam quidem inconstantiam facile removere possis, sed, libris obnitentibus, eam ferendam potius quam tollendam duxerim.

Ἥρη μὲν μετ' ἀγῶνα νεῶν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη,
ἠδὲ Ποσειδάων γαιήοχος ἠδ' ἐριούνης
35 Ἑρμείας, ὃς ἐπὶ φρεσὶ πευκαλίμῃσι κέκασται·
Ἥφαιστος δ' ἅμα τοῖσι κίε σθένεϊ βλεμεαίνων,
χωλεύων, ὑπὸ δὲ κνῆμαι ῥώοντο ἀραιαί.
ἐς δὲ Τρῶας Ἄρης κορυθαίολος· αὐτὰρ ἅμ' αὐτῷ
Φοῖβος ἀκερσεκόμης ἠδ' Ἄρτεμις ἰοχέαιρα,
40 Λητώ τε Ξάνθος τε, φιλομμειδής τ' Ἀφροδίτη.
Εἵως μέν ῥ' ἀπάνευθε θεοὶ θνητῶν ἔσαν ἀνδρῶν,
τόφρα δ' Ἀχαιοὶ μὲν μέγα κύδανον, οὕνεκ' Ἀχιλλεὺς
ἐξεφάνη, δηρὸν δὲ μάχης ἐπέπαυτ' ἀλεγεινῆς·

V. 35. ἐνὶ Vindd. et ol. vulgo. — Ib. κέκαστο V. Vindd. Eust. 1194, 38. et ol. vulgo. — V. 40. Διὸς θυγάτηρ Ἀφρ. V. L. ap. schol. Vict. — V. 41. ἕως Ald. sec. — Ib. μὲν ἀπάν. pauci. — V. 42. τέως Ἀχ. V. Vindd. libr. all. vulgo et W. — τέως ἄρ' Ἀχ. W. olim et H. τείως Ἀργεῖοι Both. coniect. — Ib. μέγ' ἐκύδανον V. et ol. vulgo. — V. 43. ἀπέπαυτ' ἀλεγ.

V. 33 exstat in Etym. M. 15, 51.

V. 35. Praepositionem nunc reductam Ven. et Eust. l. all. praebuerunt, eaque aptior erit quam ἐνὶ apud plurimos lecta. Perfectum vero, quod Mercurius ingenii astutia excellere solet, e Lips. Vind. quint. libr. aliis et editt. principibus iure revocarunt, nec secus statuit Aristarchus, ut schol. A. prodit: Ἀρίσταρχος κέκασται, οὐ διὰ τοῦ ο κέκαστο.

V. 37. Vid. ad 18, 411.

V. 39 ab Apollon. in Lex. 77. et in Etymol. M. 447, 12. commemoratur.

V. 42. Incertae sunt medelae a Bothio et Heynio allatae, certiora dat schol. A.: ἐν ἄλλῳ· τόφρα δ' Ἀχαιοί, idque poeta non modo concedente, sed paene iubente (vid. 11, 412. 15, 392, 540. 17, 107. 18, 16. 21, 606. Od. 5, 122, 425. 12, 328.), recepi. Spondeorum autem gravitas, de qua Bothius agit, Achivorum laetitiae et alacritati minus conducit; vid. Od. 4, 91. 13, 321. Postea κύδανον Harl. Vind. quint. libri alii et Eustath. 1194, 59. obtulerunt.

V. 43. Vid. ad 18, 248. 19, 46. et Eust. 1194, 60. Compositum tamen magis poeticum ducit Voss. ad h. in Cer. 437.

V. 44. Veneto plerique alii prudenter occurrunt; vid. 7, 215. 18, 31. Structuram attigit Matth. in gr. Gr. §. 432. 3. et 421., annot. 5. Rost. §. 104. 6.

V. 48. Erin, exercitus servatricem nominari mirati, deam λαοσσόον a verbo σεύω i. e. milites impellentem et excitantem putarunt dictam; alii etiam, quod idem Minervae sit attributum 13, 128. Od. 22, 210., post κρατερὴ distinguendo proximis iunxerunt,

Τρῶας δὲ τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον,
45 δειδιότας, ὅθ' ὁρῶντο ποδώκεα Πηλείωνα
τεύχεσι λαμπόμενον, βροτολοιγῷ ἶσον Ἄρηϊ.
αὐτὰρ ἐπεὶ μεθ' ὅμιλον Ὀλύμπιοι ἤλυθον ἀνδρῶν,
ὦρτο δ' Ἔρις κρατερή, λαοσσόος· αὖε δ' Ἀθήνη,
στᾶσ' ὁτὲ μὲν παρὰ τάφρον ὀρυκτὴν τείχεος ἐκτός,
50 ἄλλοτ' ἐπ' ἀκτάων ἐριδούπων μακρὸν ἀΰτει.
αὖε δ' Ἄρης ἑτέρωθεν, ἐρεμνῇ λαίλαπι ἶσος,
ὀξὺ κατ' ἀκροτάτης πόλιος Τρώεσσι κελεύων,
ἄλλοτε πὰρ Σιμόεντι θέων ἐπὶ Καλλικολώνῃ.
Ὣς τοὺς ἀμφοτέρους μάκαρες θεοὶ ὀτρύνοντες

Barnes. — V. 44. ἐπήλυθεν V. et al. — V. 49. ὅτε μὲν Vind. ed. et ol. vulgo. — Ib. τείχεος ἐντὸς Ven. et all. quid. — V. 50. ἐριγδούπων Lips. Vind. un. — V. 51. ὦρτο δ' Ἄρης Strabo XIII, 893, a. — V. 52. πόλεως Vindd. Eust. 1195, 27. et ol. vulgo. — V. 53. Θεῶν ἐπὶ Καλλικολ. V. Harl. Ar. — V. 54. ὀτρύναντες V. —

vid. schol. B. et Eustath. 1195, 22. Nulla vero est causa, cur argutias grammaticorum, alias iam notatas (conf. ad 19, 273.), approbemus.

V. 49. In nuperrima Wolfii editione operarum negligentia ὅτε μὲν fertur; paroxytonum autem olim divulgatum Stephani diligentia sustulit. Fossam extra muros ductam fuisse constat; vid. 7, 440.

V. 51. Minervae vociferanti terribiles Martis clamores respondere consequens est, neque discrepant vel libri vel alii auctores, sicut Eustath. 1195, 27., Etym. M. 174, 36. Etym. Or. 13, 19. 20, 1.

V. 52. In Ionico Ven. libr. all. editt. principes et Strabo concinunt.

V. 53. Sicut Ἀχαιῶν λιμὴν dicitur, ita Aristarchus collem istum vel a loci amoenitate vel, quod dii in eo quasi castra posuerint, θεῶν κολώνην sive κολωνὸν appellatum fuisse censuit; cf. schol. A. et Eustath. 1195, 28, 39., neque ab eo quum libri quidam tum Veneti interpretes dissident, Herodici sententia, qui θέων i. e. τρέχων verum indicarat, explosa. At alii obiecerunt, hoc si tenueris, accentu inclinato θεῶν ἔπι Καλλικολώνῃ i. e. ἐπὶ θεῶν Καλλικ. fuisse dicendum. Huc pertinent verba schol. A.: ἡ μέντοι ἐπὶ πρόθεσις κατὰ ταύτην ἔννοιαν ὤφειλε προηγεῖσθαι τοῦ λόγου, ὥστε εἶναι ἐπὶ θεῶν Καλλικολώνῃ· διὰ ἐτόλμησάν τινες ἀναστρέψαι. οἱ μέντοι περὶ τὸν Ἀσκαλωνίτην οὐκ ἀνέστρεψαν, ἀλλὰ συνέταξαν τῇ ἑξῆς λέξει· καὶ οὕτως ἐπείσθη ἡ παράδοσις, λέγω δὲ τῇ συντάξει τῆς δοτικῆς· καὶ γὰρ διὰ τῶν ἑξῆς (151.) Καλλικολώνης φησὶν οὐ προςνείμας τὸ θεῶν. E quibus, si bene auguror, ratio-

55 σύμβαλον, ἐν δ' αὐτοῖς ἔριδα ῥήγνυντο βαρεῖαν.
δεινὸν δὲ βρόντησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
ὑψόθεν· αὐτὰρ νέρθε Ποσειδάων ἐτίναξεν
γαῖαν ἀπειρεσίην ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα.
πάντες δ' ἐσσείοντο πόδες πολυπίδακος Ἴδης
60 καὶ κορυφαί, Τρώων τε πόλις καὶ νῆες Ἀχαιῶν.
ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς,
δείσας δ' ἐκ θρόνου ἆλτο καὶ ἴαχε, μή οἱ ὕπερθεν
γαῖαν ἀναῤῥήξειε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,

V. 56. δεινὸν δ' ἐβρ. Vindd. et ol. vulgo. — V. 57. αὐτὰρ ἔνερθε V. Vindd. vulgo et W. — V. 59. πολυπιδάκου Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 60. πόλεις κ. ν. V. — V. 61. ἀνέρων Vind. quint., male. — V. 62. ἐκ θρ. ὦρτο Massiliens. — Ib. ἆλτο καὶ ὑπέρθορεν Eustath. 1195,

nem Aristarchi subtiliorem et magis contortam a Ptolemaeo et eius schola, cui libri plerique accedunt, reiectam fuisse efficitur. Nec quisquam, singulis accuratius inspectis, secus statuet, etenim κελεύων et θέων sibi invicem respondere liquido apparet. Demetrii Scepsii de tumulo isto disquisitionem Strabo XIII, 892., d. nobis servavit; add. scholl. et Heynii observationes.

V. 56. Eustath. 1195, 47 ἐβρόντησε cum vulgaribus; augmento vero carent Ven. et alii pauci.

V. 57. Schol. A.: αὐτὰρ ἔνερθε· Ἀρίσταρχος Ἰακῶς αὐτὰρ νέρθε. Ionismi speciem dubiam et obscuram esse patet, quanquam Aristarchum νέρτεροι dedisse alibi traditur, vid. ad 5, 898. Iam quum ἔνερθεν, ἔνερθε et νέρθε a nomine ἔνερος originem ducere videantur (cf. Etym. M. 340, 12. Gudian. 187, 45. Apollon. de adverb. 603, 7. Eustath. 1196, 7.), priora plena et integra esse, ultimo ex aphaeresi vocalem detrahi sequitur. Poetis ergo pro numerorum commoditate varia uti licebit forma; vid. Il. 8, 16. 11, 234, 252. 13, 75. 14, 274. Od. 9, 385. 13, 163 cll. Il. 7, 212. 11, 282, 535. 13, 78. 14, 204. 16, 347. 20, 500. 22, 452. Od. 11, 302. 20, 352. Apollon. Rh. Arg. I, 10, 532. II, 844. III, 684, 1159. IV, 535, 1446. cll. I, 155, 745. III, 287. Ut vero trochaeorum concursum, rei gravitati officientem, declinemus, forma brevior cum Aristarcho et Heynio est praeferenda.

V. 59. Ven. Vind. quint. et praestantissimi quique Aristarcho gerunt morem, vid. ad 14, 157.

V. 61 sqq. Longin. de sublimit. §. 9. nostra et 21, 388. in unum conflavit, et poetae φαντάσματα, quae alii etiam admirati sunt, magnifica esse fatetur, sed eadem, nisi per allegoriam explicentur, impia et diis indecora habet; add. Platon. de republ. II extr. et III, 286. Inde repetendae sunt philosophorum et sophistarum interpretationes; vid. scholl. et Heracl. allegor. 477 sqq. Eustath. 1196, 40 sqq. Idem vero ibid. portenta et mira-

οἰκία δὲ θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι φανείη
65 σμερδαλέ', εὐρώεντα, τάτε στυγέουσι θεοί περ.
τόσσος ἄρα κτύπος ὦρτο θεῶν ἔριδι ξυνιόντων.
ἤτοι μὲν γὰρ ἔναντα Ποσειδάωνος ἄνακτος
ἵστατ' Ἀπόλλων Φοῖβος ἔχων ἰὰ πτερόεντα·
ἄντα δ' Ἐνυαλίοιο θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·
70 Ἥρῃ δ' ἀντέστη χρυσηλάκατος, κελαδεινὴ
Ἄρτεμις ἰοχέαιρα, κασιγνήτη Ἑκάτοιο·
Λητοῖ δ' ἀντέστη σῶκος, ἐριούνιος Ἑρμῆς·

49. Rom. — Ib. μή οἱ ἔπειτα Longin. de sublim. §. 9. — V. 64. φανήῃ V. Vind. quint. et all. — V. 67. Ποσειδάωνι ἄνακτι Bentl. coniectura. — V. 68. πτερόεντας ὀϊστοὺς Barnes. βέλεα πτερ. Bentl. conieet. — V. 70. ἀντ' ἔστη V. L. sp. schol. A. — V. 72. σωκὸς Tyrannio. —

cula a poeta in honorem Achillis, primum contra hostes prodeuntis, cumulari vero animadvertit. Virgilium et Latinos ad Homerica non semel respexisse (cf. Aen. VIII, 243.) certatim admonuerunt editores.

V. 62. Nec Massiliensis, neque Eustathius rei numerisve satisfaciunt. Heynius e coniectura suasit ἄλτ' ἰδὲ ἴαχε.

V. 64. Aristarchi φανήῃ adiuvant Ven. Vind. quint. cum alio, Harl. Townl. ac plures, Eustath. 1195, 50. pro more communi assentitur, idque, optativo praecedente, erat relinquendum.

V. 65. Vide Apoll. Lex. 312. Etym. M. 397, 57. Hesych. I, 1528. Zon. I, 902.

V. 66. Vid. 12, 338. 21, 390. Ante hunc versum ex Etym. M. 266, 41. alium inseruit Barnesius: δὴ τότε δηριόωντο Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων, ab hoc quidem loco, ut proxima indicant, alienissimum. Ultima nostri attulit Schol. ad Apoll. Arg. II, 628.

V. 67 sqq. In Graecorum deorum ludibrium passim excitantur a patribus christianis. Vid. Heynii Observationes.

V. 68. Neutrum alias ignotum poetae advertit viros doctos, quorum alii versus suspectos habuerunt, alii emendationes protulerunt. Bothius quidem ex Il. 16, 773 ἰοὺς πτερόεντας advocavit, quibus fere congruit 5, 171. Metaplasmum autem rarum nec vero inauditum, libris invitis, de statione deiicere nolim. vid. Eustath. 1197, 24. et Buttmann. in gr. ampl. §. 56. annot. 12.

V. 70 sq. Tmesin recte improbat schol. A.: ὑφ' ἓν τὸ ἀντέστη προενεκτέον. δοτικῇ γὰρ συντάσσεται, ὡς „Λητοῖ δ' ἀντέστη", τὸ δὲ ἄντα, ὅπερ ἐστὶν ἐξ ἐναντίας, γενικῇ.

V. 72. Tyrannio, ut Mercurii cognomen a proprio 11, 450. manifesta nota secerneret, σωκὸς acuendum putavit ea lege, qua γλαυκὸς et Γλαῦκος, λευκὸς et Λεῦκος aliaque finitima solent dirimi. Eius

ἄντα δ' ἄρ' Ἡφαίστοιο μέγας Ποταμὸς βαθυδίνης,
ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.
75 Ὣς οἱ μὲν θεοὶ ἄντα θεῶν ἴσαν· αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
Ἕκτορος ἄντα μάλιστα λιλαίετο δῦναι ὅμιλον
Πριαμίδεω· τοῦ γάρ ῥα μάλιστά ἑ θυμὸς ἀνώγει
αἵματος ἆσαι Ἄρηα, ταλαύρινον πολεμιστήν.
Αἰνείαν δ' ἰθὺς λαοσσόος ὦρσεν Ἀπόλλων
80 ἀντία Πηλείωνος, ἐνῆκε δέ οἱ μένος ἠΰ·
υἱέϊ δὲ Πριάμοιο Λυκάονι εἴσατο φωνήν·
τῷ μιν ἐεισάμενος προσέφη Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων·
Αἰνεία, Τρώων βουληφόρε, ποῦ τοι ἀπειλαί,
ἃς Τρώων βασιλεῦσιν ὑπέσχεο οἰνοποτάζων,
85 Πηλείδεω Ἀχιλῆος ἐναντίβιον πολεμίζειν;
Τὸν δ' αὖτ' Αἰνείας ἀπαμειβόμενος προσέειπεν·

V. 73. ποταμὸς libr. ol. vulgo et H. — V. 74. Κάμανδρον Vind. quint. — V. 77. μάλιστά γε V. Vindd. Eust. 1197, 59. et ol. vulgo. — V. 80. ἐν ῆκε V. — V. 84. τὰς Eust. 1198, 9. vulgo et Both. — Ib. ἐπίσχεο V. et schol. A. — V. 89. οὐ μὲν γὰρ δὴ Vind. ed. et editt. antiqq. — V. 92. Λυρ-

praeceptum refellit schol. A. Herodiani, ut videtur, canone allato: τὰ μέντοι εἰς κος λήγοντα δισύλλαβα, παρεσχηματισμένα εἰς γένος θηλυκόν, φύσει μακρῷ παραληγόμενα, βαρύνεσθαι θέλει, οἷον φῶκος, θῶκος. σεσημείωται τὸ σηκός. At quum istis nominibus femininum sit nullum οὐ παρεσχηματισμένα εἰς γ. θ. corrigendum esse et sua sponte apparet et Eustath. 1197, 46 sq. confirmat; add. Arcad. de acc. 50, 3. Mercurius unde ita sit appellatus, quaerunt grammatici, vid. praeter Scholl. et Eustath. Apoll. Lex. 628. Etym. M. 742, 10. Hesych. II, 1334. Versum vero respiciunt insuper Etym. M. 113, 11. 371, 51. et schol. ad Od. 24, 1.

V. 74. Sibilum ab iis, qui numeris timerent, ablatam esse aliquoties cognovimus, vid. ad 12, 21.

V. 77. Schol. A.: μάλιστά γε· Ἀρίσταρχος μάλιστά ἑ, μάλιστα αὐτόν, idque vel sine eo testimonio, ut Homero privum et proprium, instaurandum fuisse demonstrant exempla ad Il. 18, 90. collata.

V. 80. Vid. ad 17, 576.

V. 83. Prior pars apud Strabon. XIII, 876. c. exstat.

V. 84. Infeliciter, ut opinor, Bothius ἃς e Ven. et aliis plerisque restitutum, vulgaris glossam habet. In illo enim Vindd. Aldd. editt. aliae, et Suid. III, 123. consentiunt, e quo augurari licet contrarium potius esse verisimile. Sed ὑπέσχεο Homeri usui

Πριαμίδη, τί με ταῦτα καὶ οὐκ ἐθέλοντα κελεύεις
ἀντία Πηλείωνος ὑπερθύμοιο μάχεσθαι;
οὐ μὲν γὰρ νῦν πρῶτα ποδώκεος ἄντ' Ἀχιλῆος
90 στήσομαι, ἀλλ' ἤδη με καὶ ἄλλοτε δουρὶ φόβησεν
ἐξ Ἴδης, ὅτε βουσὶν ἐπήλυθεν ἡμετέρῃσιν,
πέρσε δὲ Λυρνησσὸν καὶ Πήδασον· αὐτὰρ ἐμὲ Ζεὺς
εἰρύσαθ', ὅς μοι ἐπῶρσε μένος λαιψηρά τε γοῦνα.
ἤ κ' ἐδάμην ὑπὸ χερσὶν Ἀχιλλῆος καὶ Ἀθήνης,
95 ἥ οἱ πρόσθεν ἰοῦσα τίθει φάος, ἠδ' ἐκέλευεν
ἔγχεϊ χαλκείῳ Λέλεγας καὶ Τρῶας ἐναίρειν.
τῷ οὐκ ἔστ' Ἀχιλῆος ἐναντίον ἄνδρα μάχεσθαι·
αἰεὶ γὰρ πάρα εἷς γε θεῶν, ὃς λοιγὸν ἀμύνει.
καὶ δ' ἄλλως τοῦγ' ἰθὺ βέλος πέτετ', οὐδ' ἀπολήγει,
100 πρὶν χροὸς ἀνδρομέοιο διελθεῖν. εἰ δὲ θεός περ

νησὸν W. et nunc vulgo. — V. 93. ἐνῶρσε Townl. — V. 95. ἡ δ' ἐκέλ. Ald. sec. ἠδὲ κέλ. Vind. un. et H. κέλευσε libri paud. — V. 98. πάρα τίς γε Bentlei. coni. — V. 99. ἰθὺς βέλος V. et ol. vulgo. — V. 100. ἀνδρομένοιο Vind. ed. Ald. sec. — Ib. διελθέμεν id. ol. vulgo et H. —

excludit (vid. 15, 874. Od. 12, 133.); augmento insuper opem ferunt quum libri tum Eustath. 1198, 9. et Suid. l. all.

V. 89. Particulas saepe confusas priorum negligentia permiscuit; temporalem Aeneae narrationi aptiorem e Rom. et Eustath. 1198, 32. Turnebus adoptavit, neque illis repugnant potiores, velut Ven. Vind. quint.

V. 93. Ἔπωρσε libri pariter atque 22, 204. tutantur. Neque ἐνῶρσε eodem loco fuit ponendum Heynio, quandoquidem id nonnisi de rebus vel adversis vel gravius incidentibus dicitur; vid. ad 16, 656. 1, 599. 6, 499. Od. 8, 326.

V. 95. Achillem nocturno tempore Aeneae gregibus supervenisse sine causa existimat Eustath. 1198, 46. Nam inter omnes constat φάος victoriam sive salutem deae praesidio Achilli concessam indicare. In clausula augmentum, ab omnibus propemodum servatum, non erat recidendum.

V. 98 de Hectore dicit Diomedes 5, 603.

V. 99. Pravitati ne Veneto quidem animadversae recte occurrunt Vindd. Eustath. 1198, 36, 62. schol. A.: ἐν ἄλλῳ ἰθύ, χωρὶς τοῦ σ, et Apollon. in Lex. 361., ubi εὐθὺ pro Atticorum more fertur.

V. 100. Vitio e libris communibus ad Aldum perlato Vind. quint. cum aliis medetur. Paullo post διελθεῖν ei quidem versus regioni praecipue congruum cum Ven. et Wolfio, a quibus dissentiunt plurimi, servandum duxi; attamen schol. A. γράφεται διελθέμεν.

ἶσον τείνειεν πολέμου τέλος, οὔ με μάλα ῥέα
νικήσει, οὐδ' εἰ παγχάλκεος εὔχεται εἶναι.
Τὸν δ' αὖτε προςέειπεν ἄναξ, Διὸς υἱὸς, Ἀπόλλων·
ἥρως, ἀλλ' ἄγε καὶ σὺ θεοῖς αἰειγενέτῃσιν
105 εὔχεο· καὶ δὲ σέ φασι Διὸς κούρης Ἀφροδίτης
ἐκγεγάμεν, κεῖνος δὲ χερείονος ἐκ θεοῦ ἐστιν.
ἣ μὲν γὰρ Διὸς ἔσθ', ἣ δ' ἐξ ἁλίοιο γέροντος.
ἀλλ' ἰθὺς φέρε χαλκὸν ἀτειρέα, μηδέ σε πάμπαν
λευγαλέοις ἐπέεσσιν ἀποτρεπέτω καὶ ἀρειῇ.
110 Ὣς εἰπὼν ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν·
βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ.
οὐδ' ἔλαθ' Ἀγχίσαο πάϊς λευκώλενον Ἥρην
ἀντία Πηλείωνος ἰὼν ἀνὰ οὐλαμὸν ἀνδρῶν·

V. 101. οὔ κε μ. V. Harl. Both. οὔ με καὶ μάλα Vind. quint. et Lips. — Ib. ῥεῖα Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 102. νικήσει', οὐδ' εἰ Bentl. coni. et Both. — V. 104. ἀλλά γε Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 105. καὶ δέ σε φασὶν id. Eustath. 1199, 37. — V. 106. θεοῦ ἐστίν vulgo, θεοῦ ἔστιν Rom. — V. 107. Διός

V. 101. Plura in libris turbata esse manifesto patet. Sed Venetum cum paucis οὔ κ. μ. ῥ. vere edere cupidius quam prudentius arbitratur Bothius. Ut enim largiamur futurum νικήσει optativo deiecto invadere potuisse, optativo tamen indicativum proximum reniti non minus certum est. Nam οὐδ' εἰ particulae negandi adnexae, praesentis, futuri aut praeteriti indicativo exordiente, vel indicativum (vid. Il. 5, 645. Od. 4, 293. 5, 80.), vel optativum (cf. Il. 2, 489. 9, 389. Od. 14, 56.) sibi expetunt, optativo vero posito, cui conditionale solet adhaerere, idem modus sequatur necesse est, ut in Il. 8, 22. 17, 399. in Od. 3, 115, 228. 4, 224 sq. 12, 78. et oratione inversa ib. 22, 61. et in Il. 9, 379, 385. Ab indicativo vero ad optativum transitus nunquam vel fit vel fieri potest; duplici igitur de causa erravit Bothius; add. diar. litt. Ienens. a 1817. complement. vol. II., p. 46 sq. Versu postremo ῥέα, Florentinae iam cognitum, Ven. Vind. un. Eustath. 1199, 5. et plures Heynii codd., ne quid superet, merito praeferunt: fuit enim Aristarchi; vid. ad 13, 144.

V. 107. Quod eadem fere 206. iterantur, dearum genus importunius insertum putat schol. A., nisi, cur diple versui fuerit appicta, eo modo studuit explicare.

V. 108. Clausulam huius et proximum versum recitat Etym. M. 139, 25., in quo πάμπαν librarii negligentia desideratur; vid. 21, 338 sq.

V. 110. Cf. ad 15, 262.

V. 114. Praeter morem Homeri, qui ἢ orationi finitae solet

ἡ δ' ἄμυδις στήσασα θεοὺς μετὰ μῦθον ἔειπεν·
115 Φράζεσθον δὴ σφῶϊ, Ποσείδαον καὶ Ἀθήνη,
ἐν φρεσὶν ὑμετέρῃσιν, ὅπως ἔσται τάδε ἔργα.
Αἰνείας ὅδ' ἔβη κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ
ἀντία Πηλείωνος· ἀνῆκε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων.
ἀλλ' ἄγεθ', ἡμεῖς πέρ μιν ἀποτρωπῶμεν ὀπίσσω
120 αὐτόθεν· ἤ τις ἔπειτα καὶ ἡμείων Ἀχιλῆϊ
παρσταίη, δοίη δὲ κράτος μέγα, μηδέ τι θυμῷ
δευέσθω, ἵνα εἰδῇ, ὅ μιν φιλέουσιν ἄριστοι
ἀθανάτων, οἱ δ' αὖτ' ἀνεμώλιοι, οἳ τὸ πάρος περ
Τρωσὶν ἀμύνουσιν πόλεμον καὶ δηϊοτῆτα.
125 πάντες δ' Οὐλύμποιο κατήλθομεν ἀντιόωντες
τῆςδε μάχης, ἵνα μή τι μετὰ Τρώεσσι πάθῃσιν

ἴσθ' vulgo, Διὸς ἔσθ' Rom. — V. 114. ἣ δ' ἄμυδις καλέσασα θεοὺς ῥεῖα ζώοντας Z. καλέσασα libri vulgo W. et H. — V. 115. Ποσειδάων Harl. — V. 121. παρσταίη V. — V. 123. τοπάρος W. et nunc vulgo. — V. 124. ἀμύνουσι πτόλ. Both. — V. 126. τῆς δὲ μ. Vind. quint. Ald. sec. —

addere, Zenodotum ἦ i. e. ἔφη adoptasse scholl. Ven. tradunt; add. Lehrs. de Aristarchi stud. Hom. 104 sq. Ut autem invento suo plus fidei afferret, idem καλέσασα ad omnes libros propagatum adoptasse dicitur, dum Aristarchi et plurimorum fuerit στήσασα; vid. schol. A. et Vict. Heynius quidem rationem, qua ita sit scriptum, se nullam videre fatetur; sed nihil nos impedit, quominus Iunonem deos in unum convocatos appellasse statuamus. Nec multum abest Od. 4, 659 μνηστῆρες δ' ἄμυδις κάθισαν καὶ παῦσαν ἀέθλων, ubi si quis μνηστῆρας verum habuerit, et propius illa ad nostra accederent, et κάθισαν pariter ac παῦσαν nihil miri aut certe rari prae se ferrent. At coniectura ista non modo scriptorum testimonio, sed eo etiam refutatur, quod Antinous et Eurymachus ipsi in procorum sunt numero.

V. 116. Vid. ad 14, 3.

V. 125 sqq. Quattuor versus, utpote iis, quae Iupiter paullo supra v. 26. de Achille pronuntiaverat, contrarios, Alexandrini ineptos et adventicios iudicarunt. Sed ut ne homines quidem idem sentiunt omnes, ita diis aliis aliam esse mentem consequens videtur: nam Iuno, Achillis et Danaorum fautrix, egregiam suam benevolentiam timore isto vano fortasse et inani aperte testificatur. Si qui autem grammaticis fuerint adstipulati, iis versus tres, qui deinceps subiiciuntur, una delendos esse facile intelligitur. Quod recte animadvertit Bothius, neque ὀμφὴν divinam Achilli factam esse, neque metum illum animo et indoli eius, qui Minerva conspecta cum dea sit confabulatus 1, 197., aptum esse statuit,

σήμερον· ὕστερον αὖτε τὰ πείσεται, ἅσσα οἱ Αἶσα
γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.
εἰ δ' Ἀχιλεὺς οὐ ταῦτα θεῶν ἐκ πεύσεται ὀμφῆς,
130 δείσετ' ἔπειθ', ὅτε κέν τις ἐναντίβιον θεὸς ἔλθῃ
ἐν πολέμῳ· χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς.
Τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα Ποσειδάων ἐνοσίχθων·
Ἥρη, μὴ χαλέπαινε παρὲκ νόον· οὐδέ τί σε χρή.
οὐκ ἂν ἔγωγ' ἐθέλοιμι θεοὺς ἔριδι ξυνελάσσαι·
135 [ἡμέας τοὺς ἄλλους, ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτεροί εἰμεν·]

V. 127. ἔσσα V. ὅσσα Vind. quint. — V. 129. ἐκπεύσεται V. Vindd. ol. vulgo et H. — V. 130. ἔλθοι Vind. quint. Lips. — V. 133. πάρεκ νόον editt. antiqq. — Ib. οὐδέ τί σε χρὴ Eustath. 1200, 27. — V. 134. ξυνελάσαι Vind. ed. et editt. antiqq. — V. 138. ἄρχησι Vind. quint. Harl. et ol. vulgo. εἰ δέ

unde prioribus relictis posteriores obelo notavit. Verum enim vero nemo unquam versus istos in dubium adduxit; deinde Iunonis proposita Neptunus tanquam inutilia et truculenta deprecatur; Achilli igitur augurium divinum nullum esse oblatum nemo mirabitur, denique Achilles ipse superis se imparem dicit, 22, 20. His igitur generatim disputatis, ut singula quaedam breviter et strictim attingamus, superest.

V. 127. Hic versus cum parte prioris in Homericis leviter mutatus bis terve recurrit (conf. 24, 210. Od. 7, 196 sq. 4, 208.); nostra vero ob oculos habuit schol. ad Theocr. Id. I, 139. Venet. ἄσσα, cuius et vulgaris glossa est ὅσσα, illustravi ad 10, 409.

V. 129. Praepositionem a verbo seiungunt Ald. sec. Rom. Wolfius et Bothius.

V. 130. Subiunctivum Ven. Vindd. et optimi quique tuentur.

V. 133. Oxytonum, ut Homeri proprium, Eustath. 1200, 26. poscit, libris accinentibus, vid. Excurs. XVIII, §. 2. Eidem vero librariorum socordia perperam intulit τε, a quo notissimus poetae usus eos absterrere debebat; vid. 7, 109. 9, 496, 613. 10, 479. 16, 721. 19, 67, 420. 23, 478. Od. 1, 296. 2, 369. 4, 492. 10, 383. 15, 393. 18, 17. 19, 500.

V. 134. Numeri pariter ac libri magis accurati, ut Ven., σ geminum flagitant; cf. 21, 394. 22, 129. Od. 18, 39.

V. 135. Versus propter librorum suffragia, quippe qui in Vind. quint. et Heynii quattuor prorsus absit, in aliis vero margini adhaereat, et quia Eustath. cum Roman. nullam eius fecit mentionem, editiones denique priores verbum νόθος apponunt, magnam excitavit suspicionem. Eum igitur velut inutilem et tenuem repudiarunt Ernestius et Heynius, neque Wolfius ab iis recedit. At quum Venet. eo adscito nec spuriae ori-

ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ἔπειτα καθεζώμεσθα κιόντες
ἐκ πάτου ἐς σκοπιήν, πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.
εἰ δέ κ' Ἄρης ἄρχωσι μάχης ἢ Φοῖβος Ἀπόλλων,
ἢ Ἀχιλῆ' ἴσχωσι καὶ οὐκ εἰῶσι μάχεσθαι,
10 αὐτίκ' ἔπειτα καὶ ἄμμι παρ' αὐτόφι νεῖκος ὀρεῖται
φυλόπιδος· μάλα δ' ὦκα διακρινθέντας ὀΐω
ἂψ ἴμεν Οὔλυμπόνδε, θεῶν μεθ' ὁμήγυριν ἄλλων,
ἡμετέρῃς ὑπὸ χερσὶν ἀναγκαίηφι δαμέντας.
Ὣς ἄρα φωνήσας ἡγήσατο Κυανοχαίτης

κεν δὲ ἄρχωσιν Ἄρης καὶ Φ. Ἀπ. V. L. ap. schol. Vict. — V. 140. ὄρηται V. L. ap. Eustath. 1200, 48. ἐτύχθη V. L. schol. Paris. ap. Heyn. VIII, p. 841. — V. 141. διακριθέντας Lips. Eust. 1200, 48. Rom. — V. 143. ἀνάγκῃ ἶφι V. vulgo, W. et H. —

gnis signum addiderit, nec scholiastae quidquam notaverint, priorum dubia nuperrime elevare ac removere studuit Bothius. Hic igitur, etsi *εἰ καὶ π. φ. εἰ.* aptius habeat, vulgare tamen ferendum censet: Neptunum enim suadere, ut dii Argivorum socii, quod virtute ac robore longe superiores sint, a bello domestico tamdiu abstineant, donec a parte contraria ultro lacessantur. Librarios autem et criticos versum resecuisse propterea, quod Neptunus, causa inepta atque absurda interposita, totum certamen dissuadere videatur. Haec autem a veri specie abesse proxima ostendunt. Ceterum modestior profecto Neptuni erat oratio versu languido et a poetico vigore paene immuni suppresso. Accedit denique, quod versus ex Il. 8, 211., ubi aptior est, a librariis temere huc retractus et leviter immutatus esse videtur. Quibus causis impulsus priores deserere noluerim.

V. 138. Veterum quidam, ut nihil inconcinni et importuni adesset, singularem, qui ne Eustathium quidem latuit (vid. 1200, 53.), plurali deiecto intulerunt. Hunc autem e figura, qui Alcmanis fuisse dicitur, Aristarchum et doctiores tuitos esse schol. Ven. tradunt, add. Matth. in gr. Gr. §. 304., annot. 4. Itaque ab Aldina inde secunda iure meritoque redierunt ad id, cuius sponsor fuit Aristarchus. Alios particulam disiunctivam improbasse schol. A. et Victor. testantur.

V. 140. Futurum sententiae aptissimum praeter libros agnoscit Etym. M. 633, 13.

V. 141. Consonam ad metri integritatem commodam adiiciunt Ven. Vindd. et plurimi, Eustathio 1200, 47. frustra obnitente.

V. 143. Schol. A.: *γράφεται ἀναγκαίηφι*, id quod et Bothius reposuit, neque Heynius aspernatus est. Iam si memineris deos illos natura imbecilles et infirmos fuisse, nulla opus esse vi ac fortitudine intelligitur, ut et necessitate subacti recte

145 τεῖχος ἐς ἀμφίχυτον Ἡρακλῆος θείοιο,
ὑψηλόν, τό ῥά οἱ Τρῶες καὶ Παλλὰς Ἀθήνη
ποίεον, ὄφρα τὸ κῆτος ὑπεκπροφυγὼν ἀλέαιτο,
ὁππότε μιν σεύαιτο ἀπ' ἠϊόνος πεδίονδε.
ἔνθα Ποσειδάων κατ' ἄρ' ἕζετο καὶ θεοὶ ἄλλοι,
150 ἀμφὶ δ' ἄρ' ἄρρηκτον νεφέλην ὤμοισιν ἕσαντο·
οἱ δ' ἑτέρωσε κάθιζον ἐπ' ὀφρύσι Καλλικολώνης,
ἀμφὶ σέ, ἤϊε Φοῖβε, καὶ Ἄρηα πτολίπορθον.
ὣς οἱ μέν ῥ' ἑκάτερθε καθείατο μητιόωντες
βουλάς· ἀρχέμεναι δὲ δυσηλεγέος πολέμοιο
155 ὤκνεον ἀμφότεροι· Ζεὺς δ' ἥμενος ὕψι κέλευεν.

V. 145. Ἡρακλεῖος Vind. quint. — V. 147. ἀλέοιτο Vind. ed. vulgo W. H. et schol. Pindar. ad Nem. I, 96. Plutarch. Quaest. Pl. X, 199. — V. 148. σεύαιτο Harl. ὀππ. μὲν Both. — V. 151. ἑτέρωσε ἐκάθ. Voss. ad hymn. in Cer. 8. — V. 153. καθήατο Vind. quint. Lips. et all. — V. 155. ὄκνεον V. L. ap. schol. A.

dicantur; vid. 18, 113. 19, 66. Quod qui parum assequerentur, ut ei victorum gloriam augerent, et formae rarae atque inusitatae tritum et aliunde notum subiicerent (conf. 19, 417. 21, 208. Od. 18, 57, 156.), ἀνάγκῃ ἶφι δαμέντες, ad libros omnes propemodum propagatum, invexisse videntur.

V. 145. Vid. Apoll. Lex. 104.

V. 147. Eustath. 1200, 61 ἀλέσαιτο ἢ ἀλέοιτο: quorum prius corruptum esse plurimi iudicant. Nam Ven. Vind. quint. Lips. et plures ἀλέαιτο aperte praebent. Aoristo vero primo fidem faciunt Od. 20, 368. et exempla alia, unde eum Homeri privum et proprium instauravi; add. Thiersch. gr. Gr. §. 232, 11.

V. 148. Hiatus non minus quam σεύαιτο transitivum molestias creavit interpretibus, remedia varia circumspicientibus. Ac Bentleius quidem ὁππότε κέν μιν σεύοι, Heynius ὁππότε μὲν σεύηται legendum suasit. Posterius horum Bothius, quae eius est audacia, poetae invito obtrusit. Verum enim vero ὁππότε μὲν nec rei neque Homeri sermoni convenit (vid. 1, 399. 13, 711. Od. 4, 792.); deinde aoristum σεύαιτο alia poetae testimonia vindicant; cf. 3, 26. 11, 415.

V. 150. Mirum est Bothii fastidium, quo impulsus ἀμφὶ δὲ ἄῤῥηκτον Homero reddendum opinatur.

V. 151. Vossio libri ad unum omnes obsistunt, unde a nimia ista subtilitate erat abstinendum. Auctor de poes. Hom. 311. mendosius habet: νίωνοὶ δ' ἑτέρωσε κάθιζον.

V. 156. Cum libris Eustath. 1201, 27. concinit, augmentum vero et numerorum incessus respuit et Aristarchus recidit. Priorem versus partem hic illic proferunt grammatici, vid. lexic. in Bekker. an. Gr. I, 416, 12, et libell. de pros. Gr. §. 23, 6. b.

Τῶν δ' ἅπαν ἐπλήσθη πεδίον, καὶ λάμπετο χαλκῷ,
ἀνδρῶν ἠδ' ἵππων· κάρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσιν
ὀρνυμένων ἄμυδις. δύο δ' ἀνέρες ἔξοχ' ἄριστοι
ἐς μέσον ἀμφοτέρων συνίτην μεμαῶτε μάχεσθαι,
160 Αἰνείας τ' Ἀγχισιάδης καὶ δῖος Ἀχιλλεύς.
Αἰνείας δὲ πρῶτος ἀπειλήσας ἐβεβήκει,
νευστάζων κόρυθι βριαρῇ· ἀτὰρ ἀσπίδα θοῦριν
πρόσθεν ἔχε στέρνοιο, τίνασσε δὲ χάλκεον ἔγχος.
Πηλείδης δ' ἑτέρωθεν ἐναντίον ὦρτο, λέων ὣς
165 σίντης, ὅντε καὶ ἄνδρες ἀποκτάμεναι μεμάασιν
ἀγρόμενοι, πᾶς δῆμος· ὁ δὲ πρῶτον μὲν ἀτίζων

— V. 156. καὶ ἐλάμπετο V. Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 158. ἄμυδις δὲ δύ' ἀνέρε schol. Paris. ap. Heynium VIII, 842. — V. 160. Αἰνείας Ἀγχ. Vind. quint. — V. 163. τινάσσων χ. ἔγχος V. L. eiusd. schol. Paris. — V. 166. ὁ δὲ κρειῶν ἐρατίζων Vind. quint. —

V. 157. Fuisse qui ex hyperbato incommodo et inutili singula quaeque una verborum conclusione devincirent, schol. A. commemoravit. Καρκαίρειν ad soni similitudinem effictum censent Etym. M. 716, 8. Apoll. in Lex. 382. Hesych. II, 150, Homericorum recordati; add. Eustath. 1201, 31. Alii ab alia stirpe id profectum iudicant, ut schol. ad Aristoph. Acharn. 3. Suid. III. 700. Phavor. 1883, 43 sqq.

V. 158. Schol. Parisinus: γράφεται καὶ „δύο ἀνέρες", ἵν' ᾖ ὁμοῦ δὲ δύο ἀνέρες ἐξ ἐναντίας ἀλλήλων. E quibus Heynius ea, quae supra adscripsimus, coniectura proposuit. Illa vero ratione dura et contorta eo minus egemus, quo clarius eius vanitatem poeta ipse coarguit.

V. 159. Vid. 6, 120. 23, 814.

V. 163. Schol. Parisin. ex aliis Homeri locis profecit, vid. 22, 311. 12, 298.

V. 165. Bothius, quod Hercules leonem Nemeaeum apud Theocrit. Id. XXV, 227 sqq. ex insidiis aggreditur, Homeri rusticos non minus procul stare colligit, legendum igitur suadet: ὅντ' ἑκὰς ἄνδρες ἀπ. μ. Iam etsi lubenter concedimus pastores illos ferae adspectu perturbatos tergiversari et tela proiicere, coniecturam tamen importunam et bestiae caedes et singulorum nexus refellunt. Vix autem dici potest, quantum invidiae hisce nostris literis effusa ista fingendi diffingendique libidine concitetur.

V. 166. Primum collectivum numero plurali adiunctum notant veteres, vid. schol. A. et Apoll. de synt. I, 13, 42; tum Vindob. quint. librarius doctus et Homerici sermonis bene gnarus verbum ἀτίζων, quod nonnisi semel reperitur, exemit, clausulam imponendo aliunde traductam, vid. 11, 551. 17, 669. Sed re-

ἔρχεται, ἀλλ' ὅτε κέν τις Ἀρηϊθόων αἰζηῶν
δουρὶ βάλῃ, ἐάλη τε χανών, περί τ' ἀφρὸς ὀδόντας
γίγνεται, ἐν δέ τέ οἱ κραδίῃ στένει ἄλκιμον ἦτορ,
170 οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν
μαστίεται, ἑὲ δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι·
γλαυκιόων δ' ἰθὺς φέρεται μένει, ἤν τινα πέφνῃ
ἀνδρῶν, ἢ αὐτὸς φθίεται πρώτῳ ἐν ὁμίλῳ·

V. 170. ἰσχίον ἀμφ. Longin. περὶ ὕψ. §. 15, 3. — Ib. ἀμφοτέρωσε V. L. ap. schol. A. — V. 171. αἰεὶ δ' αὐτ. libr. pauci, ἓε δ' αὐτὸν Vind. ed. St. Ernest.

receptae lectionis fidem augent grammaticorum testimonia, velut Apoll. in Lex. 172. Etym. M. 169, 55., add. Heynium aliorum exempla cumulantem.

V. 168. Hic quoque ἰάλη et ἐάλη spiritu incerto solet offerri, cf. ad 13, 408.

V. 169. Eust. 1202, 4. et nominativum κραδίη et dativum κραδίῃ consonum ducit: in hoc autem libri conveniunt, illi Heynius Od. 20, 18 sqq. apponit, quanquam ipse recte tuetur vulgarem lectionem.

V. 170. Hiatum nihil extimuisse veteres argumento sunt Etym. M. 66, 7. 642, 6. schol. ad Apoll. Arg. IV, 1614, auct. de vit. Hom. 321. Quorum ad multitudinem nihil valebit Longini dissensio, quae Bentleio fuit grata et accepta.

V. 171. Forma pronominis obsoleta et epicorum propria grammaticorum animum saepe advertit; vid. schol. A. Eustath. 1202, 7. Apoll. Lex. 240. Apoll. Alex. de pron. 318, 6. 363, a. Etym. M. 317, 49. Quo vero tenore sit insignienda illi ipsi sedulo quaesiverunt, ut Apoll. de pron. 367, a. Is igitur, et oxytono et barytono rationem quandam subesse ratus, barytonum ideo praeferendum existimat, quod in similibus eiusmodi pleonasmis et spiritus et accentus inclinentur, velut ἔδνα, ἔεδνα, εἷς, ἕεις. Legem ab eo latam Etym. M. ter probavit, eamque ut veram sumunt Heynius, Matth. in gr. Gr. §. 147, 4. Thiersch. in gr. §. 204, 5, alii. A parte contraria stant tum veteres plerique, tum Wolfius ac Buttmann. in gr. ampl. §. 72, annot. 10. Rem igitur in controversia esse positam apparet. Iam si codices et hisce in minutiis minus diligenter excussi et ad librariorum arbitrium exacti vel nihil dirimunt, vel, ut Vindob. Alteri, ἕε et ἑὲ 24, 134 promiscue edunt, Grammatici vero inter se dissident, caute et diligenter subducamus rationes necesse est. Equidem oxytonum pronominum normae concinere statuerim: ut enim ὅς ἑός, ἅ ἑά, ὅο εἷο ἑεῖο (vid. Apoll. Arg. III, 1334), οἱ ἑοί eundem sibi postulent accentum, ita ἕε non modo illis adversari, verum etiam pronominis vim paene exuere intelligitur. Quae vero ut affinia Apollonius et Etymologici scriptor commemo-

ὣς Ἀχιλῆ' ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸς ἀγήνωρ
5 ἀντίον ἐλθέμεναι μεγαλήτορος Αἰνείαο.
οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες,
τὸν πρότερος προςέειπε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς·
Αἰνεία, τί σὺ τόσσον ὁμίλου πολλὸν ἐπελθὼν
ἔστης; ἦ σέγε θυμὸς ἐμοὶ μαχέσασθαι ἀνώγει,
10 ἐλπόμενον Τρώεσσιν ἀνάξειν ἱπποδάμοισιν

H. all. — Ib. μαχέεσθαι Harl. Vind. quint. Lips. — V. 178. | τί νυ Lips. — Ib. ἀπελθὼν Harl. Vind. quint.

rarunt, ea aut diversa sunt, aut, ut pronomina quaedam, nostrae causae etiam prosunt. Praeterea Apollonius, si bene auguror, ea in re Aristarcho obviam ivit, qui cum Callistrato ἕε tenendum censuit; vid. schol. Ven. ad Il. 24, 134. Alios igitur vel ἕε vel ἑέ (spiritum enim in nominibus similibus non minus ambiguum esse ad Il. 11, 53. 13, 382 iam cognovimus) dedisse admodum verisimile erit. Quae quum ita sint, consideratam Aristarchi tarditatem sectari malui.

V. 172. Verbum torvis et igneis leonis oculis perquam aptum in sua horrea receperunt Apoll. in Lex. 208, Etym. M. 234, 3. Hesych. I, 833, alii; add. scholl. Eustath. 1202, 12 et Hesiodum, Homerica imitatum, in scut. Herc. 430 sqq.

V. 177 sq. Veteres non tam toto Achillis et Aeneae colloquio, sed singulis eius partibus offenduntur, vid. Eustath. 1203, 13 sqq. Heynius, Glauci et Diomedis congressorum imitatorem agnoscere sibi visus, meminisse debebat ea omnia, quae de Achillis pugnandi fervore disserit, non minus cadere in Diomedem iuvenili ardore et Minervae praesidio ferocientem. Neque unquam poetae erit vetitum in simili re similibus et verbis et sententiis uti atque in maiorem narratorum ornatum singula dilatare et a proposito abire. Proximi partem Apoll. de pron. 322, 6. attulit, cuius testimonio Lipsiensis refutatur. Genitivum ὁμίλου nec Bothius neque Heynius recte explicuerunt: nam si iunxeris τί σὺ ἐπ. τόσσον πολλὸν ὁμίλου, nulla prorsus residet difficultas, et varietate librorum quorundam possumus carere.

V. 180 sqq. Versus septem ut compositione ieiunos, sensu exiles et Achillis tum gravitate tum alacritate indignos spuriae originis accusarunt arbitri Alexandrini. Ad suspicionem istam removendam schol. B. et Eustath. varia exprompserunt argumenta ab aliis repetita. Verumtamen Achillem loquaciorem induci, nec quidquam versibus hisce detractis turbari vix erit negandum. Praeterea plura ex aliis Homeri locis sunt assumpta, sed, libris certe tacentibus, nihil calidius statuerim. Structuram Heynio molestam exemplis firmavit Matth. in gr. Gr. §. 360, 4.

τιμῆς τῆς Πριάμου; ἀτὰρ εἴ κεν ἔμ' ἐξεναρίξῃς,
οὔ τοι τοὔνεκά γε Πρίαμος γέρας ἐν χερὶ θήσει.
εἰσὶν γάρ οἱ παῖδες· ὁ δ' ἔμπεδος, οὐδ' ἀεσίφρων.
ἦ νύ τί τοι Τρῶες τέμενος τάμον ἔξοχον ἄλλων,
185 καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης, ὄφρα νέμηαι,
αἴ κεν ἐμὲ κτείνῃς; χαλεπῶς δέ σ' ἔολπα τὸ ῥέξειν.
ἤδη μὲν σέγε φημὶ καὶ ἄλλοτε δουρὶ φοβῆσαι.
ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε πέρ σε βοῶν ἄπο μοῦνον ἐόντα
σεῦα κατ' Ἰδαίων ὀρέων ταχέεσσι πόδεσσιν
190 καρπαλίμως; τότε δ' οὔτι μετατροπαλίζεο φεύγων·
ἔνθεν δ' ἐς Λυρνησσὸν ὑπέκφυγες· αὐτὰρ ἐγὼ τὴν

V. 181. ἐξεναρίξεις libror. pars. — V. 183. εἰσὶ γὰρ editt. antiqq. cum Rom. et Eustath. 1202, 35 — εἰσὶ γὰρ — — ὁ δὲ ἐμπ. Vind. ed. Turneb. St. all. — Ib. ἀπσίφρων Apoll. in Lex. 5, et all. — V. 184. ἦ νύ τί Ald. sec. et all. — Ib. τί σοι Vind. quint. — V. 185. ἐσθλὸν φ. V. W: et nunc vulgo. — V. 186. τόδ' ἔρδειν Vind. quint. τόδε ῥέξειν Lips., male. — V. 187. φόβησα V. Vind. ed. vulgo W. et H. — V. 188. ἦ οὐ editt. antiqq. — Ib. ὅτι πέρ Vind. un. — Ib. βοῶν ἔπι Chia,

V. 182. Vid. 8, 289.

V. 183. Turnebi mutationem ineptam quidem et ab *Homeri* ore absonam dicere possis; ne tamen sine aliqua librorum ope factam credas, Vindob. Alteri admonet. At, litera finali primae voci cum Venet. annexa, omnia bene procedunt, nec differunt Vind. quint. Lips. aliique praestantiores. Vocem ἀεσίφρων plene et accurate pertractavit Buttmann. in Lexil. I, 224 sq.

V. 184. Vindob. quint. mendum accentus prodit; interrogativo autem et hic et v. 188. librorum praesidium adest.

V. 185. Veneto schol. A. obloquitur hisce: γράφεται καλόν, idque rei convenientius alii omnes non minus quam 12, 314, e quo haec transfusa sunt, ostendunt.

V. 186. Verba origine et significatione sibi cognata non ita raro permiscentur.

V. 187. Infinitivum, maiori et meliori librorum parti probatum, Heynius poetae accomodatiorem censuit, Bothius adeo recepit, neque iniuria; vid. 2, 129, 248. 5, 652. 6, 488. 9, 329. 10, 370. 11, 442 et alibi. Mediae vero enuntiationi φημὶ nonnisi semel, relativo praemisso, interpositum reperitur, 5, 184. Respiciunt autem haec proxime ad vers. 90.

V. 188. Praepositionem vel inclinationis expertem vel inclinandam putarunt pro varia singulorum distinctione. Eodem ex fonte βοῶν ἔπι Rhiano et aliis quibusdam adscitum promanasse videtur; id vero tertium potius sibi expeteret casum.

V. 190. Etymologici mendum ad Etymol. Or. 62, 28.

πέρσα μεθορμηθεὶς σὺν Ἀθήνῃ καὶ Διὶ πατρί·
ληϊάδας δὲ γυναῖκας ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπούρας
ἦγον· ἀτὰρ σὲ Ζεὺς ἐῤῥύσατο καὶ θεοὶ ἄλλοι.
ἀλλ' οὐ νῦν σε ῥύεσθαι ὀΐομαι, ὡς ἐνὶ θυμῷ
βάλλεαι· ἀλλά σ' ἔγωγ' ἀναχωρήσαντα κελεύω
ἐς πληθὺν ἰέναι, μηδ' ἀντίος ἵστασ' ἐμεῖο,
πρίν τι κακὸν παθέειν· ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.
Τὸν δ' αὖτ' Αἰνείας ἀπαμείβετο, φώνησέν τε·
Πηλείδη, μὴ δή μ' ἐπέεσσί γε, νηπύτιον ὥς,
ἔλπεο δειδίξεσθαι· ἐπεὶ σάφα οἶδα καὶ αὐτὸς
ἠμὲν κερτομίας ἠδ' αἴσυλα μυθήσασθαι.

Rhian. et Aristoph. — V. 190. πρὶν δ' οὔτι Etym. M. 345, 36. — Ib. μετετροπαλίζεο Harl. et editt. prior. — V. 191. κεῖθεν Strab. XIII, 903, a. — Ib. ἐπέκφυγες Turneb. H. et all. — V. 193. ληΐδας Harl. Apoll. in Lex. 438, perperam. — V. 195. σ' ἐρύεσθαι Vind. ed. St. Rom. — Ib. ὅς ἐνὶ θ. Ald. sec. — V. 197. ἐμοῖο Eustath. 1203, 40. — V. 199. ἀμείβετο Apoll. in Lex. 96, male. —

transiit, ubi peius etiam μετατροπαλίζεω solet edi. Sed ut particulam Eustath. 1203, 2. cum libris sanat, sic idem et etymologi augmentum, cui in composito locus non erat concedendus, praecidunt.

V. 191. Strabo, qui quattuor versus, Aeneae fugam complexos, l. all. recitat, memoria lapsus, κεῖθεν habet; at idem ὑπέκφυγες optimorum consensione firmum et certum suppeditat. Alterum vero, e Turnebianae pravitate ductum, operarum inertia plures commaculavit.

V. 193. Nomen syllaba truncatum plenius et numeris concinnius efferunt Eustath. 1203, 24. Etym. M. 563, 20. Hesych. II, 462.

V. 195. Schol. A: οὕτως Ἀρίσταρχος ἐρύεσθαι χωρὶς τοῦ σ, pro quo „χωρὶς τοῦ ε" Heynius verisimiliter conjicit. Id enim Ven. Vind. quint. aliorumque fide sustentatur, neque aliter existimavit Eustath. 1203, 25: ὅρα δὲ καὶ τὸ Ζεὺς ἐῤῥύσατο οὐκ ἀπὸ τὸ ἐρύω γινόμενον, καθὰ πρὸ τούτων τὸ αὐτὰρ ἐμὲ Ζεὺς εἰρύσατο, ἀλλ' ἐκ τοῦ ῥύω, οὐ χρῆσις εὐθὺς ἐφεξῆς ἐν τῷ ἀλλ' οὐ νῦν σε ῥύεσθαι ὀΐομαι. εἰ μή τις φιλονεικῶν ἐρεῖ δι' ἐκθλίψεως καὶ αὐτὸ κεῖσθαι τὸ ἐρύεσθαι. Quattuor versus, e quibus tres fere integros in Il. 17, 30 sqq. vidimus, ut Achillis orationem arctioribus includerent finibus, inde petitos volunt.

V. 197. Genitivum ἐμοῖο jam H. 17, 32. expellit.

V. 200 ob oculos habuit Etym. M. 684, 32.

ἴδμεν δ' ἀλλήλων γενεήν, ἴδμεν δὲ τοκῆας,
πρόκλυτ' ἀκούοντες ἔπεα θνητῶν ἀνθρώπων·
205 ὄψει δ' οὔτ' ἄρ πω σὺ ἐμοὺς ἴδες, οὔτ' ἄρ' ἐγὼ σούς.
φασὶ σὲ μὲν Πηλῆος ἀμύμονος ἔκγονον εἶναι,
μητρὸς δ' ἐκ Θέτιδος, καλλιπλοκάμου ἁλοσύδνης·
αὐτὰρ ἐγὼν υἱὸς μεγαλήτορος Ἀγχίσαο
εὔχομαι ἐκγεγάμεν, μήτηρ δέ μοί ἐστ' Ἀφροδίτη.
210 τῶν δὴ νῦν ἕτεροί γε φίλον παῖδα κλαύσονται
σήμερον· οὐ γάρ φημ' ἐπέεσσί γε νηπυτίοισιν
ὧδε διακρινθέντε μάχης ἒξ ἀπονέεσθαι.

V. 205. οὔτ' ἄρα πω Both. — Ib. οὔτ' αὖτ' ἄρ' ἐγὼ Ald. sec. Rom. — V. 207. μητρός τ' ἐκ Vind. quint. — Ib. ἁλοάδνης Harl. — V. 210. κεκλαύσονται Vind. quint. — V. 212. διακριθέντε Vind. ed. ol. vulgo. — Ib. μ. ἐξαπονέεσθαι V. Vindd. Eust. 1214, 5. ol. vulgo. — V. 215. Δάρδανον ἄρ πρ. Lips. [illegible] H. et Both. — V. 216. κτ[illegible] Vind. ed. Ald. sec., κτίσε Eust. 1204, 21. et ol. vulgo. — V. 218. αἵ ῥα θ' ὑπ. Apoll. in

V. 204. *Πρόκλυτος* nec vero *πρόκλειτος* vel *προκλυτὸς* e lege certa ac fixa scribendum esse uberius exposui in Excurs. XI, §. 2.

V. 205 sqq. Versus quinque, quibus Achillis et Aeneae genus continentur, ut inutiles ac vanos Alexandrini obelo apposito resecuerunt. Bothius Aeneae verbositatem Glauci iactantia et ambagibus excusat; Heynius totum locum rhapsodorum et diasceuastarum manus expertum putat, de singulis nihil dirimere ausus. Neque criticus diligens et religiosus in tanta monumentorum penuria suum munus praestare aut volet aut possit. Plutarchum in libr. de nobilit. 179 [in Plutarchi ed. Wyttenb. Vol. V. 2. p. 918. ex Wolfii Anecd. IV. p. 73] (add. Fabric. bibliothec. Gr. t. XII., p. 217 ex edit. antiq.) tres versus adscripsisse Heynius commemoravit. Bothius οὔτ' ἄρα πω et libris invitis nec sibi constans, cf. Il. 7, 433, mutavit. Aldinae et Roman. prava operarum sedulitas obfuit; vid. Eustath. 1203, 44.

V. 207. Homeri vestigia vix impressa vides Etym. M. 70, 18: *μητρός τ' ἔκθετα καλῆς ἁλοσύδνας*. Fonte autem horum detecto, medicina in promptu est. Adversativam praecedentibus commodiorem Venet. Eustath. 1203, 45. ac plurimi tuentur.

V. 210. Vindob. quinto, ut opinor, glossa insidet.

V. 212. Consonam ex usu vulgari neglectam Ven. et libri accurati repetunt; de postremis vid. ad 16, 252. 5, 763.

V. 213 sq. Ut in Glauci et Diomedis congressu 6, 150 sq. obvii diple notantur.

V. 215. Consequutivam praeter Lipsiensem duo alii Heynii libri et auct. de vit. Homer. 316. admittunt, eamque vel ἄν veram

εἰ δ' ἐθέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι, ὄφρ' ἐῢ εἰδῇς
ἡμετέρην γενεήν· πολλοὶ δέ μιν ἄνδρες ἴσασιν·
Δάρδανον αὖ πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα Ζεύς,
κτίσσε δὲ Δαρδανίην· ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρὴ
ἐν πεδίῳ πεπόλιστο, πόλις μερόπων ἀνθρώπων,
ἀλλ' ἔθ' ὑπωρείας ᾤκεον πολυπίδακος Ἴδης.
Δάρδανος αὖ τέκεθ' υἱὸν Ἐριχθόνιον βασιλῆα,
ὃς δὴ ἀφνειότατος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων·
τοῦ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο
θήλειαι, πώλοισιν ἀγαλλόμεναι ἀταλῇσιν. —

Lex. 678. — Ib. πολυπιδάκου V. L. ap. schol. A, Eustath. 1204, 24. ol. vulgo. πολυπίδακος ᾤκεον Ἴδης Both. — V. 220. ὃς δ' ἀφν. id. — V. 221. τρισχίλιαι V. τρισχίλιοι Maxim. Tyr. dissert. XXXIX, 239. — Ib. καταβουκολέοντο id. Rom. all. et Eust. 1205, 35. — V. 222. ἀταλοῖσιν Lips. Vind. quint. ἀταλῇσι Ald. sec. —

censet Bothius; Wolfius autem, cui illud olim arriserat, prudenter retractavit sententiam. Nam Aeneas Iovem et aliorum multorum et Dardani patrem fuisse significare videtur. Praeterea in recepto conveniunt plurimi, ut Plutarch. de nobil. 180. Strab. XIII, 885, 6. Maxim. Tyr. dissert. XXVIII, 63.

V. 216. Dardani urbs quae fuerit, Strab. l. all. et chorographi alii indagare studuerunt; vid. Heyn. et Bothium. Sibilam geminam, quam numeri desiderant, Ven. Rom. et alii praebent.

V. 218. Apollonio obnituntur Ven. Vindd. et testes alii, ut Plat. de leg. III, 681. Strab. XIII, 886, a., quanquam hi omnes cum Eustath. πολυπιδάκου Ἴδης, Aristarcheo posthabito, edunt, sed vid. ad v. 59. Platoni insuper e dialecto communi ᾤκουν, Homeri sermoni ineptum, est illatum. Nec Bothio erant verba transponenda; eam enim numerorum elegantiam poeta nec novit nec sibi expetit.

V. 220. Hic quoque Bothius, spreta librorum omnium auctoritate, suo iudicio rem administravit.

V. 221. Eustathio praepositionem coniungenti obviam it schol. A: τὸ ἑξῆς, inquit, ἐστὶ καθ' ἕλος· διὸ ἀναστρεπτέον τὴν πρόθεσιν, vid. dissertat. de vi et usu praeposit. ἀνὰ et κατὰ apud Homer. §. 16, 31. Horum autem plures sunt memores, ut Diod. Sicul. IV, 75. Iulian. Or. II, 52, 6. Aelian. in histor. animal. IV, 6, qui, de verbo minus consentientes, in femineo genere, librorum testimonio certo et fixo, nihil discrepant.

V. 222. Femininum de utroque genere promiscue dictum plurimi firmant; Aldinae vero operarum festinatio vulnus infixit.

τάων καὶ Βορέης ἠράσσατο βοσκομενάων,
ἵππῳ δ' εἰσάμενος παρελέξατο κυανοχαίτῃ·
225 αἳ δ' ὑποκυσάμεναι ἔτεκον δυοκαίδεκα πώλους.
αἳ δ' ὅτε μὲν σκιρτῷεν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων·
ἀλλ' ὅτε δὴ σκιρτῷεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης,
ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος ἁλὸς πολιοῖο θέεσκον. —

V. 225. ὑποκυσσάμεναι Vind. ed. vulgo, W. H. et Both. — V. 226. ὅτε δὴ σκ. Apoll. schol. ad Arg. 1, 184. — V. 227. καρπῶν H. Both. — V. 228. ἀλλ' ὅτε δὲ H. et Ar., ut videtur. — V. 231. ἀμύμονος V. Vind. quint. Ald. sec. — V.

V. 224. Heynius ex Aret. de morb. diuturn. II, 13. ἵππῳ ἐεισάμενος affert, idque magis Homericum indicat. Particulam tamen et aegre desiderari, neque ἀσύνδετον bene huc transferri patebit.

V. 225. Vid. ad 6, 26. Iis autem, quae ibi approbavi, praeter Venet. concinit Eust. 1205, 37.

V. 227. Bothius ex editione Florent. aliisque paucis καρπῶν reduxit, et quartum casum in omnibus omnino libris et apud Eustath. 1205, 64. lectum vix Graecum habet, si quidem θέειν ἐπί τι sit accurrere aliquo. Non assentior: nam hi ipsi versus ἐπί τε θέειν super aliquid decurrere indicare argumento sunt. Recte igitur praecipit Eustath. l. all.: τὸ δὲ ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν, ὡς καὶ τὸ ἄκρον ἐπὶ καρπόν, καὶ ἐπὶ νῶτα θαλάσσης, καὶ ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος πρόθεσιν ἔχει ἀντὶ προθέσεως. εἴληπται γὰρ ἀντὶ τοῦ κατὰ ἄρουραν καὶ κατὰ νῶτα θαλάσσης καὶ κατὰ ἄκρον. οὕτω γὰρ εὐοδοῦται ὀρθῶς ἡ σύνταξις. Eum vero usum praepositionis ἐπὶ sexcenta Homeri exempla comprobant; vid. Il. 7, 88. 9, 506. 10, 27. 13, 27. 15, 80, 685. alibi. Neque Hesiodi fragmentum multiplici varietate distinctum quidquam prodest Bothio; vid. Ruhnk. epist. crit. 108 sq. et Göttling. Hesiod. fr. 156. Genitivus autem ex eorum profectus est emendatione, qui ἀνθέρικας non aristas, sed herbae genus significare putarunt, de quo et scholl. atque Eusth. 1206, 7. admonent et in commentario dicemus.

V. 228. De Aristarchi scriptura diversa tradunt schol. A et B, ille quidem: Ἀρίσταρχος ἀλλ' ὅτε δέ, ἄλλοι δὲ ἀλλ' ὅτε δὴ διὰ τοῦ η, hic vero: Ἀρίσταρχος ἄλλοτε, ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἀλλ' ὅτε. Neque assequor, quid commodi e duplici adversativa capiamus, unde, si vel maxime prius fuerit Aristarchi, libri non erant deserendi, praesertim quum ἀλλ' ὅτε δὴ poetae sit in deliciis.

V. 229. Genitivo, numeris suadentibus, bis utitur poeta; vid. schol. A. ad vers. 227. Eustath. 1206, 15, quocum conspirant Phavor. 1617, 51. et Philem. Lexic. p. 110, 166 ex edit. Osanni.

V. 231. Adiectivum vel Troi vel eius filiis sociare licet. Hoc

230 Τρῶα δ' Ἐριχθόνιος τέκετο Τρώεσσιν ἄνακτα·
Τρωὸς δ' αὖ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο,
Ἶλός τ' Ἀσσάρακός τε καὶ ἀντίθεος Γανυμήδης,
ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων·
τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν
235 κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.
Ἶλος δ' αὖ τέκεθ' υἱὸν ἀμύμονα Λαομέδοντα·

232 et 236 Ἴλλος Lips. all. et editt. antiqq. — V. 234. τὸν μὲν ἀνηρ. V. L. ap. schol. A. ὃν καὶ ἄν. Apoll. de synt. II, 21, 153. ἂν ἠρείψαντο grammatic. pars. — V. 235. εἵνεχ'. ἑοῖο Bentl. coniect. —

autem et structurae magis conducit, et aliorum similitudini accinit, vid. 14, 115. Alia ratio in Od. 8, 118. obtinet, ubi genitivum patris nomini congruum scienter revocarunt.

V. 232. Ilii nomen et Ili sepulcrum 10, 415. 11, 166, 372. consonam geminam redarguunt. Romanam inter utrumque male fluctuantem convincit Eustath. 1204, 32.

V. 234. Ganymedis raptum a poetis et mythographis vario modo explicatum esse scholl. Ven. et Eust. 1205, 10. tradunt. His autem in aliud tempus reiectis, quemadmodum singula apud poetam sint constituenda, breviter dispiciamus. Iam eos, qui velut Apollonius, Theonis filius, ἂν ἠρείψαντο potius iudicarunt, interpretes Veneti sic refutant, ut primum horum opinioni Aristarchi et Ptolemaei sententiam opponant, tum ἐρείπειν Homero inauditum esse doceant, denique ἂν et καί, quarum altera prius dicta tollat, altera praemissa subiunctis connectat, sibi invicem adversari ostendant. Itaque illi, qui conditionali a verbo secreta sunt usi, deos Ganymedem, eximia forma insignem, nisi praematura morte occubuisset, rapturos fuisse statuerunt. Nam quum diis coenantibus sub finem libri primi Vulcanus, Hebe initio quarti pocula ministrent, Ganymedem nec deorum pincernam egisse, neque a diis in Olympum sublatum esse arbitrati sunt. At obiici potest poetam deos nonnisi bis induxisse compotantes, Ganymedem vero revera abductum fuisse Il. 5, 265. testificari, Aeneam porro in maiorem suae gentis honorem rem magis exornare, falsaque veris admiscere. Quod argumentum schol. B. de suo adiecisse videbitur. Usitatum grammaticorum argutiis praeferendum esse libri non minus quam ingens aliorum testium numerus nobis persuadent. Vid. Apollon. de pron. 320, a. Etym. M. 107, 59. schol. ad Apoll. Arg. III, 115. schol. ad Pindar. Ol. X, 122. Achill. Tat. de amor. Leuc. et Clitoph. II, 36. Postrema duo insuper exstant in Aristotel. art. poet. XXVI, 21.

V. 235. Nihil suspecti mendosive subesse et Od. 15, 251. et pars auctorum, quos modo nominavi, indicio sunt, quanquam ex Iliade temere haec in Odysseam irruisse veteres arbitri censent. Vid. schol. A, add. Athen. XIV, 566, d.

Λαομέδων δ' ἄρα Τιθωνὸν τέκετο Πρίαμόν τε,
Λάμπον τε Κλυτίον θ' Ἱκετάονά τ', ὄζον Ἄρηος·
Ἀσσάρακος δὲ Κάπυν· ὁ δ' ἄρ' Ἀγχίσην τέκε παῖδα·
240 αὐτὰρ ἔμ' Ἀγχίσης, Πρίαμος δ' ἔτεχ' Ἕκτορα δῖον.
ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.
Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε,
ὅππως κεν ἐθέλῃσιν· ὁ γὰρ κάρτιστος ἁπάντων.
ἀλλ' ἄγε μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα, νηπύτιοι ὥς,

V. 243. ὁ γάρ κ' ὄχ' ἄριστος ἁπ. V. et schol. A. — V. 247. ἑκατόνζυγος Vind. ed. ol. vulgo et schol. Pind. ad Pyth. IV, 501.

V. 241. Cf. 6, 211. Bekker. An. Gr. I, 356, 18 et Excurs. IX, §. 2.

V. 242. His Aeneam ignaviam ab Achille sibi obiectam excusare prudenter intellexit Eustath. 1206, 21 sqq. Simili modo Glauco se purgat Hector 17, 176 sqq. Plutarchus Homerica suae sapientiae accomodavit de aud. poet. VI, 87. [T. 11. p. 24. R.]. Ceterum ea a Stobaeo in ecl. phys. I, 3, 4 et rhetoribus proferri Heynius dixit.

V. 243. Nescio, cur Heynio ὁ γὰρ ὄχ' ἄριστος ἁπ., in uno Veneto lectum, melius videatur, praesertim quum schol. A. vulgare apponat, idque, ab omnibus probatum, huic quidem sententiae maxime conveniat.

V. 244. Vid. ad 13, 292.

V. 246 sqq. Veteres nostrae aetatis criticis longe modestiores fuerunt. Illi enim quinque versus 251 — 55, ut importunos et Aeneae dictis contrarios denotare satis habuerunt, eosque ne sustulerunt quidem. Heynius contra ac Bothius integros decem versus, tanquam rhapsodorum loquaciorum emblema, matronarum Graecarum decore aeque ac principis persona, qualem Aeneas sustinet, indignum, confodiendos tollendosque putant. At reputandum erat poetam hominum mores, quales sint, nobis depingere atque adumbrare. Itaque quemadmodum Thersitem convicia spargentem, Achillem stomachantem, Agamemnonem et Patroclum flentes, aliosque aliis animi affectibus commotos non modo non vituperamus, sed poetam etiam naturae veritatem imitatum laudamus et admiramur, ita mulieercularum rixas, vel hodie aures nostras obtundentes, nemo sanus improbabit. Si quid autem molesti et ingrati subest, id profecto in nimia Achillis patientia potius quam in effusa Aeneae garrulitate erit quaerendum. Neque ex eo, quod alia alibi leguntur in Homericis, alia ab ista aetate remota putantur, argumenta certa satis ac firma poterunt colligi. His igitur rationibus impulsus Wolfii verecundiam malui sequi quam Bothii audaciam.

V. 247. Heynius et Bothius ἑκατόζυγον νῆα, ut optimi

ἑσταότ' ἐν μέσσῃ ὑσμίνῃ δηϊοτῆτος.
ἔστι γὰρ ἀμφοτέροισιν ὀνείδεα μυθήσασθαι
πολλὰ μάλ'· οὐδ' ἂν νηῦς ἑκατόζυγος ἄχθος ἄροιτο.
στρεπτὴ δὲ γλῶσσ' ἐστὶ βροτῶν, πολέες δ' ἔνι μῦθοι
παντοῖοι· ἐπέων δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα.
250 ὁπποῖόν κ' εἴπῃσθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις.
ἀλλὰ τίη ἔριδας καὶ νείκεα νῶϊν ἀνάγκη
νεικεῖν ἀλλήλοισιν ἐναντίον, ὥστε γυναῖκας,

— V. 248. τρεπτὴ Vind. un. — V. 250. ὁποῖον Rom. — V. 251. καὶ ὀνείδεα V. L. ap. schol. A. —

quique scribi iubent, aevo Homerico ignotam manifestum interpolationis indicium censent. At isti dubitationi iam occurrit schol. Vict. hisce: ἑκατόζυγος· ἤδη οὖν καὶ ἐπὶ Τρωϊκῶν τηλικαῦται νῆες. ἢ τὴν πολύκωπόν φησιν, add. Eustath. 1206, 27. et Lehrs. de Arist. stud. Hom. 348 sq. Ceterum haec et ἁμάξας βλασφημιῶν, quas e Luciani eunuchi pr. adduxit Heynius, in proverbium fere abiisse discimus e lexic. Seguer. in Bekker. Anecd. Gr. I, 24, 32 sq. et Erasm. Adag. 108 sq.

V. 248. Nullius momenti est Vindob. dissimilitudo, a sola librarii festinatione prognata. Linguae autem volubilitatem et celeritatem epitheto describi sua sponte apparet, vid. Eustath. 1206, 44. et schol. A, quem immerito reprehendit Heynius. Versu proximo νομὸν oxytonum esse habendum schol. A. refert: πολὺς νομός· ὀξυτόνως, ἵνα σημαίνηται ὡς ἐν τῇ συνηθείᾳ ἡ νέμησις· τοῦτο γὰρ ἐμφάσεως μείζονός ἐστι σημαντικόν; add. Eust. 1206, 48. metaphoram a pratis repetentem. Iis autem temporis posterioris vestigium insculptum opinatur Bothius, temere profecto, siquidem Hesiodium Op. 403: ἀχρεῖος δ' ἔσται ἐπέων νομὸς nostro non tam adversatur quam patrocinatur. Homerica, ut vitae quotidianae usuique communi apta, plures proferunt rhetores, sicut Diogen. Laert. IX, 11, 73. Dio Or. XII, 408. et Clemens Alex. Strom. I, p. 208 ed. Par. Ii vero, quum memoriter poetae versus adscriberent, singula minus accurate reddiderunt. Ac Diogenes quidem, qui tres versus integros fere inseruit, v. 249, prima voce resecta, ἐπέων δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα dedit. Dio utrumque ad suum arbitrium immutavit ita: στρ. γὰρ γλῶττ' ἐστὶ βρ., π. δ' ἔνι μῦθοι, παντοῖος δ' ἐπ. πουλὺς νομὸς ἔνθα κ. ἔνθα. Clemens denique παντοίων ἐπέων δ. π. ν. recitavit. Nemo autem eorum sive libidini seu negligentiae fidem habebit.

V. 250. Minus placet Heynii acumen, quo motus κε eiicit; eo vero depulso rhapsodorum fraudem patefieri censet.

V. 251. Καὶ ὀνείδεα est eius, qui, νείκεα et νεικεῖν brevi intervallo ter repetita aspernatus, copiam et varietatem quaesivit.

αἵτε χολωσάμεναι ἔριδος πέρι θυμοβόροιο
νεικεῦσ' ἀλλήλῃσι μέσην ἐς ἄγυιαν ἰοῦσαι,
255 πολλά τ' ἐόντα καὶ οὐχί· χόλος δέ τε καὶ τὰ κελεύει.
ἀλκῆς δ' οὔ μ' ἐπέεσσιν ἀποστρέψεις μεμαῶτα,
πρὶν χαλκῷ μαχέσασθαι ἐναντίον. ἀλλ' ἄγε θᾶσσον

V. 254. ἀγυιάν Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 255. πολλὰ τά τε καὶ οὐχί V. et scholl. πόλλ' ἐτεά τε καὶ οὐχί Vindd. all. vulgo W. H. et Both. — V. 256. ἀποτρέψεις Vind. ed. all. vulgo, W. H. et Both. μετατρέψεις V. — V. 257. μαχέσσθαι Harl. —

V. 253. Vid. ad 19, 58. Accentus vitium ἐριδὸς περὶ θυμοβ. apud Heynium et alibi obvium sustulerunt diligentiores.

V. 254. Ἀγυιάν, ultima correpta, falso iudicari oxytonum hodie constat, vid. Eust. 1206, 62. et libell. de prosod. Gr. §. 17, 5, annot.

V. 255. Tametsi veteres inter se dissensisse scimus, singulorum autem sententiae minus patent, editiones tamen libris emendatiores esse non continuo dixerim cum Heynio. Nam Vindd. Lips. et alii cum illis faciunt, Venet. autem mendo, ad eius scholiastas propagato, inquinatur, e quo si minus poetae, at certe Aristarchi manum, Eustathii et schol. Victor. copiis adiuti, eliciamus necesse est. Iam schol. A. sic praecipit: οὕτως Ἀρίσταρχος, πολλά τά τε καὶ οὐχί, τά τε ταῖς ἀληθείαις ὄντα καὶ μή. τὰ δὲ φαυλότερα τῶν ἀντιγράφων ἐτεά ἔχει, τουτέστιν ἀληθῆ. Quae Venet. libro ad amussim respondent, sed ita nec poetam scribere neque Aristarchum emendare potuisse manifesto intelligitur. Nihilo minus schol. alter corruptelam non modo non sanavit, sed etiam auxit, dum ait: οὕτως Ἀρίσταρχος· ἄλλοι δὲ πολλά τ' ἐόντα, τὰ δ' οὐχί. Nam quae Aristarchi fuisse videntur, alii tribuit, vulgare contra Aristarcho adscribit. Vere nos ita existimare schol. Victor., schol. Ven. B. et Eustath. 1206, 63. argumento sunt. Ille quidem: πολλά τε ὄντα καὶ οὐχί. οὕτως αἱ Ἀριστάρχου, ἀντὶ τοῦ τά τε τῆς ἀληθείας ὄντα καὶ οὔ, Eustath.; ἐν δὲ τῷ, inquit, πολλὰ ἐτεά τε καὶ οὐχί, γράφουσιν οἱ παλαιοί, ὅτι τὰ τῶν ἀντιγράφων εἰκαιότερα ἔχουσι τὴν τοιαύτην γραφήν, τὰ δὲ ἀκριβέστερα οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὅτι πολλά τε ὄντα καὶ οὐχί, ὅ ἐστι, πολλὰ ἀληθῆ καὶ ψευδῆ. Haec si consideraveris, Aristarchum πολλὰ τ' ἐόντα καὶ οὐχὶ legisse admodum probabile erit, idque in Dammii Lex. Hom. 461, b. sub finem iam ab aliis occupatum videmus. Lepida vero est Bothii ratio, qui, nihil monitus ab Heynio, ἐτεά Homero posterius et proinde totum locum suspectum habet. Vulgare vel e glossa ducit originem vel ex Il. 2, 300. traductum est; eo igitur deiecto Aristarchi et meliorum iudicio obtemperavi. Praeterea Dio in Or. 40, 173. tres poetae versus in duo contraxit sic sonantes:

αἵ τε χολωσάμεναι ἀγορῆς ἐς μέσσον ἰοῦσαι,
νεικεῦσ' ἀλλήλῃσι, χόλος δὲ τά καὶ τὰ κελεύει.

Quorum priora ut levia et inania silentio praeterire liceat; ulti-

γευσόμεθ' ἀλλήλων χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν.
Ἦ ῥα, καὶ ἐν δεινῷ σάκει ἤλασεν ὄβριμον ἔγχος,
260 σμερδαλέῳ· μέγα δ' ἀμφὶ σάκος μύκε δουρὸς ἀκωκῇ.
Πηλείδης δὲ σάκος μὲν ἀπὸ ἕο χειρὶ παχείῃ
ἔσχετο ταρβήσας· φάτο γὰρ δολιχόσκιον ἔγχος

V. 259. ἐν δινῷ V. Ar. σάκεϊ ἔλασ' ὀβρ. Ar. W. et nunc vulgo. χάλκεον ἔγχος Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 260. σμερδαλέον Vind. un. editt. antiqq. — Ib. ἀκωκή Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 261. ἀπὸ οὗ Z. —

mum Reiskio tantopere placuit, ut ad Homerum transferendum censeret et verteret: „iracundia haec et illa suggerente, et modo ad hoc probrum, modo ad aliud spargendum impellente.“ Sed poeta demonstrativum proxime praecedentibus adiunctum voluit, hoc sensu: multa sibi invicem exprobrant, vera aeque ac ficta: nam ira haec quoque i. e. ficta suppeditat, vid. 6, 70. Quam poetae mentem scite et decenter Vossius expressit.

V. 256. Schol. A. μεταστρέψεις· γράφεται ἀποστρέψεις, idemque novit Eustath. 1207, 1. Recepi ergo ut gravius et intensae Aeneae orationi accommodatius (vid. ad 12, 249), etsi Wolfius ἀποτρέψεις tenendum putat in praef. ed. nov. p. 75.

V. 259. Primum videamus de Aristarchi scriptura, quam scholiastes A. ita constituit: οὕτως ἡ Ἀριστάρχου. διαιρετέον τὸ σάκεϊ, καὶ Ἰακῶς τὸ ἔλασσε. καὶ τὸ δινῷ δὲ ἔξω τοῦ ε, ἀπὸ τοῦ δινεῖσθαι „δινωτὴν φορέουσα“ Il. 13, 407. Horum alterum Wolfius reposuit, alterum prudenter, ut videtur, sprevit. Nam adiectivum δινός oriundum a nomine δῖνος, quod vel tornum vel poculi genus (vid. Athen. XI, 467, d. et Eust, 1207, 8 sqq.), significat, inusitatum fuit et ab Eustathio frigide scribentibus et dicentibus (ψυχρογραφεῖν καὶ ψυχρολογεῖν θέλουσι) datur. Sed posterior emendationis illius pars non minus anceps atque incerta videtur: primum enim σάκει ἤλασε quum Venet. liber tum grammaticus alter aut verbum certe, augmento instructum, agnoscit, porro codices omnes omnino et Eustath. 1207, 5. Aristarcheum ignorant, ad postremum Aristarchus augmento infestior pro suo arbitrio singula refinxisse censendus est. Sicut autem numeri vulgares Aeneae ictum gravem et celerem egregie describunt, ita eos ab immutatione tutos praebeant 5, 584. 20, 475, a quibus haud multo absunt 13, 614. 16, 338. Ne quis vero σάκει bisyllabum Homero inauditum putet, synaeresin eam 13, 565. comprobare adiicio. Extremo versu ὄβριμον ἔγχος Ven. Harl. plures Heyn. et Eustath. l. all. obtulerunt.

V. 260. Stephan. primus σμερδαλέῳ e Rom. et Eust. 1207, 5. scienter induxit, eique Ven. Viudd. et longe plurimi locum relinquunt. In fine dativum non modo Eustath. 1207, 19. multo aptiorem existimat, verum etiam Venet. aperte ostendit.

V. 261. Zenodotum Apollon. de synt. II, 21, 163 sq. excusat quidem, at eius formam sermoni Homerico repugnare docet.

ῥέα διελεύσεσθαι μεγαλήτορος Αἰνείαο·
νήπιος· οὐδ' ἐνόησε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν,
265 ὡς οὐ ῥηΐδι' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα
ἀνδράσι γε θνητοῖσι δαμήμεναι, οὐδ' ὑποείκειν.
οὐδὲ τότ' Αἰνείαο δαΐφρονος ὄβριμον ἔγχος
ῥῆξε σάκος· χρυσὸς γὰρ ἐρύκακε, δῶρα θεοῖο·
ἀλλὰ δύω μὲν ἔλασσε διὰ πτύχας, αἱ δ' ἄρ' ἔτι τρεῖς
270 ἦσαν· ἐπεὶ πέντε πτύχας ἤλασε Κυλλοποδίων,
τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἔνδοθι κασσιτέροιο,
τὴν δὲ μίαν χρυσέην· τῇ ῥ' ἔσχετο μείλινον ἔγχος.

V. 263. ῥεῖα δ' ἐλ. V. et al. vulgo, ῥεῖάδ' ἐλ. Vind. ed. — V. 265. ἐρικ. ἔργα V. L. ap. schol. A. — V. 266. ἠδ' ὑποείκειν editt. antiqq. — V. 269. δύο μὲν Lips. all. et Eust. 1207, 31. — Ib. θλάσε vel potius θλάσσε grammatici quidam. —

V. 263. Vid. ad 13, 144.

V. 264. Colo melius distingui ad 12, 113. dixi; vid. 2, 38, 873. 5, 406. et alibi.

V. 266. Hemistichium prius de Achillis equis adfuit 10, 403; postea negandi particulam libri non minus atque Eustath. 1207, 26. cum aliis commentatoribus praeferunt; merito igitur eam reduxerunt Turnebus et Stephanus, aliis accedentibus. Grammatici autem eam meliorem censent, quod arma Vulcania nec frangi neque inclinari posse sumunt. Hinc schol. Victor.: οὐχ ὅσον τρωθῆναι, ἀλλ' οὐδ' ἐνδοῦναι, πρὸς τὰ ἑξῆς ἀθετούμενα, etsi idem paullo ante contrarium exemplis studet firmare; vid. potissimum 21, 164. Quare arma quidem laedenda, nec vero facili opera perforanda existimat, idque ipsis poetae verbis optime convenit.

V. 267 sq. Vid. ad 3, 348.

V. 269 sqq. Quod haec prioribus aperte contradicere videntur, versibus quattuor spuriae originis nota in Ven. est appicta; vid. schol. A. Alii, velut Autochthon et eius asseclae, de ordine, quo metallorum laminae in Achillis clypeo a Vulcano constructae fuerint, copiosius disputarunt. Qui quum aurum in superficie ponerent, vel θλάσσεν correxerunt, vel ἔλασεν aliter interpretando ad id, quod animo informabant, detorserunt. Huc spectant Porphyrii verba apud schol. Ven. B.: ἀπολυόμενοι οὖν τὴν ἀπορίαν οἱ πλεῖστοι, τὸ ἔλασεν οὔ φασιν εἰλῆφθαι ἄνωθεν διέκοψεν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ διέθλασεν· θλασθῆναι μὲν γὰρ καὶ κοιλανθῆναι δύο πτύχας, τὴν χρυσῆν καὶ μίαν τῶν χαλκῶν ὑπὸ τὴν χρυσῆν, μὴ διακοπῆναι δέ, ἀλλὰ σχεθέντος ἐν τῇ χρυσῇ τοῦ δόρατος, καὶ κοιλάναντος μὲν αὐτὴν καὶ τὴν ὑπ' αὐτήν, οὐ διακόψαντος δέ, οἱ δὲ καὶ αὐτόθεν ἀξιοῦσι μὴ ἔλασσε γράφειν, ἀλλὰ θλάσεν, ἄνωθεν φάσκοντες ἁμαρτάνοντά τινα γράψαι τὸ ε̄ τὴν λοιπὴν περιφέρειαν τοῦ θ̄ παρέντα, ἄτρωτα γὰρ τὰ ἡφαιστότευκτα μὴ διακοπῆναι: add. Eustath. 1207, 49 sqq. Spinosiora haec esse, quam ut concedi

Δεύτερος αὖτ' Ἀχιλεὺς προΐει δολιχόσκιον ἔγχος,
καὶ βάλεν Αἰνείαο κατ' ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην
75 ἄντυγ' ὕπο πρώτην, ᾗ λεπτότατος θέε χαλκός,
λεπτοτάτη δ' ἐπέην ῥινὸς βοός· ἣ δὲ διαπρὸ
Πηλιὰς ἤϊξεν μελίη, λάκε δ' ἀσπὶς ὑπ' αὐτῆς.
Αἰνείας δ' ἐάλη, καὶ ἀπὸ ἕθεν ἀσπίδ' ἀνέσχεν
δείσας· ἐγχείη δ' ἄρ' ὑπὲρ νώτου ἐνὶ γαίῃ
80 ἔστη ἱεμένη, διὰ δ' ἀμφοτέρους ἕλε κύκλους
ἀσπίδος ἀμφιβρότης· ὁ δ' ἀλευάμενος δόρυ μακρὸν
ἔστη, κὰδ δ' ἄχος οἱ χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖσιν,

V. 272. χρυσῆν V. Vindd. et ol. vulgo. — Ib. χάλκεον ἔγχος Vindd. et ol. vulgo. — V. 276. διὰ πρὸ V. Vindd. ol. vulgo et H. — V. 278. Αἰνείας δὲ Fάλη Heyn. coniect. — V. 282. κὰδ δ' ἀχλὺς χ. Bentl. et Heyn. coni. —

posint, Porphyrius pluribus demonstravit, eique Heynius et Weickerus de clyp. Achill. 555 sq. assensum praebent. Nihil igitur impedit, quominus duos superiores clypei ordines aeneos, medium aureum, inferiores denique stanneos fuisse iudicemus. Paullo post χρυσῆν noto et frequente scribarum errore, prouti dialectus communis postulat, in bisyllabum omnes propemodum contrahunt; μείλινον autem ἔγχος Veneto et Romanae acceptum refertur. Ceterum dimidium v. 270 in Etymol. M. 325, 51, idem et sequentes duo in Heracl. Pont. allegor. Hom. p. 476 enotatos reperimus, ultimi denique hemistichium ab Aristot. de art. poet. c. XXVI, 22. quaestionibus Homericis accensetur.

V. 273 sq. Vel Aristarchus et eius schola, ut illius praeceptis concinerent, emendarunt, vel, quod scholiastae tradunt, Zenodotus aliter constituit. Quo referenda sunt schol. A. dicta: ἡ διπλῆ περιεστιγμένη, ὅτι Ζηνόδοτος μετεποίησεν οὕτως, μελίην ἰθυπτίωνα ἀσπίδα νύξ' ἐς χαλκὸν ἀμύμονος Αἰνείαο· οὐκ ἐκ χειρὸς δὲ ἐπέτυχεν ὁ Ἀχιλλεύς, ὅπερ διὰ τῆς νύξε σημαίνεται, ἀλλὰ βέβληκε τὸ δόρυ. διὸ καὶ ἑξῆς αὐτὸ βέλος εἴρηκεν. Haec attingunt notum illud discrimen, quo βάλλειν et οὐτάζειν dirimenda censuit Aristarchus; vid. ad 16, 467. et scholl. AV. ad vers. 279, 284, 285, ubi sic praecipit interpres: ἡ διπλῆ, ὅτι βέβληκε τὸ δόρυ ὁ Ἀχιλλεύς, οὐ νένυχεν ἐκ χειρός, ὥσπερ Ζηνόδοτος πεποίηκεν· τὸ γὰρ ἄγχι παγῆναι οὐκ ἄλλως ἔστιν ἢ ἐκ προθέσεως, pro quo, quin προέσεως sit corrigendum, nemini erit dubium. Zenodoteum vero ipsum, cuius prior pars infra 21, 169. redit, minus diligenter nobis transmissum esse et verbi defectus et Heynii varietas, e schol. Victor. petita, ostendunt. In eo enim fuit: νύξεν ἔπειτα δὲ χαλκὸν ἀμύμονος Αἰνείαο. Aristarcheum et libri habent et Eust. 1208, 20.

V. 278. Vid. ad v. 168. et Etym. M. 307, 8.

V. 282. Aeneam Achillis hasta prope pedes solo infixa non tam luctu quam stupore perculsum fuisse Heynius et Bent-

ταρβήσας, ὅ οἱ ἄγχι πάγη βέλος. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
ἐμμεμαὼς ἐπόρουσεν, ἐρυσσάμενος ξίφος ὀξύ,
285 σμερδαλέα ἰάχων· ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ
Αἰνείας, μέγα ἔργον, ὃ σὺ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν,
οἷοι νῦν βροτοί εἰσ'· ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος.
ἔνθα κεν Αἰνείας μὲν ἐπεσσύμενον βάλε πέτρῳ
ἢ κόρυθ', ἠὲ σάκος, τό οἱ ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον·
290 τὸν δέ κε Πηλείδης σχεδὸν ἄορι θυμὸν ἀπηύρα,
εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε Ποσειδάων ἐνοσίχθων.
αὐτίκα δ' ἀθανάτοισι θεοῖς μετὰ μῦθον ἔειπεν·
Ὢ πόποι, ἦ μοι ἄχος μεγαλήτορος Αἰνείαο,
ὃς τάχα Πηλείωνι δαμεὶς Ἄϊδόςδε κάτεισιν,
295 πειθόμενος μύθοισιν Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο·

V. 288. ἐπεσσύμενος libr. pauc. — V. 299. διδοῖ Both. coni. — V. 300. ὑπ' ἐκ Both. et ol. vulgo. — V. 301. κε Κρονίδης Harl. — V. 302. μόρσιμον V. Vind. quint. all. et editt. antiqq. — V. 303. ὥς κε μὴ ἄσπ. γεν. μετόπισθεν ὀλ. Maxim. Tyr. dissert. XXVI, 32. — V. 305. οἵ ἔθεν H. — Ib. τεθνητάων editt. antiqq. et Eust. 1209, 6. — V. 306. ἤχθαιρε Aristoph.

leius iudicarunt. Quare ex Il. 5, 696. 16, 344. 20, 321. Od. 7, 41. 22, 88. κὰδ δ' ἀχλὺς χ. μυρίον ὀφθαλμοῖσιν huc arcessunt. At ista omnia a nostris eo differunt, quod vel de morientibus vel de nebula oculis obiecta agunt, Aeneas vero nec vulneratus cadit, nec, ut sequentia clare indicant, victoriam desperat, tum μυρίον nomini ἀχλὺς obloquitur; add. Eustath. 1208, 25 cll. 47. Pronomen autem in Flor. et Ald. prim. et tert. neglectum eo minus valet, quo constantius id tuentur libri, quibuscum Ald. altera convenit.

V. 285 sqq. Vid. 5, 302 sqq.

V. 288. Casum quartum, omnium propemodum suffragiis tutum, v. 284. extra dubitandi aleam ponit. Haec autem una verborum complexione deprehendenda esse recte animadvertit schol. A, cll. 2, 26.

V. 293 integer recitatur ab auctore de poes. Hom. 302.

V. 296. Interpunctionem, codicum auctoritati consentaneam, Stephanus, Heynius aliique reduxerunt; vid. ad. v. 264.

V. 299. Neptuno Aeneae salutem urguenti dactyli perquam idonei sunt. Quare haud assentior Bothio, numeros innumeros esse conquesto. Eius autem invento si annueris, e Scylla profecto in Charybdin incides, trochaeo in pedem tertium illato. Non igitur video, quid utilitatis ex ista subtilitate ad poetam redundet.

V. 300. Bothius, ut solet, oblivioni tradidit legem sibi praescriptam; vid. ad 13, 89. et Excurs. XVIII, §. 3.

νήπιος· οὐδέ τί οἱ χραισμήσει λυγρὸν ὄλεθρον.
ἀλλὰ τίη νῦν οὗτος ἀναίτιος ἄλγεα πάσχει,
μάψ, ἕνεκ' ἀλλοτρίων ἀχέων, κεχαρισμένα δ' αἰεὶ
δῶρα θεοῖσι δίδωσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν;
300 ἀλλ' ἄγεθ', ἡμεῖς πέρ μιν ὑπὲκ θανάτου ἀγάγωμεν,
μήπως καὶ Κρονίδης κεχολώσεται, αἴ κεν Ἀχιλλεὺς
τόνδε κατακτείνῃ· μόριμον δέ οἵ ἐστ' ἀλέασθαι,
ὄφρα μὴ ἄσπερμος γενεὴ καὶ ἄφαντος ὄληται
Δαρδάνου, ὃν Κρονίδης περὶ πάντων φίλατο παίδων,
305 οἳ ἔθεν ἐξεγένοντο γυναικῶν τε θνητάων.
ἤδη γὰρ Πριάμου γενεὴν ἤχθηρε Κρονίων·
νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,
καὶ παίδων παῖδες, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

— V. 307. Αἰνείω γενεὴ πάντεσσιν ἀν. vel Αἰνείαο γένος π. ἀν. V. L. ap. scholl. AB. Eustath. 1209, 16. et Strab. l. all. — V. 308. παῖδες παίδων Vind. ed. et ol. vulgo. — Ib. λίπωνται V. L. ap. schol. A. ἔσονται Porphyrius in schol. ad Dionys. Thr. art. gr. apud Bekker. An. Gr. II, 769.

V. 302. Numeris obstat μόρσιμον, neque hodie recepto aut libri desunt, ut Vind. ed., aut alii et ii locupletes testes; vid. Eust. 1209, 4. et Etym. M. 591, 6.

V. 303. Heynio auctore, schol. Paris. ut Aristarcheum profert: ὄφρα μὴ ἄφαντος γενεὴ δμηθέντος ὄληται: exspectares certe ἄφραστος.

V. 305. Pronominis tenorem Heynius, ut Wolfius olim instituerat, inclinavit, commotus iis, de quibus ad 1, 114. dixi; sed vid. Bekker. in cens. edit. Wolf. 155 et Thiersch. gr. Gr. §. 205, 14.

V. 306. Ven. et Eust. 1209, 6. ἤχθηρε, quod ι subscripto onerant Vindob. ed. alii et Bothius. Alibi etiam diversa sequi criticos antiquiores ad 12, 270. annotavi.

V. 307 sq. Alii ad Aeneae regnum, Priami gente excisa, in Troade occupatum retulerunt, quorum in numero sunt auctor hymni Hom. in Ven. 197. et Strab. XIII, 906; alii contra Romanum imperium ab Aeneae posteris conditum a poeta, Sibyllinorum oraculorum gnaro, praedici putarunt. Vid. scholl. ADV., Eustath. 1209, 7 sqq. Dionys. Halic. antiquit. Rom. I, 53. et Porphyr. in schol. ad Dionys. art. gr. l. all. Horum ex interpolatione id, quod supra apposuimus, natum erit; Romanorum poetarum vaticinia eiusdem generis, ut Virgil. Aen. III, 97. et Silii Ital. XIII, 790. compararunt alii. Nihilominus auctores, quos memoravi, in vulgari subsistunt. Versu proximo ordinem

Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη·
310 Ἐννοσίγαι', αὐτὸς σὺ μετὰ φρεσὶ σῇσι νόησον
Αἰνείαν, ἤ κέν μιν ἐρύσσεαι, ἤ κεν ἐάσεις
[Πηλείδῃ Ἀχιλῆϊ δαμήμεναι, ἐσθλὸν ἐόντα].
ἤτοι μὲν γὰρ νῶϊ πολέας ὠμόσσαμεν ὅρκους
πᾶσι μετ' ἀθανάτοισιν, ἐγὼ καὶ Παλλὰς Ἀθήνη,
315 μήποτ' ἐπὶ Τρώεσσιν ἀλεξήσειν κακὸν ἦμαρ,
μηδ' ὁπότ' ἂν Τροίη μαλερῷ πυρὶ πᾶσα δάηται
δαιόμένη, δαίωσι δ' Ἀρήϊοι υἷες Ἀχαιῶν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τόγ' ἄκουσε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
βῆ ῥ' ἴμεν ἄν τε μάχην καὶ ἀνὰ κλόνον ἐγχειάων,

V. 311. εἴ κεν μ. Harl. ῥύσεαι Heyn. coni. — Ib. ἐάσῃς Vind. ed. — V. 313. πολεῖς ὠμ. libri, vulgo et H. — V. 316. δάμηται Both. coni. — V. 317. δαίουσι Rom. et Eust. 1209, 43. — V. 320. ἠδὲ κλ. Vind. quint. Lips. et H. — V. 325. Αἰνείαν

verborum traiectum praebuerunt Venet. alii et Eust. 1209, 6, 16; add. Tollium ad Apoll. Lex. p. 734. Ultimum apud varios varie legitur, schol. A: αἱ διὰ τῶν πόλεων λίπωνται εἶχον ἀντὶ τοῦ γένωνται. In scholiis Dionysii olim ἕπονται falso ferebatur; ἔσονται enim et Bekkerus et Villoison. in An. Gr. II, 186. certum reddunt.

V. 311. In libris, ut fit, particulae non minus quam modi discrepant: futurum autem schol. A. verum habet, crebrius tamen vel subiunctivus vel optativus vel denique uterque ea in structura reperiuntur; cf. 9, 619, 701. 13, 742. 18, 308. Od. 8, 570. 12, 156. 14, 183. 15, 300. 21, 197.

V. 312. Ven. Vind. quint. Lips. aliique hoc versu carent. Unde Ernestius illum ab eo, cui ἐάσεις ad sententiae integritatem parum sufficeret, insertum putabat. Auget suspicionem altum Eustathii silentium 1209, 39.

V. 313. Aristarchum πολέας plene et integre scribi iussisse dictum est ad 1, 559. 15, 66, a quo librarii non ita raro desciverunt.

V. 316 sqq. Bothio et verbum ter iteratum et aoristus δάμηται fraudi fuit. Bis igitur ad tragicorum normam δάμηται Homero restituendum opinatur. Cui emendationi quum Homeri usus adversatur, tum librorum consensus obstat. Hi quidem infra 21, 374 sqq. καίωσι et καιόμενοι a Bekkero in censur. Homeric. a Wolf. edit. l. all. 170. iure notatum praebent, in voce autem praecedente omnes congruunt; vid. Eustath. 1209, 52. et Matth. gr. Gr. §. 229.

V. 320. Articulus a libris quibusdam recisus Altero et

ἶξε δ' ὅθ' *Αἰνείας* ἠδ' ὁ κλυτὸς ἦεν Ἀχιλλεύς.
αὐτίκα τῷ μὲν ἔπειτα κατ' ὀφθαλμῶν χέεν ἀχλύν,
Πηλείδῃ Ἀχιλῆϊ· ὃ δὲ μελίην εὔχαλκον
ἀσπίδος ἐξέρυσεν μεγαλήτορος Αἰνείαο·
καὶ τὴν μὲν προπάροιθε ποδῶν Ἀχιλῆος ἔθηκεν·
Αἰνείαν δ' ἔσσευεν ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀείρας.
πολλὰς δὲ στίχας ἡρώων, πολλὰς δὲ καὶ ἵππων
Αἰνείας ὑπεράλτο, θεοῦ ἀπὸ χειρὸς ὀρούσας·
ἶξε δ' ἐπ' ἐσχατιὴν πολυάϊκος πολέμοιο,
ἔνθα δὲ Καύκωνες πόλεμον μέτα θωρήσσοντο.
τῷ δὲ μάλ' ἐγγύθεν ἦλθε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,

δ' *ἐπέσσευεν* ol. vulgo. — Ib. ὕψος *ἀείρας* Lips., male. — V. 329. *ἔνθα κε* Harl., perperam. — Ib. *μετεθωρήσσοντο* Harl. et Vindob. quint. *μεταθωρ.* ol. vulgo. —

Heynio improbatur, sed, ut alias apud poetam, pronominis munere fungitur; vid. Matth. gr. Gr. §. 264, 4. p. 542.

V. 321. Aelian. in histor. animal. I, 34. nostra et Il. 5, 344 sq. in unum contraxit.

V. 323 cum proximis duobus Alexandrini confodiunt, ut qui iis, quae de Achillis iactu 276 sqq. narrantur, contradicant. Refellere haec student scholl. BV. et Eust. 1210, 28 sqq.: *οὕτω νοεῖσθαι τὴν τοιαύτην περιπέτειαν, ὡς τὸ τοῦ Ἀχιλλέως ἔγχος ἤδη κατὰ τοῦ Αἰνείου βληθὲν καὶ διελὸν τόν τε βύρσινον τῆς ἀσπίδος ἄκρον κύκλον καὶ τὸν χαλκοῦν, ὡς ἤδη εἴρηται, τῷ μὲν στύρακι, ἤγουν τῷ μέσῳ τοῦ ξύλου, ἐνεπεπήγει μεσολαβῶς ἐν ἄκρῳ τῆς ἀσπίδος, κατὰ δὲ τὴν αἰχμὴν τῇ γῇ ἐμπέπηκτο.* Nihilominus criticis adstipulantur Heynius et Bothius, neque obelus ab his versibus abest in Veneto.

V. 325. Nec rei nec sermoni Homeri *ἐπέσσευεν* conducit. Itaque e Ven. Harl. Vind. un. aliisque merito assumpserunt simplex, quod Eustath. 1210, 44. confirmat, quanquam σ alterum desideratur. Neptuni autem vim divinam isto modo clarius elucescere schol. Vict. admonet.

V. 327. Schol. A.: *δύναται ἡ ἀπὸ καὶ ἀναστρέφεσθαι, ἵν' ᾖ ἄπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ φυλάσσειν τὸν τόνον, ἵν' ᾖ ἀπορούσας, ὅπερ καὶ βέλτιον.* Heynius tertium, ut omnium planissimum, adiungit ἀπὸ χειρὸς ὀρούσας. Nec vero Aeneam de manu quasi emissum Neptunus proiicit, sed eum medium sublatum in extrema collocat arce.

V. 329. Ven., ut in Il. 13, 301, *μέτα θωρήσσοντο*, neque Eustath. 1210, 46. Homerica aliter intellexisse videtur. Versus duo de Cauconibus navium indici adiectos praeter Eustathium schol. Victor. commemoravit. Vid. ad Il. 2, 855.

καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προςηύδα·
  Αἰνεία, τίς σ' ὧδε θεῶν ἀτέοντα κελεύει
ἀντία Πηλείωνος ὑπερθύμοιο μάχεσθαι,
ὃς σεῦ ἅμα κρείσσων καὶ φίλτερος ἀθανάτοισιν;
335 ἀλλ' ἀναχωρῆσαι, ὅτε κεν συμβλήσεαι αὐτῷ,
μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰςαφίκηαι.
αὐτὰρ ἐπεί κ' Ἀχιλεὺς θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ,
θαρσήσας δὴ ἔπειτα μετὰ πρώτοισι μάχεσθαι·
οὐ μὲν γάρ τίς σ' ἄλλος Ἀχαιῶν ἐξεναρίξει.
340   Ὣς εἰπὼν λίπεν αὐτόθ', ἐπεὶ διεπέφραδε πάντα.
αἶψα δ' ἔπειτ' Ἀχιλῆος ἀπ' ὀφθαλμῶν σκέδασ' ἀχλὺν
θεσπεσίην· ὁ δ' ἔπειτα μέγ' ἔξιδεν ὀφθαλμοῖσιν·
ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν·
  Ὢ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι·

V. 331. καί μιν νεικείων Z. τὸν καὶ νεικείων Rhian. — V. 332. χατέοντα Harl. Vind. quint. Lips. all. ἀέκητι Vind. ed. Ald. sec. ἀκέοντα Vind. un. — V. 333. ἀντί Ἀχιλλῆος πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι Vind. ed. ol. vulgo et V. L. ap. schol. A. — V. 334. ὅς σευ Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 335. κε ξυμβλήσεαι Bekk. cum paucis, ξυμβήσεαι un. Eb. — V. 336. εἰς ἀφ. V. — V.

V. 332. Vel verbi insolentia vel prioris correptio emendandi pericula olim iam protulisse videntur. At vulgare a poeta fuisse positum libri non minus quam grammatici ostendunt, vid. scholl. AB. Eustath. 1210, 54. Apoll. in Lex. 172. et alios. Callimachi fragmentum, cuius meminerunt scholiastae, apud Blomfieldium 475. legitur; add. Buttmann. in Lexil. I, 228.

V. 333. Iam antiquitus variarunt libri: Veneto exquisitius proferenti Eust. 1210, 54. assentitur, nisi quod ἀντὶ Πηλείωνος ὑπ. μ. exhibet. Horum unum corruptum est, alterum novam dissimilitudinem nobis sistit.

V. 334. Schol. A. recte praefert ὀρθοτονούμενον, cui accinit Rom., etsi Eust. 1210, 54. vulgare sequitur; vid. ad 2, 27.

V. 335. Schol. B. συμβλήσεαι· ἀπροοράτως συμβάλῃς commode exponit; vid. 21, 578. Od. 6, 54. 7, 284. 10, 125. 15, 441. In Iliade vero consona duplex nullo librorum praesidio firmatur.

V. 338. Vid. ad 15, 163. In clausula plus fidei erit vulgari: nam Neptunus, Achille interempto, Aeneam sine ullo mortis periculo pugnam inter primores esse moturum affirmat; vid. 6, 536, 575. 9, 709. 12, 321, 324. Huic autem offecerunt 6, 445. ac similia. Eadem iam vidimus perturbata 18, 194.

V. 340. Vid. 18, 9. Apoll. in Lex. 225.

V. 345. Superiora, quae critici in dubitationem vocarunt,

ἔγχος μὲν τόδε κεῖται ἐπὶ χθονός, οὐδέ τι φῶτα
λεύσσω, τῷ ἐφέηκα κατακτάμεναι μενεαίνων.
ἦ ῥα καὶ Αἰνείας φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσιν
ἦεν· ἀτάρ μιν ἔφην μὰψ αὔτως εὐχετάασθαι.
ἐῤῥέτω· οὔ οἱ θυμὸς ἐμεῦ ἔτι πειρηθῆναι
ἔσσεται, ὃς καὶ νῦν φύγεν ἄσμενος ἐκ θανάτοιο.
ἀλλ' ἄγε δὴ Δαναοῖσι φιλοπτολέμοισι κελεύσας
τῶν ἄλλων Τρώων πειρήσομαι ἀντίος ἐλθών.
Ἦ, καὶ ἐπὶ στίχας ἆλτο· κέλευε δὲ φωτὶ ἑκάστῳ·
μηκέτι νῦν Τρώων ἑκὰς ἕστατε, δῖοι Ἀχαιοί,
ἀλλ' ἄγ' ἀνὴρ ἄντ' ἀνδρὸς ἴτω, μεμάτω δὲ μάχεσθαι.
ἀργαλέον δέ μοί ἐστι, καὶ ἰφθίμῳ περ ἐόντι,
τοσσούςδ' ἀνθρώπους ἐφέπειν, καὶ πᾶσι μάχεσθαι·
οὐδέ κ' Ἄρης, ὅςπερ θεὸς ἄμβροτος, οὐδέ κ' Ἀθήνη

338. δ' ἤπειτα vel δὴ 'πειτα libr. et edit. — Ib. μετὰ Τρώεσσι μ. libr. pauci. — V. 346. τῷδ' ἐφέηκα Ven. et schol. A. — V. 350. ὡς καὶ Harl. — V. 352. Τρώων deest in Vind. ed. — Ib. ἀντία Vind. quint. — V. 354. μη κε τι V. — V. 357. τοσσοῦςδ' ἀνθρ. Ptolem. Ascalon. τόσσουςδ' Rom. —

aliquo modo probant. Vid. ad v. 328. Hastam enim iam in terra proiectam, neque humo infixam, arripit Pelides.

V. 346. Achillem telum in Aeneam emisisse, nec plagam ei cominus inflixisse, Zenodotum refutaturus, schol. A. admonet. Idem τῷ ἐφέηκε, ut Vind. aliisque pluribus traditum, novit; add. Eust. 1211, 8: τῷ ἤγουν ᾧ ἐφέηκε.

V. 352. Vindd. scribas rem male gessisse nemo non perspicit.

V. 354. In unam vocem coalescere οὐκέτι et μηκέτι, quanquam Venet. utrumque passim distrahit, aliquoties observatum est.

V. 355. Num ἀντί, an ἄντα poetae fuerit, sine causa dubitat Heynius. Illud enim in eiusmodi iunctura prorsus abhorrere scimus; vid. Excurs. XVI, §. 2.

V. 357. Accentus rationem diligentius examinasse veteres schol. A. testificatur hisce: τόσσους δ'· ὁ Ἀσκαλωνίτης προπερισπᾷ, ἐπεί, φησί, κατὰ δεῖξιν λέγεται καὶ τὸ „τοσσῆςδ' ὑσμίνης" 359. Ἀρίσταρχος μέντοι καὶ οἱ πλείους παρολκὴν ἐξεδέξαντο τοῦ δε, καὶ ἐπείσθη ταύτῃ τῇ ἀναγνώσει ἡ παράδοσις. οὐκ ἀδόκιμος δὲ καὶ ἡ τοῦ Ἀσκαλωνίτου. Perperam igitur adsciverunt libri quidam proparoxytonum, quo abstinere iubent grammatici eruditiores, vid. Apoll. de synt. II, 8, 110 sq. Etym. M. 302, 22. 762, 45. Et. Gud. 418, 18. et Eust. 1211, 18 sq.

τοσσῆςδ' ὑσμίνης ἐφέποι στόμα, καὶ πονέοιτο·
360 ἀλλ' ὅσσον μὲν ἐγὼ δύναμαι χερσίν τε ποσίν τε,
καὶ σθένει, οὔ μ' ἔτι φημὶ μεθησέμεν, οὐδ' ἠβαιόν·
ἀλλὰ μάλα στιχὸς εἶμι διαμπερές, οὐδέ τιν' οἴω
Τρώων χαιρήσειν, ὅςτις σχεδὸν ἔγχεος ἔλθῃ.
Ὣς φάτ' ἐποτρύνων· Τρώεσσι δὲ φαίδιμος Ἕκτωρ
365 κέκλεθ' ὁμοκλήσας, φάτο δ' ἴμμεναι ἄντ' Ἀχιλῆος·
Τρῶες ὑπέρθυμοι, μὴ δείδιτε Πηλείωνα.
καί κεν ἐγὼν ἐπέεσσι καὶ ἀθανάτοισι μαχοίμην·
ἔγχεϊ δ' ἀργαλέον, ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτεροί εἰσιν.
οὐδ' Ἀχιλεὺς πάντεσσι τέλος μύθοις ἐπιθήσει,
370 ἀλλὰ τὸ μὲν τελέει, τὸ δὲ καὶ μεσσηγὺ κολούει.
τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν,
εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ.

V. 359. τόσσηςδ' ὑσμ. Ald. sec. Rom. — Ib. ἐφέποι τότε Vind. quint. — V. 361. οὔ μέ τι Eust. 1211, 16. Rom. W. et nunc vulgo. — V. 363. σχεδὸν ἀντίος Vind. quint. — Ib. ἔλθοι libror. pars et Rom. — V. 365. φάτο δ' ἴμεναι V. Vindd. et ol. vulgo, ἵφατο δ' ἴμεν Both. coniect. — V. 370. κολούσει Townl. — V. 371. τῷ δ' ἐγὼ V. nunc vul.

V. 359. Mendum festinando ortum Vind. quint. librarius, si penes Alterum fides est, erat emendaturus; de verbo cf. ad 11, 496.

V. 361. Veneti et librorum omnium lectionem absonam iudicat Heynius. Verum ei quum poetae sermo congruit (conf. 2, 379 sq. 13, 702. Od. 3, 14.), tum Achillis conditio, affirmantis se posthac nunquam, sicut antea, a belli labore cessaturum esse vel minimum. Eustath. l. all. μεθησέμεν ἤγουν ἀμελήσειν, idque fortasse Zenodoti fuit; vid. 11, 841.

V. 363. Vindobonensem quint. vel glossa invasit vel librarius aliorum memor fuit. Paullo post modus variat; subiunctivus vero, si non prorsus necessarius est, certe Achillis spei atque exspectationi magis quadrabit.

V. 365. Libri quidem ἴμεναι praebent; Bothius vero cur consonam iteratam ut barbaram damnet, non assequor, praesertim quum Hermannus in Opusc. 1, 242. et Bekker. in cens. ed. Wolf. 121. eius causam egerint. Longe minus placet Bothii coniectura tum violenta tum poetae sermoni et usui contraria; add. Matth. in gr. Gr. §. 219, 5.

V. 370. E Townl. solo κολούσει Bothius recepit. Futurum quidem praecedit, at vulgare praeter librorum auctoritatem nemo eiiciat: ei enim vim eandem subesse facile intelligitur. Huius autem vim et potestatem copiosius exposuit Heynius. Vid. interim Od. 8, 211. 11, 349. Delectantur eo epici posteriores.

V. 371. In Veneto quidem fuit dativus, a Wolfio probatus; is vero non modo perraro apud Homerum obtinet, sed a

Ὣς φάτ' ἐποτρύνων· οἱ δ' ἀντίοι ἔγχε' ἄειραν
Τρῶες· τῶν δ' ἄμυδις μίχθη μένος, ὦρτο δ' ἀϋτή.
καὶ τότ' ἄρ' Ἕκτορα εἶπε παραστὰς Φοῖβος Ἀπόλλων·
Ἕκτορ, μηκέτι πάμπαν Ἀχιλλῆϊ προμάχιζε,
ἀλλὰ κατὰ πληθύν τε καὶ ἐκ φλοίσβοιο δέδεξο,
μήπως σ' ἠὲ βάλῃ, ἠὲ σχεδὸν ἄορι τύψῃ.
Ὣς ἔφαθ'· Ἕκτωρ δ' αὖτις ἐδύσετο οὐλαμὸν ἀνδρῶν
ταρβήσας, ὅτ' ἄκουσε θεοῦ ὄπα φωνήσαντος.
ἐν δ' Ἀχιλεὺς Τρώεσσι θόρε φρεσὶν εἱμένος ἀλκήν,
σμερδαλέα ἰάχων· πρῶτον δ' ἕλεν Ἰφιτίωνα,
ἐσθλὸν Ὀτρυντείδην, πολέων ἡγήτορα λαῶν,
ὃν Νύμφη τέκε νηῒς Ὀτρυντῆϊ πτολιπόρθῳ,
Τμώλῳ ὕπο νιφόεντι, Ὕδης ἐν πίονι δήμῳ·
τὸν δ' ἰθὺς μεμαῶτα βάλ' ἔγχεϊ δῖος Ἀχιλλεὺς

go et W. Ib. χεῖρε ἔοικε Bentl. coniect. — V. 373. οἱ δ' ἀντίοι ἴσταν Ἀχαιῶν V. L. ap. schol. A. — Ib. ἄειρον Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 379. ἐδύσατο Vind. ed. vulgo, W. H. Both. ἐδύσσετο Lips. — V. 384. τὸν V. L. ap. schol. A. — V. 385. Ὕλης V. L. ap. schol. B. — V. 386. τόν ῥ' ἰθὺς Vind. ed. et Ald. sec. —

schol. A. etiam retractatur: ἐν ἄλλῳ· τοῦ δ' ἐγώ. Ei praeterea assentiuntur Vindd. libri plurimi et Eust. 1211, 38., nec testes alii, qui nostris utuntur, discedunt, vid. Athen. VII, 298. E Herodian. de figur. in Villois. An. Gr. II, 93. auctor. de Homer. poes. 299. et schol. Theocr. ad Id. IX, 1. Apparebit igitur celerius quam consultius Véneto fidem addixisse Wolfium.

V. 372. Schol. A.: πρὸς τὴν ἐπανάληψιν, ὅτι ἐν Ἰλιάδι συνεχῶς, ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ ἅπαξ, ubi librarii incuria ἡ διπλῆ, quae Veneto apposita cernitur, a principio excidit. Rem ipsam non semel attingunt commentatores Graeci, vid. Eustath. 1211, 41. Hermog. de meth. eloq. c. IX et auct. de poes. Hom. 299. Ernestius 22, 127. et 23, 642. nostris componit; aliquanto saepius nomen proprium solum iteratur, velut 6, 396. 21, 86 alibi.

V. 373. Aoristum, poetae familiarem, Veneti, Vinddobonensium et plurimorum iussu reduxerunt; add. Eust. 1212, 8., Rom. necquidquam dissidente.

V 379. Homericum et antiquum Venet. dubio eximit, vid. ad 1, 428.

V. 384. Schol. A. in exemplaribus quibusdam vilioribus τὸν offerri tradit; relativum libri pariter atque Eustath. 1212, 40. agnoscunt.

V. 385. Hylen Boeotiae et Hyden Lydiae oppidulum a librariis commisceri interpretes passim annotarunt; cf scholl. AB. Eust. 1212, 21. Apoll. in Lex. 667. et ad 7, 221. 2, 783, 865.

V. 386. Vindob. ed. et Aldinam alteram optimi quique confutant, velut Ven. Vind. quint. et plurimi Heyniani.

μέσσην κὰκ κεφαλήν· ἡ δ' ἄνδιχα πᾶσα κεάσθη.
δούπησεν δὲ πεσών· ὁ δ' ἐπεύξατο δῖος Ἀχιλλεύς·
  Κεῖσαι, Ὀτρυντείδη, πάντων ἐκπαγλότατ' ἀνδρῶν·
390 ἐνθάδε τοι θάνατος· γενεὴ δέ τοί ἐστ' ἐπὶ λίμνῃ
Γυγαίῃ, ὅθι τοι τέμενος πατρώϊόν ἐστιν,
Ὕλλῳ ἐπ' ἰχθυόεντι καὶ Ἕρμῳ δινήεντι.
  Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν·
τὸν μὲν Ἀχαιῶν ἵπποι ἐπισσώτροις δατέοντο
395 πρώτῃ ἐν ὑσμίνῃ. ὁ δ' ἐπ' αὐτῷ Δημολέοντα,
ἐσθλὸν ἀλεξητῆρα μάχης, Ἀντήνορος υἱόν,
νύξε κατὰ κρόταφον κυνέης διὰ χαλκοπαρῄου.
οὐδ' ἄρα χαλκείη κόρυς ἔσχεθεν, ἀλλὰ δι' αὐτῆς

V. 387. κεάθη Vind. quint. — V. 389. κεῖσ' Ὀτρ. Moschopul. ex edit. Titz. 69, 18. — V. 390. ἔνθα δὲ all., ut videtur. — Ib. ἐνὶ λ. V. L. in Harl. — V. 393. ὣς φάτ' ἐπευχ. Vind. ed. ol. vulgo et H. — Ib. ὄσσ' ἐκάλ. Lips. editt. pars. — V. 394. ὀπισσαωτροις V. ἐπισσώτροισι δατ. Rom. — Ib. Δηϊλέοντα V. L. ap. schol. B. — V. 396. μάχῃ V.

V. 387. Vid. ad 16, 412.

V. 389. Moschopulus etsi non inepte aufert ultimam, ei tamen nemo accinit. Praeterea et parum illo proficimus et grammatici eius fides est admodum levis; vid. v. 384.

V. 390. Haud dubie fuere qui utrumque separarent; ita certe suadet schol. A., dum praecipit: ἕν ἐστι τὸ ἐνθάδε, ὡς καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης· ἔστι γὰρ δεικτικὸν τῆς ἐν τόπῳ σχέσεως, ὥςπερ καὶ τὸ „ἐνθάδε κ' αὖθι μένων“ (Od. 5, 208.), ὥςτε πρὸ τῆς δε συλλαβῆς ἡ ὀξεῖα.

V. 392. De Hyllo, Lydiae fluvio, plura congesserunt veteres; vid. Apoll. in Lex. 668. scholl. VB. Eustath. 1212, 19 sqq. Strabon. XIII, 928. c. Herodot. I, 80.

V. 393. Composito, a Venet. et melioribus spreto, in tali positione minus opus est, vid. 5, 106. 8, 198. 15, 377. 16, 249, 524.

V. 394. Eustathius 1214, 7. Romanae abundantiam ignorat.

V. 395. Demoleonta Aristarchi fuisse schol. B. perhibet, alios Deileonta habuisse testatus; nec minus vitiose Δηϊλόεντα Mosq. unus apud Heynium suppeditat.

V. 396. Schol. A.: ἐσθλὸν ἀλεξητῆρα· ἀγαθὸν ἐν τῇ μάχῃ βοηθόν. δύναται δὲ καὶ εἰς τὸ ἐσθλὸν ἡ στιγμὴ τίθεσθαι, καὶ γράφεσθαι μάχης. Alios igitur dativum praetulisse licet suspicari: at in nostris libris regnat genitivus.

V. 399. Vid. ad 12, 185.

V. 400. Cf. ad 11, 98.

αἰχμὴ ἱεμένη ῥῆξ' ὀστέον, ἐγκέφαλος δὲ
ἔνδον ἅπας πεπάλακτο· δάμασσε δέ μιν μεμαῶτα.
Ἱπποδάμαντα δ' ἔπειτα καθ' ἵππων ἀΐξαντα,
πρόσθεν ἕθεν φεύγοντα, μετάφρενον οὖτασε δουρί.
αὐτὰρ ὃ θυμὸν ἄϊσθε καὶ ἤρυγεν, ὡς ὅτε ταῦρος
ἤρυγεν ἑλκόμενος Ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα,
5 κούρων ἑλκόντων· γάνυται δέ τε τοῖς Ἐνοσίχθων·
ὣς ἄρα τόνγ' ἐρυγόντα λίπ' ὀστέα θυμὸς ἀγήνωρ.
αὐτὰρ ὃ βῆ σὺν δουρὶ μετ' ἀντίθεον Πολύδωρον,
Πριαμίδην· τὸν δ' οὔτι πατὴρ εἴασκε μάχεσθαι,
οὕνεκά οἱ μετὰ παισὶ νεώτατος ἔσκε γόνοιο,
καί οἱ φίλτατος ἔσκε, πόδεσσι δὲ πάντας ἐνίκα·

l. ap. schol. A., ut videtur. — V. 399. ἱεμένη libr. pars et Ald. sec. — V. 401. ἀΐσσοντα Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 404. Ἑλικώνων Ald. sec. — V. 405. γάν. δέ γε τοῖς Etym. M. 221, 17. — V. 406. ἐρύγοντα Vind. ed. et ol. vulgo — V. 409. μετὰ πᾶσι Ald. sec. et ol. vulgo. — V. 410. πόδεσσί τε Harl. —

V. 401. Aoristum, rei magis consentaneum, Ven. Vind. quint. Lips. atque alii tuentur, add. 11, 423.

V. 402. Thiersch. in gr. Gr. §. 156, 4. πρόσθε ἕθεν φ. inutili sane subtilitate proponit. Alia fuit quaestio de pronominis tenore, cf. Etym. M. 124, 7. et ad 5, 56.

V. 404. Neptuni nomen utrum ab Helicone, Boeotiae monte, an ab Helice, Achaiae urbe, sit ductum, operose disputant veteres. Ac plurimi quidem secus, atque etymologia suadet, posterius sunt amplexi; vid. scholl. ABV. Eust. 1214, 25 sqq., idque dialecti Aeolicae ope explicandum putarunt. Iis adversatus est Aristarchus, ut cognoscimus ex Apoll. Lex. 256. et Etym. M. 547, 15. Plura de utroque cognomine et Neptuni Heliconii cultu in Asia minore interpretes ad h. l. contulerunt. Quae quidem in praesens silentio transmittere liceat. Respiciunt autem ad nostra Etym. Magni auctor 387, 50. Strab. VIII, 589, c.

V. 405. Etymologici Magni vitium aliorum ope sanemus oportet; vid. ad 13, 493.

V. 406. Barnesius primus ἐρυγόντα, ut aoristi participium, in paenultima acuit, cf. schol. A. et Eustath. 1214, 16.

V. 408. Polydorum, ut aetate impuberem reique militaris imperitum, a belli societate pater retinendum censuit. Similia Nestor iuvenis erat expertus; vid. 11, 717 sq.

V. 409. Nomina saepe commixta Aldinae mendum, ad alios propagatum, inusserunt; id vero et librorum et editionum antiquissimarum auspiciis dudum absterserunt.

V. 410. Politea quum pedum velocitate maxime insignis dicatur 2, 792., Polydorum nonnisi inter spurios Priami filios celeri-

δὴ τότε νηπιέῃσι ποδῶν ἀρετὴν ἀναφαίνων
θῦνε διὰ προμάχων, εἵως φίλον ὤλεσε θυμόν.
τὸν βάλε μέσσον ἄκοντι ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς
νῶτα, παραΐσσοντος, ὅθι ζωστῆρος ὀχῆες
415 χρύσειοι σύνεχον, καὶ διπλόος ἤντετο θώρηξ·
ἀντικρὺ δὲ διέσχε παρ' ὀμφαλὸν ἔγχεος αἰχμή·
γνὺξ δ' ἔριπ' οἰμώξας· νεφέλη δέ μιν ἀμφεκάλυψεν
κυανέη, προτὶ οἷ δ' ἔλαβ' ἔντερα χερσὶ λιασθείς.
Ἕκτωρ δ' ὡς ἐνόησε κασίγνητον Πολύδωρον
420 ἔντερα χερσὶν ἔχοντα, λιαζόμενον προτὶ γαίῃ,
κάρ ῥά οἱ ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς· οὐδ' ἄρ' ἔτ' ἔτλη

V. 414. παραΐσσοντα Eustath. 1214, 36. — V. 416. ἀντικρὺς Bentl. coniect. et Both. — V. 417. ἀμφ' ἐκαλ. V. — V. 418. προτί οἱ Vind. ed. ol. vulgo et H. — Ib. δὲ λάβ' ἔντερα H. c. paucis. — V. 420. διαζόμενον Ald. sec. — V. 421. κέχυτο χόλος Harl. χλοὸς Lips. ἀχλόος Vind. quint. — Ib. ἔτι τλῆ Both.

tate emicuisse veteres interpretes indicarunt. Adversativam rei aptiorem libri propemodum omnes atque Eustath. 1214, 34. servant integram.

V. 412. Vid. 5, 250. 11, 342.

V. 414. In aliis quartum casum, tanquam prioribus magis consentaneum, obtinuisse ex Eustathio potest intelligi, idemque significat schol. A. hisce: οὕτως κατὰ γενικὴν παραΐσσοντος, add. Hesych. II, 862., qui accusativum in suo Iliadis exemplari legisse videtur. Genitivum autem per se positum recte defendit Bothius.

V. 416. Idem Bothius ἀντικρὺς male recepit; vid. ad 17, 49. Pandarus sagitta in Menelaum emissa 4, 133 sq. plagam simillimam ei inflixit.

V. 418. Pronomen ὀρθοτονούμενον esse, quod ad ipsum Polydorum pertineat, docent scholl. ABV. et Eustath. 1214, 37. Libri ea in re ultro citroque fluctuare solent.

V. 421. Ernestius e Lipsiensi, cui glossa adscripta fuit ὠχρότης, emendaturus erat χλόος. Sed utrumque et Vind. quint. ἀχλόος corruptelae originem debent, neque ἀχλὺς ultimam habet brevem, sed natura productam; vid. lib. de pros. Gr. § 40, 3, b. Plus autem fidei recepto addit Eustath. 1215, 14.: τὸ δὲ „κατ' ὀφθαλμῶν κέχυτο ἀχλύς" σημειωτέον εἰς τὸ πρὸ μικροῦ ῥηθέν, ὅτι δηλαδὴ οὐ πᾶς ὁ σκοτωθεὶς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἤδη καὶ τέθνηκεν, ἰδοὺ γὰρ ὁ Ἕκτωρ ἀχλυθεὶς τὴν ὄψιν ζῇ; vid. supra ad v. 321. In fine οὐδ' ἄρ' ἔτι τλῆ Homericum et magis tolerabile Bothii auribus delicatioribus retinuit. Verum eaedem 22, 136. hic reiectum patienter ferunt, (add. Od. 4, 716.) idque, quo rarius τλῆ invenitur, eo magis erit congruum veritati.

δηρὸν ἐκὰς στρωφᾶσθ', ἀλλ' ἀντίος ἦλθ' Ἀχιλῆος
ὀξὺ δόρυ κραδάων, φλογὶ εἴκελος. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
ὡς εἶδ', ὣς ἀνέπαλτο, καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα·
425 Ἐγγὺς ἀνήρ, ὃς ἐμόν γε μάλιστ' ἐςεμάσσατο θυμόν,
ὅς μοι ἑταῖρον ἔπεφνε τετιμένον· οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν
ἀλλήλους πτώσσοιμεν ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας.
Ἦ, καὶ ὑπόδρα ἰδὼν προςεφώνεεν Ἕκτορα δῖον·
ἆσσον ἴθ', ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι.
430 Τὸν δ' οὐ ταρβήσας προςέφη κορυθαίολος Ἕκτωρ·
Πηλείδη, μὴ δή μ' ἐπέεσσί γε, νηπύτιον ὥς,
ἔλπεο δειδίξεσθαι· ἐπεὶ σάφα οἶδα καὶ αὐτὸς

— V. 422. Ἀχιλῆϊ V. ol. vulgo et W. — V. 423. φλογὶ ἴκελος s. ἴκελος ol. vulgo. — V. 424. ἀνεπᾶλτο H. — V. 425. ἐπεμάσσατο schol. Nicandr. ad Alex. 136. et Ald. sec. — V. 426. ἑταῖρον πέφνε Both. — Ib. οὐδ' ἂν ἔτι δὴν Ar. — V. 427. ἀλλήλω Ald. sec. —

V. 422. Libri iterum magno consensu firmant genitivum; ei enim adsunt Harl. Vindd. Lips. et quattuor Heynii, add. Eust. 1214, 39. et 22, 113. Ernestius genitivum, quem legitimum dicere debebat, exquisitiorem putat; vid. ad v. 371. Dativus enim vix ter quatterve reperitur, ut 7, 20. 15, 584.

V. 423. Ven. Vindd. aliique, ut plerumque solent, utuntur diphthongo; Eustath. 1215, 17. vulgaribus accinit; vid. ad 2, 478. 13, 53.

V. 424. Heynius ἀνεπᾶλτο non tam e librorum auctoritate quam ex incerta et dubia grammaticorum interpretatione assumpsit. Conf. Excurs. XVI. §. 1.

V. 425. Libri meliores ἐςεμάσσατο, de quo ad 17, 564. breviter disserui, servandum esse docent; add. schol. B. et Eustath. 1215, 25.

V. 426. Primum Bothius sine ullo librorum adiumento pro suo arbitratu augmentum abstulit; deinde Aristarcho et codicum testimonia et constans poetae consuetudo obloquuntur; vid. 6, 139. 8, 126. 23, 690. Od. 2, 36, 397. 17, 72. Optativo vero insequente particula, etiamsi opus est, tamen minus est necessaria. Nolui igitur poetae id dare, quod ad Aristarchum solum referendum videtur.

V. 427. Dualis ἀλλήλω Homeri ore disconvenit; recte igitur in plurali toties obvio concinunt libri.

V. 429. Eadem sunt, quibus Glaucum compellat Diomedes 6, 143.

V. 431 sqq. Vid. supra 200 sqq.

ἠμὲν κερτομίας ἠδ' αἴσυλα μυθήσασθαι.
οἶδα δ', ὅτι σὺ μὲν ἐσθλός, ἐγὼ δὲ σέθεν πολὺ χείρων.
435 ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται,
αἴ κέ σε, χειρότερός περ ἐών, ἀπὸ θυμὸν ἕλωμαι
δουρὶ βαλών· ἐπεὶ ἦ καὶ ἐμὸν βέλος ὀξὺ πάροιθεν.
Ἦ ῥα, καὶ ἀμπεπαλὼν προΐει δόρυ, καὶ τόγ' Ἀθήνη
πνοιῇ Ἀχιλλῆος πάλιν ἔτραπε κυδαλίμοιο,
440 ἦκα μάλα ψύξασα· τὸ δ' ἂψ ἵκεθ' Ἕκτορα δῖον,
αὐτοῦ δὲ προπάροιθε ποδῶν πέσεν. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
ἐμμεμαὼς ἐπόρουσε, κατακτάμεναι μενεαίνων,
σμερδαλέα ἰάχων· τὸν δ' ἐξήρπαξεν Ἀπόλλων

V. 435. ἐπὶ γούνασιν libr. pauc. — Ib. κεῖνται Lips. — V. 437. ἐπειὴ καὶ libr. et vulgo. — V. 442. ἀπόρουσε libr. pauci. — V. 443. ἐξήρπασεν Vindob. quint. — V. 449. νῦν δ' ἔφυγες Steph. margo. — V. 450. ἐρύσατο Vind.

V. 434. Hectorem per ironiam se Achille inferiorem dicere schol. B. opinatur, eique alii, velut Thucydidis interpres ad III, 63., cuius Heynius facit mentionem, adstipulantur. Sed Homericorum principum tanta tamque libera est oris contumacia, ut suam et virtutem et imbecillitatem ingenue profiteantur; cf. ad 19, 216.

V. 435. Notissimam Homeri formulam nemo propter unius alteriusve libri dissensionem mutatam volet; vid. 17, 514. Od. 1, 267, 400. 16, 129. Homerica variando et dilatando poetae sequiores suos hortulos irrigarunt, ut Quint. Sm. Posth. VII, 71 ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. VI, 310 ταῦτα μὲν ἀθανάτων ἐν γούνασιν ἐστήρικτο. Quare metuendum erit, ne olim vulgare Wellauerus in Apoll. Arg. II, 424. perperam reduxerit.

V. 437. Hector quum suam hastam acutam esse affirmet, particulae haud dubie separandae sunt; vid. ad 1, 156. Extrema alii aliter exposuerunt; schol. quidem B. Hectorem de Patrocli caede gloriari ratus subiicit: ὅτε τὸν Πάτροκλον ἀνῄρηκεν. Simplicior et planior est ratio interpretis A., qui sic praecipit: συναφὴ ἐπὶ τὰς τελευταίας δύο λέξεις· ἓν γὰρ ἐξ ἀμφοτέρων δηλοῦται, τὸ ὠξυμμένον κατὰ τὸ ἔμπροσθεν μέρος, neque id a poetae sermone alienum esse patebit conferenti 6, 319. 8, 494. 4, 185. Eadem est Eustathii interpretatio 1214, 44., qui v. 423. non inepte advocat.

V. 439 sq. Minerva quomodo ab Achille Hectoris hastam retorserit, obscurum fuit interpretibus: alii enim oris halitu, alii manu mota et sublata iaculum a dea remissum putarunt; vid. scholl. Eust. 1216, 27. Apoll. in Lex. 720. et Etym. Or. 167, 9. Fuerunt etiam qui ad Achillis spiritum Homerica retu-

ῥεῖα μάλ', ὥςτε θεός, ἐκάλυψε δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ.
5 τρὶς μὲν ἔπειτ' ἐπόρουσε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς
ἔγχεϊ χαλκείῳ· τρὶς δ' ἠέρα τύψε βαθεῖαν.
ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο, δαίμονι ἶσος,
δεινὰ δ' ὁμοκλήσας ἔπεα πτερόεντα προςηύδα·
Ἐξ αὖ νῦν ἔφυγες θάνατον, κύον· ἦ τέ τοι ἄγχι
50 ἦλθε κακόν· νῦν αὖτέ σ' ἐρύσσατο Φοῖβος Ἀπόλλων,
ᾧ μέλλεις εὔχεσθαι ἰὼν ἐς δοῦπον ἀκόντων.
ἦ θήν σ' ἐξανύω γε καὶ ὕστερον ἀντιβολήσας,
εἴ πού τις καὶ ἔμοιγε θεῶν ἐπιτάῤῥοθός ἐστιν.
νῦν αὖ τοὺς ἄλλους ἐπιείσομαι, ὅν κε κιχείω.

quint. Eust. 1216, 57. V. L. ap. schol. A. et editt. antiqq. — V. 453. εἴη Vind. quint. Lips. — V. 454. νῦν δ' ἄλλους Τρώων ἐπ. V. Vindd. Eust. 1217, 5. et ol. vulgo. νῦν δ' αὖ τοὺς ἄλλ. W. et nunc vulgo. —

lerant, quam opinionem, teste schol. Victor., Heracleon tanquam ridiculam explosit. Ut vero eam ambiguitatem declinaret, schol. A. versus initio virgulam interponi iussit: ἐπὶ τὸ πνοιῇ βραχὺ διαστααλτέον πρὸς τὸ σαφέστερον.

V. 442. Confusio saepe obvia invasit aliquot libros; alterum vero Achilli in Hectorem impetum facienti perquam aptum est.

V. 443. Vid. 3, 380 sq.

V. 447. In Venet. diple appicta cernitur, quod bis iam adfuit iste versus, primum de Diomede 5, 438., tum de Patroclo 16, 705., nec multum distant a nostris proxime praecedentia. Quo factum esse videtur, ut idem a tribus libris, Eustathio et edit. Roman. negligeretur et proinde Ernestius eum iudicaret supposititium. Veneto et interpretibus Graecis nihil dubii succurrit, etsi Heynius totum locum e laciniis hinc illinc petitis consutum putabat.

V. 449 sqq. Sunt eadem, quae in Hectorem e pugnae tumultu profugum iacit Diomedes 11, 362 sqq.

V. 450. Vid. ad 11, 363. 5, 344.

V. 451. In nonnullis exemplaribus defuisse schol. Ven. perhibet; affertur tamen tum a libris, tum ab Eustath. 1216, 58.

V. 454. Vulgare per omnes libros diffusum video, sed 11, 367. ab eo discrepat. Unde suspicio oritur mutata haec esse a librario dicendi varietatem sectato. Augetur illa schol. Victor. testimonio: γράφεται νῦν αὖ τοὺς ἄλλους ἀντὶ τοῦ νῦν δ' ἄλλους Τρῶας. Recte igitur prius restituendum censuit Wolfius, etsi in eo erravit, quod utroque quasi in unum conflato adversativam et incommodam et inutilem retineret. Eam melius abesse 2, 681. et alia docent, idque pro sua sermonis Homerici scientia iam Vossius perspexit ad hymn. Homer. in Cer. 123. p. 46. Ceterum diplen adiecerunt, quod ad singularem fit transitus: ita

455 Ὣς εἰπὼν Δρύοπ' οὖτα κατ' αὐχένα μέσσον ἄκοντι·
ἤριπε δὲ προπάροιθε ποδῶν· ὃ δὲ τὸν μὲν ἔασεν,
Δημοῦχον δὲ Φιλητορίδην, ἠΰν τε μέγαν τε,
κὰγ γόνυ δουρὶ βαλὼν ἠρύκακε· τὸν μὲν ἔπειτα
οὐτάζων ξίφεϊ μεγάλῳ ἐξαίνυτο θυμόν.
460 αὐτὰρ ὃ Λαόγονον καὶ Δάρδανον, υἷε Βίαντος,
ἄμφω ἐφορμηθεὶς ἐξ ἵππων ὦσε χαμᾶζε,
τὸν μὲν δουρὶ βαλών, τὸν δὲ σχεδὸν ἄορι τύψας·
Τρῶα δ' Ἀλαστορίδην· ὃ μὲν ἀντίος ἤλυθε γούνων,

V. 456. ἴασσε Vind. ed. et editt. antiqq. — V. 457. δὴ μοῦχον Ald. sec. — V. 458. κακγόνυ Vind. quint. et all. — V. 461. ἄμφω ὁρμ. Rom. — V. 464. εἴ πως εὖ πεφίδ. Ald. sec. et al. vulgo, εὐ πεφίδ. Vind. ed. Apoll. in Lex. 308. Rom. St. W. H. et Both., εἴ πως οἱ Vind. quint.

schol. A.: ἡ διπλῆ πρὸς τὸ σχῆμα, ὅτι ἰδίως πληθυντικῷ ἑνικὸν ἐπήνεγκεν „ὅν κε κιχείω“, add. Eustath. 1217, 3.

V. 461. Compositum ei versus regioni maxime accommodatum forte fortuna excidit e Romana; omnes enim alii in eo concinunt.

V. 463 sq. Structuram impeditiorem, sed in narratione longius producta non ita raram attingunt veteres interpretes; sic schol. A.: ἤτοι κομματικῶς εἶπεν, ὡς ἔθος πολλάκις τοῖς ποιηταῖς· ἢ τὸ ἑξῆς ἐστι· Τρῶα δ' Ἀλαστορίδην φασγάνῳ οὖτα καθ' ἧπαρ. ταῦτα δὲ ἐν παρεκβάσει εἰπὼν ἐπαναλαμβάνει διὰ τοῦ „ὁ δὲ φασγάνῳ“ ὡς εἴωθεν. οὕτω δὲ ἔσται τὰ λοιπὰ διὰ μέσου ἢ κοινὸν ἄνωθεν τὸ ἔτυψε ἀπὸ τοῦ „τὸν δὲ σχεδὸν ἄορι τύψας“, add. schol. B. et Eustath. 1217, 18 sqq. Plus molestiae et difficultatis movet versus interpunctio post pedem quintum illata; eam enim numeris infestam et paene insolitam esse cognovimus ad 1, 86. 11, 102. Effugit autem hoc exemplum Gerhardi diligentiam, qui in lect. Apollon. p. 227 sqq. eam rem studiosius excussit. Iam libri, ut ipse Ven., in ratione vulgari subsistunt; aliter vero singula constituit Eustath. 1217, 12., qui virgula in fine versus collocata λαβων ad Achillem retulit hoc sensu: supplex genibus advolutus est, si forte ei parceret capto, et vivum dimitteret, idemque Rom. et Vossius approbarunt. Cui etsi Il. 11, 106. 21, 36. subsidio esse videantur, tamen ista significatio ex iis, quae iunguntur, illic magis elucescit; deinde γούνων λαβὼν et λάβε Homero ita fixa et certa sunt vid. 1, 407, 500, 557. 6, 45. 21, 68. Od. 6, 142. 10, 264, 323. 22, 310, 342, 365.), ut contrarium vix admitti possit. Eas igitur ob causas virgulam quidem delevi, sed λαβών, cum nomine praecedente copulandum, a proximis seiunxi, idque ipsum verum existimarunt interpretes nonnulli, ut Dammius in Lex. Hom. I, 246, b.

V. 464. Antiquis pariter ac recentioribus et pronomen et eius tenor negotia exhibuit. Plerique quidem adverbio, quod alias etiam pronominis locum occupavit, eiecto, ut Rom. Stephanus aliique, εὖ sive εὐ reduxerunt: sed encliticum, quod ad Tro-

εἴ πώς εὐ πεφίδοιτο, λαβών, καὶ ζωὸν ἀφείη,
165 μηδὲ κατακτείνειεν ὁμηλικίην ἐλεήσας·
νήπιος· οὐδὲ τὸ ᾔδη, ὃ οὐ πείσεσθαι ἔμελλεν.
οὐ γάρ τι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν, οὐδ' ἀγανόφρων,
ἀλλὰ μάλ' ἐμμεμαώς· ὃ μὲν ἥπτετο χείρεσι γούνων
ἱέμενος λίσσεσθ', ὃ δὲ φασγάνῳ οὖτα καθ' ἧπαρ·
170 ἐκ δέ οἱ ἧπαρ ὄλισθεν, ἀτὰρ μέλαν αἷμα κατ' αὐτοῦ
κόλπον ἐνέπλησεν, τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν
θυμοῦ δευόμενον. ὃ δὲ Μούλιον οὖτα παραστὰς

Harl. Lips. all. — Ib. ἀφήῃ V. L. ap. Eust. 1217, 37. — V. 467. οὐ γάρ τις et οὐ γάρ τι VV. LL. ap. schol. A. οὐ γάρ τοι Vind. quint. — V. 470. κάταντα Both. coniect. — V. 471. ἐνέπρησεν Ar. — Ib. ὄσσ' ἐκάλ. Vind. quint. —

ianum supplicem pertineat et αὐτοῦ significet, Aristarchus et Ptolemaeus Ascalonita potius indicarunt, neque iis adversantur vel Eustath. 1217, 12, 35., quanquam εὖ novit, neque Apollon. de pron. 357, 6., qui εἴ πώς εὐ πεφ., quemadmodum Ptolemaeus iussit, adscivit. Iam quum εἴ πως recte distrahatur, et altera encliticae accentum recipiat, conf. 13, 807. 22, 196. Od. 14, 460. 22, 91., non assequor, cur eius expers hic sit habenda, etsi Aristarchus aut Ven. interpres εἴπως εὖ πεφ. praeferendum dixerint. Encliticum vero huic versui consentaneum iudicarunt Schaeferus et Vossius ad hymn. in Cer. 439. Ceterum, Apollonio teste, pronomen ὀρθοτονούμενον futuro editori restituendum erit in Odyss. 19, 446 φρίξας εὖ λοφίην, ubi patientius tulerunt confusionem hic reiectam.

V. 466. Vid. Od. 3, 146.

V. 467. Cum Vindob. quinto Plutarchum in vit. Demosth. c. XII. consentire Heynius observavit. At editores novissimi Plutarcho Homericum, quod ipse sibi vindicat (vid. Quaest. sympos. V. Probl. IV. Vol. VIII, 69. Tom. II. 678. B.), merito reddiderunt. Adiectivum utrumque passim illustrant lexicographi, ut Apoll. in Lex. 18, 208. Etym. M. 7, 26. Hesych. I, 33, 839., alii.

V. 470. Bothius, κατ' αὐτοῦ ineptum ratus, de suo largitur poetae κάταντα, i. e. subter. His vero argutiis eo minus opus est, quo constantius omnes omnino tenent vulgare. Sistit autem poeta sinus ex ipso iecore sanguine oppletos.

V. 471. Si vera sunt, quae posuimus, Aristarchi ἐνέπρησεν, quod Bothio soli arrisit, improbandum esse sequitur. Mirum autem est, quod Aristarchus, cui alias πλῆσεν magis Homericum visum est (cf. ad 2, 415. 9, 242), hic discesserit ad alterum, de quo schol. A. sic tradit: ἐνέπρησεν· Φιλόξενος καὶ Ἀρίσταρχος. περὶ δὲ τῆς γραφῆς Ἀριστάρχου ἐν ποιήματί φησιν οὕτως· τὸ αἷμα ἀπὸ τοῦ ἥπατος ἐκρούνιζε χυθὲν, καὶ τὸν τοῦ χιτῶνος κολπὸν ἐνεφύσησε. Sinus autem sanguine infuso non tam inflari quam impleri perspicuum est, neque ulla alia de re nisi de igni et vento

δουρὶ κατ' οὖς· εἶθαρ δὲ δι' οὔατος ἦλθ' ἑτέροιο
αἰχμὴ χαλκείη· ὃ δ' Ἀγήνορος υἱὸν Ἔχεκλον
475 μέσσην κὰκ κεφαλὴν ξίφει ἤλασε κωπήεντι·
πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι· τὸν δὲ κατ' ὄσσε
ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ Μοῖρα κραταιή.
Δευκαλίωνα δ' ἔπειθ', ἵνα τε ξυνέχουσι τένοντες
ἀγκῶνος, τῇ τόνγε φίλης διὰ χειρὸς ἔπειρεν
480 αἰχμῇ χαλκείῃ· ὃ δέ μιν μένε χεῖρα βαρυνθείς,
πρόσθ' ὁρόων θάνατον· ὃ δὲ φασγάνῳ αὐχένα θείνας
τῆλ' αὐτῇ πήληκι κάρη βάλε· μυελὸς αὖτε
σφονδυλίων ἔκπαλθ'· ὃ δ' ἐπὶ χθονὶ κεῖτο τανυσθείς.

V. 473. παρ' οὖς V. et V. L. ap. schol. — V. 475. μέσσον Vindob. unus. — V. 479. τον τε Ven. — V. 480. αἰχμὴ χαλκείη Vind. ed. ol. vulgo et H. — V. 481. πρὸς ὀρόων Z. — V. 484. Πείρεως Z. — V. 485. Ῥίγμον' ὃς V. L. ap. schol.

compositum ἐνέπρησεν apud Homerum unquam deprehenditur; vid. Buttmann. Lexil. I, 104 sqq. His iam perfuncto ad alia transire liceret, nisi Bothii error moram iniiceret. Ille enim, dum schol. verba corrupta putat, primum corrigit Φιλόξενος κατ' Ἀρίσταρχον, quod tolerabile, nec vero necessarium videtur. Multo gravius lapsus est in sequentibus, nam ἐν ποιήματι in hoc carmine h. l. Iliadis explicat. Pro certo autem affirmaverim emendandum esse ἐν ὑπομνήματι, si quidem Philoxenum ὑπομνήματα sive commentarium, si non in Iliadem, at certe in Odysseam edidisse constat; vid. Osanni epimetr. sec. ad Philemon. Lex. p. 312. Imo suspicari potest criticam Philoxeni operam, etsi Osannus id negavit, Iliadem etiam comprehendisse. Ita iam olim statui in diar. litter. Ienens. a. 1823. vol. II. p. 435., et quum hic locus tum alia Venet. scholiastarum testimonia plus ponderis ac roboris ei afferunt opinioni. Bothius in iis, quae de Philemone disputat, ad Heynium solum respicit, Osanni aut ignarus aut immemor.

V. 473. Praepositio utraque παρὰ et κατὰ Homero convenit; vid. dissert. de vi et usu praeposit. ἀνὰ et κατὰ ap. Hom. §. 15. p. 30. et Il. 11, 109. 21, 491. Sed κατὰ non modo libri plurimi exhibent, verum ea etiam ensi aures traiicienti et perforanti magis accomodata erit habenda.

V. 475. Cf. 16, 332 sqq. 5, 83.

V. 478. Schol. A.: ἡ διπλῆ, ὅτι πάντα τὰ τεταμένα νεῦρα τένοντας Ὅμηρος λέγει, add. Apoll. Lex. 640., cuius verba scholiastae ope feliciter sanavit Heynius; dualis vero, apud Apollonium oblatus, plurali est posthabendus; vid. ad 16, 587.

V. 479. Venetum schol. A. in viam reducit hisce τόντε· γράφεται τόνγε, nec discrepant libri alii.

V. 480. Dativum a Wolfio adscitum e Vindobon. uno et Mosq. commemoravit Heynius, sed ei tum Ven. tum Eust. 1217, 50. praesidium ferunt.

V. 481. Schol. Victorin. πρόσθ' ὁρόων· Ζηνόδοτος χωρὶς

αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' ἰέναι μετ' ἀμύμονα Πείρεω υἱόν,
485 Ῥίγμον, ὃς ἐκ Θρήκης ἐριβώλακος εἰληλούθει·
τὸν βάλε μέσσον ἄκοντι, πάγη δ' ἐν πνεύμονι χαλκός·
ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων. ὁ δ' Ἀρηΐθοον θεράποντα
ἂψ ἵππους στρέψαντα μετάφρενον ὀξέϊ δουρὶ
νύξ', ἀπὸ δ' ἅρματος ὦσε· κυκήθησαν δέ οἱ ἵπποι.
490 Ὡς δ' ἀναμαιμάει βαθέ' ἄγκεα θεσπιδαὲς πῦρ
οὔρεος ἀζαλέοιο, βαθεῖα δὲ καίεται ὕλη,
πάντῃ τε κλονέων ἄνεμος φλόγα εἰλυφάζει·
ὣς ὅγε πάντῃ θῦνε σὺν ἔγχεϊ, δαίμονι ἶσος,
κτεινομένους ἐφέπων· ῥέε δ' αἵματι γαῖα μέλαινα.

Victor. — V. 486. ἐν νηδύϊ Vind. ed. et ol. vulgo, ἐνὶ νηδ. libri pauci. — V. 492. πάντη vulgo et W. in ed. nov. — Ib. ἄν. δὲ φλόγ' εἰλυφάζει Etym. M. 300, 1. — V. 493. ὡς ὅγε πάντας editt. antiqq. — V. 494. ἐφ' ἔπων V. στεινομένους ἐφέπων Both. coniect. —

τοῦ θ, πρόσ' ὁρόων. Quod quid sit, non ita facile intelligas. Itaque Heynius πρός θ' ὁρόων, participio superiori adiungendum, Zenodoti fuisse coniicit, idque Eustath. 1217, 51. scribit; at interpretatio eius usitato fidem facit, subiicit enim: ὅπερ οἱ μεθ'. Ὅμηρον πρὸ ὀφθαλμῶν ὁρᾶν θάνατόν φασιν.

V. 483. Σφονδυλίων nonnulli pro nominativo acceperunt: incommode. De verbo dixi in Excurs. XVI, §. 1.

V. 484. Genitivum Πείρεω scholl. Ven. Eust. 1217, 61. et Etym. M. 138, 4. defendunt. Schol. quidem A. ita disserit: ἡ διπλῆ περιεστιγμένη, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει Πείρεως υἱόν, ἄμετρον ποιῶν τὸν στίχον καὶ παράλογον. ἔστι γὰρ Πείρως τὸ ὄνομα (Il. 2, 844.)· νῦν δὲ ἐσχημάτικεν ἀπὸ τοῦ Πείρεως, ὡς Μενέλεω. ἄδηλον δὲ, εἰ τοῦ Θρᾳκῶν ἡγουμένου ἢ ἑτέρου τινὸς ὁμωνύμου. Schol. B.: Πείρεω ὁμοίως τῷ Μενέλεω. ἡ γὰρ εὐθεῖά ἐστι Πείρεως. ἐν ἄλλοις δὲ Πείροος λέγεται καὶ Πείρως. Prius horum in Il. 2, 844. 4, 520, 525. reponendum duxi, nec me huius coepti poenitet: nam primum ei formae novum accedit momentum e schol. B.; deinde Thracum ducem hic intelligendum esse ne veteres quidem pro explorato habuerunt; denique in nominibus propriis fingendis diffingendisque praecipuam poetarum licentiam regnare permulta nobis ostendunt.

V. 485. In nomine iterum minus conveniunt interpretes: Eustath. quidem 1217, 61. Ῥίγμον barbarum ducit, Ῥῆγμον vero si scribatur, a ῥήγνυσθαι repeti posse concedit; schol. Victor. id ipsum ex Aeolum dialecto mutatum putat, alios vero Ῥίγμονα a nominativo Ῥίγμων verum habuisse addit.

V. 486. Ven. Harl. et alii quidam id, quod Wolfius adoptavit, praebuerunt, nec tamen alterum schol. A. latuit.

V. 492. Etymologicus num nostra ob oculos habuerit, incertum est; de verbo vid. ad 11, 156.

V. 493. Libri, ut similitudo postulat, πάντῃ ab editione Flor. et Ald. pr. reduci iusserunt, nec differt Eust. 1218, 3.

V. 494. Schol. brevis: ἔδει εἰπεῖν· ἔφεπε κτεινομένους, nec diversi

495 ὡς δ' ὅτε τις ζεύξῃ βόας ἄρσενας εὐρυμετώπους
τριβέμεναι κρῖ λευκὸν ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ,
ῥίμφα τε λέπτ' ἐγένοντο βοῶν ὑπὸ πόσσ' ἐριμύκων·
ὣς ὑπ' Ἀχιλλῆος μεγαθύμου μώνυχες ἵπποι
στεῖβον ὁμοῦ νέκυάς τε καὶ ἀσπίδας· αἵματι δ' ἄξων
500 νέρθεν ἅπας πεπάλακτο, καὶ ἄντυγες αἱ περὶ δίφρον,
ἃς ἄρ' ἀφ' ἱππείων ὁπλέων ῥαθάμιγγες ἔβαλλον,
αἵ τ' ἀπ' ἐπισσώτρων· ὁ δὲ ἵετο κῦδος ἀρέσθαι
Πηλείδης, λύθρῳ δὲ παλάσσετο χεῖρας ἀάπτους.

V. 496. ἐϋτροχάλῳ ἐν ἀλ. Vind. ed. et V. L. ap. schol. A. — V. 500. δίφρων Vindob. quint. — V. 503. δ' ἐπαλάσσετο Ald. sec. et all. —

quidquam aut libri aut Eust. 1318, 16. suggerunt. Sed Bothius κτεινομένους, quia nemo insequitur occisos, insulsum ratus, στεινομένους, i. e. in angustias compulsos persequens proponit. Verum nullae hic sunt locorum angustiae, Troianis per campi aperta effuse fugientibus, neque κτεινομένους interfectos, sed eos potius, qui Achillis ense metuntur, denotat; vid. 1, 410. Od. 20, 234. et alia exempla in Damm. Lex. Hom. 264, b. collecta. Bothium igitur celerius quam consultius iudicasse patet.

V. 496. Ἐϋτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ, ab Aldina secunda e libris paucis receptum, emendatoris esse videtur, cf. Hesiod. Op. 599 χώρῳ ἐν εὐαεῖ καὶ ἐϋτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ. Eusth. quoque 1218, 19. utrumque recitavit; vulgari tamen et libri praestantissimi, velut Ven. Vind. quint. Lips. alii, succurrunt, et poeta sibi vindicat; cf. 21, 77. Od. 24, 226, 336.

V. 499 sqq. Initio et fine leviter mutatis quattuor versus in Il. 11, 534 sqq. legimus; postremum fere repraesentatum habes ib. v. 169. Hinc Heynio et Bothio suspicio est excitata, qua totam huius rhapsodiae clausulam inde a v. 495. adventiciam et a rhapsodo intrusam dicerent. Eius vero opinionis fidem eo magis augeri putant, quod Achilles antea pugnarit pedes, nunc repente curru vectus Troianis instet fugientibus. Verum ut Achilles, quanquam poeta nihil commemoravit, curru degressus Aeneam et alios Troianos invasit, ita acie hostium inclinata et in fugam coniecta idem, quo celerius insequeretur profugos, in currum adscendisse censendus est. Quod si verum posueris, non assequor, quid invenusti et dissimilis subsit iis, de quibus, quantum cognoscere licuit, nemo veterum dubitavit. Non concedi potest vers. 493. melius quam 503. cum proximi libri principio cohaerere. Nam sive Achilles pedes incesserit sive currui insistens Troianorum terga presserit, eos ipsos esse, qui, ad Xanthi fluenta progressi, bipartito agmine salutem petierint, nemo facile negabit. His igitur de causis obelo a Bothio adiecto abstinendum erat.

ΙΛΙΑΔΟΣ Φ.

Achilles Troianos, in duas partes distractos, hinc ad urbem pellit, illinc Xanthi undis impeditos caedit, duodecim autem iuvenes ex amne vivos educit, eosque manibus in terga revinctis ad naves dimittit, Patrocli exsequiis servandos v. 1 — 33. Lycaon, Priami filius, Achilli obvius, ut vitae parcat, enixe sed frustra rogat v. 34 — 135. Similem fortunam Asteropaeus, Pelegone natus, et alii Paeonum principes subeunt v. 136 — 210. Scamander, Achillis dicacitate et saevitia exacerbatus, eum ex undis recedere iubet: ille primum dicto audiens, mox immemor propositi denuo insilit in alveum. At fluvius undis irritatis Achillem immergere studet, et in ripas egresso tanta instat ferocia, ut Pelides mortem inhonestam iam deploret v. 211 — 283. Minerva et Neptunus precibus auditis Achilli, e vitae discrimine erepto, verbis addunt animum. Scamandro autem una cum Simoente vehementius etiam in recedentem proruenti Iuno Vulcanum immittit v. 284—341. Is flamma late populante et agros exurit et fluvium eo adigit, ut sibi Iunonis expetat veniam, qua accepta Vulcanus a matre revocatur 342 — 384. Iam alii dii in arenam descendunt vario et animo et eventu, ut Mars, Minerva, Venus; Neptunus, Apollo; Latona, Mercurius v. 385 — 514. His gestis dii in Olympum revertuntur, Apollo vero intrat Troiam, cuius portas e bello refugientibus aperiri iubet Priamus v. 515 — 536. Apollo, ut Achillem ab urbe detineat, primum in eum excitat Agenorem, quo victo et periculo subducto deus ipse, Agenoris specie indutus, Achillem fallit et a Troia deductum in campum avertit. Quo Apollinis beneficio adiuta profugorum turba sospes ac salva portas assequitur v. 537 — 611.

Μάχη παραποτάμιος.

Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ πόρον ἷξον ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο,
Ξάνθου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς,
ἔνθα διατμήξας τοὺς μὲν πεδίονδε δίωκεν
πρὸς πόλιν, ᾗπερ Ἀχαιοὶ ἀτυζόμενοι φοβέοντο
5 ἤματι τῷ προτέρῳ, ὅτε μαίνετο φαίδιμος Ἕκτωρ·
τῇ ῥ᾽ οἵγε προχέοντο πεφυζότες· ἠέρα δ᾽ Ἥρη

V. 1. ῥόον Aristoph. — Ib. ἷξεν Bentlei. — Ib. ἐϋῤῥῆος π. Vind. quint. Lips. — V. 2. ἀθάνατον Z. — V. 3. πεδίονδ᾽ ἐδίωκε Eustath. 1219, 35. V. et vulgo. — V. 4. ᾗπερ οἱ ἄλλοι Vindd. et ol. vulgo. — V. 5. ἐμαίνετο V. Eustath. 1219, 39. et schol. ad Od. 2, 1. — V. 8. εἰλεῦντο Eustath. 1219, 40.—

V. 1. Aristophanes aut nominis ambiguitate inductus aut usu huius rhapsodiae commotus (vid. 16, 147, 219, 241, 303, 369.) ῥόον restituit, eique finitima habes 11, 726. 16, 151. 19, 402. Od. 6, 85. 11, 21. Sed alterum, quo poetam non tam Scamandri fluenta quam eius vadum significasse probabile est, et plurimorum iudicio et exemplorum similitudine sartum tectumque erit, conf. 2, 592. et ad 14, 433. Troes autem Achille priores ad vadum pervenisse apparet, quo reputato Bentleii suspicio concidit, vid. Etym. M. 683, 6.

V. 2. Zenodotus Xanthum nec Iovem immortalem appellatum voluit, at ei obstat res ipsa: vid. scholl. A B V. Eust. 1219, 33. et ad 14, 433.

V. 3. Augmento carent Vind. quint. Harl. Lips. alii, quibus et Aldus in secunda et recentiores obedierunt.

V. 4. Barnesius primus vere, ut opinor, olim vulgatum expulit, Eustathii et unius libri ope adiutus. His postea accessit Ven., quanquam schol. A. pariter atque Eustath. 1219, 36. utrumque enotarunt. Sed Achivi ab Hectore pridie fugati Troianis impetu reiectis opponuntur; minus igitur recte Bentlei., versu priore expuncto, οἱ ἄλλοι tuitus est: illud enim aliunde, ut opinor, huc irruit; vid. 6, 41. 21, 554.

V. 5. Schol. A.: ἐμαίνετο· ἐνθουσιωδῶς ἐμάχετο, διὸ οὐκ εἶπεν ἐμάρνατο, add. Eustath. 1219, 64. Alios posterius habuisse parum exploratum est, nec magis constat, an in Il. 15, 609 τινάσσετο μαινομένοιο, id quo schol. alter comparat, in libris fuerit lectum. Qui quum taceant, verendum est, ne pravae elicuius emendationi illic debeatur. Augmentum abest a Vindd. et editionibus plerisque.

V. 7. Libri nihil diversi ostendunt; add. Eustath. 1219, 39. 1220, 11. scholl. VB. Apoll. Lex. 563. et auct. de vit. Hom.

πίτνα πρόσθε βαθεῖαν ἐρυκέμεν· ἡμίσεες δὲ
ἐς ποταμὸν εἰλεῦντο βαθύῤῥοον, ἀργυροδίνην·
ἐν δ' ἔπεσον μεγάλῳ πατάγῳ· βράχε δ' αἰπὰ ῥέεθρα,
10 ὄχθαι δ' ἀμφὶ περὶ μεγάλ' ἴαχον· οἱ δ' ἀλαλητῷ
ἔννεον ἔνθα καὶ ἔνθα, ἑλισσόμενοι περὶ δίνας.
ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ ῥιπῆς πυρὸς ἀκρίδες ἠερέθονται
φευγέμεναι ποταμόνδε· τὸ δὲ φλέγει ἀκάματον πῦρ,
ὄρμενον ἐξαίφνης, ταὶ δὲ πτώσσουσι καθ' ὕδωρ·
15 ὡς ὑπ' Ἀχιλλῆος Ξάνθου βαθυδινήεντος
πλῆτο ῥόος κελάδων ἐπιμὶξ ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν.
Αὐτὰρ ὁ Διογενὴς δόρυ μὲν λίπεν αὐτοῦ ἐπ' ὄχθῃ

V. 11. νήχοντ' ἔνθα V. L. ap. schol. A. — Ib. ἑλισσομενοι V. — Ib. κατὰ δίνας Vind. ed. Eust. 1219, 41. ol. vulgo et H. — V. 12. ὑπαὶ ῥ. Vind. ed. et ol. vulgo. — Ib. ἠερέθοντο Vind. quint. — V. 14. ὄρμενον Vindd. — V. 16. κελαδῶν all. gramm. — V. 17. ἐπ' ὄχθαις Vind. ed. et ol. vulgo. —

825. Quare Galeno in epid. VI, 19. p. 496. [Tom. XVII. 2. p. 186. ed. Kühn.], ubi, Heynio teste, πότνια πρ. βαθεῖαν fertur, mendum insidet.

V. 8. Lenem meliorum voluntate iure praeferri cognovimus; vid. ad 2, 294. 8, 215.

V. 9. Troes, ut mortem instantem effugerent, in fluvii undas se dimiserunt. Similem Atheniensium militum fortunam, de qua Thucydid. VII, 84. ita tradit: ὡς δὲ γίγνονται ἐπ' αὐτῷ (ποταμῷ), ἐςπίπτουσιν οὐδενὶ κόσμῳ ἔτι, apte comparavit schol. Victor. Postremam versus partem excitarunt Et. M. 211, 53. et Orion. 9, 5, etsi illud glossa inquinavit.

V. 10. Praepositio bis posita adverbii vice fungitur, cf. de praeposit. ἀνὰ et κατὰ vi et usu apud Homer. §. 3. p. 3 sq.

V. 11. Schol. A.: ἔνιαι τῶν κατὰ πόλεις νήχοντ'. τὸ δὲ ἔνθα καὶ ἔνθα ἑκατέροις δύναται προςδίδοσθαι. Illi liquida ingeminata offensi poeticum communi mutasse videntur, cf. Eust. 1220, 30. Versu exeunte κατὰ δίνας plerique dant, neque id ignorat schol. A.; Venet. tamen fidem augent 1, 317. 18, 372. 22, 95.

V. 12. Diphthongum refellit Eust. 1220, 34. cum plurimis, vid. ad. 12, 426. et de verbo postremo et eius tempore ad 2, 448. Hermann. Opusc. II, 48.

V. 14. Cf. scholl. AB. Eustath. 1220, 35. Etym. M. 631, 40. et ad 11, 572.

V. 16. Κελάδων et inde profecta barytona esse docent interpretes, cf. schol. A. et Etym. M. 501, 35.

V. 17. Zenodoti causa, ut qui multa silentio a poeta praeteriri ignoraverit, diple videtur appicta. Achilles enim hasta se-

κεκλιμένον μυρίκῃσιν· ὁ δ' ἔσθορε δαίμονι ἶσος,
φάσγανον οἶον ἔχων, κακὰ δὲ φρεσὶ μήδετο ἔργα.
20 τύπτε δ' ἐπιστροφάδην· τῶν δὲ στόνος ὤρνυτ' ἀεικὴς
ἄορι θεινομένων, ἐρυθαίνετο δ' αἵματι ὕδωρ.
ὡς δ' ὑπὸ δελφῖνος μεγακήτεος ἰχθύες ἄλλοι
φεύγοντες πιμπλᾶσι μυχοὺς λιμένος εὐόρμου,
δειδιότες· μάλα γάρ τε κατεσθίει ὅν κε λάβῃσιν·
25 ὣς Τρῶες ποταμοῖο κατὰ δεινοῖο ῥέεθρα
πτῶσσον ὑπὸ κρημνούς. ὁ δ' ἐπεὶ κάμε χεῖρας ἐναίρων,
ζωοὺς ἐκ ποταμοῖο δυώδεκα λέξατο κούρους,
ποινὴν Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο θανόντος.
τοὺς ἐξῆγε θύραζε τεθηπότας, ἠΰτε νεβρούς,

V. 18. ὁδὲ Pythocles ap. schol. A. — Ib. ἔκθορε editt. antiqq. ἔνθορε Vindd. Rom. — V. 21. αἵματι κῦμα Bentl. coni. — V. 25. δινοῖο V. et all. pauc. — V. 29. τούςδ' ἐξῆγε Harl. Eust. 1221, 40. — V. 31. ἐπιστρεπτοῖσι schol. brev. — V. 33. αὐτὰρ ὅγ' ἆψ Heyn. coni. — Ib. κατακτάμεναι μ. Vind. ed.

posita utitur v. 67. cf. ad 16, 432. In fine singularem Ven. Vind. quint. Harl. Lips. all. Eust. 1221, 3. et Etym. M. 645, 20. certum reddunt.

V. 18. Pythocles ὁδέ, ut ἠδὲ et ἰδέ, καὶ significare opinatus est, vid. schol. A. Non ita multo post ἔσθορε et ἔνθορε iam olim fuisse permixta idem interpres et Eust. 1221, 3. referunt. Quae praeterea dissimilitudo a schol. Vict. commemoratur: αἶψ' ἐσόρουσεν sive αὐτὸς δ' αἶψ' ἐπόρουσεν, ea, si bene iudico, ad vers. 33. est revocanda.

V. 20. Vid. ad 10, 483.

V. 22. Similitudinem, quod res in fluvio geratur, commode peti a piscibus veteres censent; versus autem integer exstat apud auct. de poes. Hom. p. 322.

V. 25. Schol. A. scite, ut puto, recedit a Veneto adiiciundo μεγάλου καὶ θαυμαστοῦ: illi vero congruit interpres Victor., dum adscribit: δίνας ἔχοντος καὶ ἤδη ἀκροκελαινιόωντος, cf. Eust. 1221, 40. et ad 20, 259.

V. 26. Hermodorus rhapsodus verba duo ultima a praecedentibus separando Homerica non perpolivit, sed, ut potuit, dolavit, Achillem Troum manus caedendo (χειροκοπῶν) fatigatum opinatus, vid. schol. Vict. Neque id Eust. 121, 41., quemadmodum Heynius refert, veteribus generatim dat, verum non defuisse dicit qui contortius iungerent. In Etym. M. 488, 22 ἐπεὶ κάμε χεῖρας ἀναίρων mendose solet ferri.

V. 31. Veteres etsi χιτῶνας στρεπτοὺς varie explicant, in simplici tamen, ut par est, congruunt, vid. scholl. AV. Eust. 1221, 58. et Il. 5, 113.

V. 32. Vid. 5, 26.

30 δῆσε δ' ὀπίσσω χεῖρας ἐϋτμήτοισιν ἱμᾶσιν,
τοὺς αὐτοὶ φορέεσκον ἐπὶ στρεπτοῖσι χιτῶσιν·
δῶκε δ' ἑταίροισιν κατάγειν κοίλας ἐπὶ νῆας.
αὐτὰρ ὃ ἂψ ἐπόρουσε δαϊζέμεναι μενεαίνων.
Ἔνθ' υἷι Πριάμοιο συνήντετο Δαρδανίδαο
35 ἐκ ποταμοῦ φεύγοντι, Λυκάονι· τόν ῥά ποτ' αὐτὸς
ἦγε λαβὼν ἐκ πατρὸς ἀλωῆς οὐκ ἐθέλοντα,
ἐννύχιος προμολών· ὃ δ' ἐρινεὸν ὀξέϊ χαλκῷ
τάμνε, νέους ὅρπηκας, ἵν' ἅρματος ἄντυγες εἶεν·
τῷ δ' ἄρ' ἀνώϊστον κακὸν ἤλυθε δῖος Ἀχιλλεύς.
40 καὶ τότε μέν μιν Λῆμνον ἐϋκτιμένην ἐπέρασσεν

et ol. vulgo. — V. 34. *υἱεῖ* V. all. ol. vulgo. W. et H. — V. 36. *ἀλφῆς* V. et all. plures. — V. 37. *ἐρινεοῦ* Bentl. coni. — V. 38. *ὅρπηκας* Eust. 1221, 61. gramm. Clark. — Ib. *ἦεν* Vind. quint. Eust. 1221, 62. Ald. sec. — V. 40. *ἐπέρησε* Vind. ed. Ald. sec. *ἐπέρασε* Eust. 1222, 24. Rom. all. —

V. 33. Schol. A. *καταχτάμεναι* per editiones sparsum apponit, eique alibi accinit poeta (vid. 3, 379. 5, 436. 20, 346, 442. 21, 140, 170.), libri vero praestantissimi Veneto subscribunt, velut Harl. Vind. quint. Lips. alii, neque Achilli, Troum catervas immiti caede metenti, inconveniens erit *δαϊζέμεναι*.

V. 34. Dativum *υἱεῖ*, ut a nomine *υἱεύς* ductum, schol. B. tuetur, verum *υἷι*, cui libri pauci adsunt, de Homeri more reducendum esse dixi ad 2, 791.

V. 37 sq. Diversa quidem confundunt grammatici, exemplis parum idoneis Il. 24, 58. Od. 18, 396. ad structuram probandam usi; at nihilominus accusativum ea dicendi forma, qua quae erant subiungenda non ita raro sibi invicem apponuntur, facile defendas, vid. Eust. 1222, 16 et Matth. gr. Gr. 432, 3. Paullo post, utrum *ὅρπηκας* an *ὅρπηκας*, Ascalonita suasore, qui ea de re diversas rogaverat leges, exarandum, quaesiverunt. Ea vero dissensio ad alios permanavit, quanquam lenem stirpi et consuetudini aptiorem iudicant plurimi; cf. interpr. Venetos, Lexic. *περὶ πν.* a Valckenario edit. 234. Etym. M. 633, 1. Apoll. in Lex. 510, 637. et alios. Imperfecti indicativus, ut ad rem peractam relatus, ferri potest, libri vero plerique in optativo acquiescunt.

V. 39. Nomen *ἀνώϊστος* improvisum inexspectatumque reddunt, vid. scholl. Eust. 1222, 21. et Apoll. Lex. 122., qui nostra ad Od. 3, 306., ubi vulgo edunt aliter, transfert. Genus dicendi illustravit Nitzsch. in Animadv. ad Od. 2, 166.

V. 40. Ernestius formae olim vulgari Eustathii auctoritatem praetexere non debebat, quod ille, ut solet, poeticum trito et usitato mutavit; vid. 1221, 64. Aoristum autem eum, transi-

νήσοιν ἄγων· ἀτὰρ υἱὸς Ἰήσονος ὦνον ἔδωκεν.
κεῖθεν δὲ ξεῖνός μιν ἐλύσατο, πολλὰ δ' ἔδωκεν,
Ἴμβριος Ἠετίων, πέμψεν δ' ἐς δῖαν Ἀρίσβην·
ἔνθεν ὑπεκπροφυγὼν πατρώϊον ἵκετο δῶμα.
45 ἕνδεκα δ' ἤματα θυμὸν ἐτέρπετο· οἷσι φίλοισιν
ἐλθὼν ἐκ Λήμνοιο· δυωδεκάτῃ δέ μιν αὖτις
χερσὶν Ἀχιλλῆος θεὸς ἔμβαλεν, ὅς μιν ἔμελλεν
πέμψειν εἰς Ἀΐδαο, καὶ οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι.
τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς
50 γυμνὸν, ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος, οὐδ' ἔχεν ἔγχος·
ἀλλὰ τὰ μέν ῥ' ἀπὸ πάντα χαμαὶ βάλε· τεῖρε γὰρ ἱδρὼς
φεύγοντ' ἐκ ποταμοῦ, κάματος δ' ὑπὸ γούνατ' ἐδάμνα·
ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν·
Ὢ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι·

V. 42. π. δὲ δῶκεν Ald. sec. et H. — V. 44. ὑπεκ προφ. V. — V. 45. θυμὸς ἐτέρπ. Ald. sec. — V. 50. οὐ δ' ἔχεν H. — V. 51. τεῖρε δὲ ἱδρὼς Harl. — V. 55. ἦ μὲν δὴ id. — V. 57. ὑποπλεὲς editt. antiqq. ὑπὸ ν. ol. vulgo et H. — V. 58. πεπεραμμένος Heyn. coniect. — V. 59. πολεῖς V. ol. vulgo et H. — Ib.

tiva potestate instructum, α corripere ostendit Hermannus ad Orph. Arg. 85. et ad hymn. Hom. in Merc. 133., add. lib. meum de pros. Gr. §. 52, 1, c.

V. 41. Heynius, et libris invitis et Eustath. 1221, 1. adversante, Aldina secunda fretus augmentum praecidit. Verbum autem bis deinceps in versuum clausula repetitum nihil insoliti afferet sermonis Homerici perito; vid. ad 12, 374.

V. 45. Ald. secunda praeter aliorum fidem et auctoritatem intulit nominativum, vid. Passov. Lex. et schol. ad Od. 12, 105, ubi ἐτέρποντο ad poetae normam erit emendandum.

V. 50. Ubertate poetis familiari unum idemque καταφατικῶς et ἀποφατικῶς dicitur, cf. schol. ad Od. 10, 301. et simillimum illud Sophoclis in El. 36 ἄσκευον αὐτὸν ἀσπίδων τε καὶ στρατοῦ, ad Homeri exemplar procusum.

V. 55. Pius, interpunctione graviore post pedem quartum illata, sequentia pro consequutivis accepit: excitabuntur ergo caesi ab inferis, siquidem Lycaon ille mari traiecto huc rediit. Alii sententiam a novo exordio ductam reliqua comprehendere rati, particulam circumflexo recte instruunt; vid. 5, 422. 18, 12. Quod si quis ea prioribus copulanda putaverit, conditionalem εἰ μάλα requiri apparet.

V. 57. Veteres praepositionem, quae alius cuiusdam vicem sustineat, inclinari vetant; cf. schol. A. Et. M. 124, 1. et Eust. 1222, 64. At praeceptum illud mirum et ineptum refutarunt plurimi; vid. Hermann. de emend. rat. Gr. gr. p. 114 sqq. Neque

ἦ μάλα δὴ Τρῶες μεγαλήτορες, οὕςπερ ἔπεφνον,
αὖτις ἀναστήσονται ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος·
οἷον δὴ καὶ ὅδ' ἦλθε φυγὼν ὕπο νηλεὲς ἦμαρ,
Λῆμνον ἐς ἠγαθέην πεπερημένος· οὐδέ μιν ἔσχεν
πόντος ἁλὸς πολιῆς, ὃ πολέας ἀέκοντας ἐρύκει.
ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ δουρὸς ἀκωκῆς ἡμετέροιο
γεύσεται, ὄφρα ἴδωμαι ἐνὶ φρεσὶν ἠδὲ δαείω,
ἢ ἄρ' ὁμῶς καὶ κεῖθεν ἐλεύσεται, ἦ μιν ἐρύξει
γῆ φυσίζοος, ἥτε κατὰ κρατερόν περ ἐρύκει.
Ὣς ὥρμαινε μένων· ὁ δέ οἱ σχεδὸν ἦλθε τεθηπώς,
γούνων ἅψασθαι μεμαώς· περὶ δ' ἤθελε θυμῷ
ἐκφυγέειν θάνατόν τε κακὸν καὶ Κῆρα μέλαιναν.
ἤτοι ὁ μὲν δόρυ μακρὸν ἀνέσχετο δῖος Ἀχιλλεὺς
οὐτάμεναι μεμαώς· ὁ δ' ὑπέδραμε καὶ λάβε γούνων

ἐρύκοι Vind. un. — V. 62. κά-κεῖθεν sive κἀκεῖθεν grammatic. pars et Eust. 1223, 30. — V. 63. φυσίζωος Vind. quint. Lips. — V. 65. ἅψεσθαι Barnes. conlect. — Ib. πέρι W. H. et nunc vulgo. — V. 67. ἀνέσχεθε Ald. sec. et V. L. ap. Eust. 1223, 58. —

ὑποφεύγειν idem prorsus atque ἀποφεύγειν vel ἐκφεύγειν denotare ipse Lycaonis reditus prodit; bene igitur egerunt recentissimi quique Iliados editores, quod tenoris anastrophae in his ac similibus locum reliquerunt.

V. 58. Matthiaeus, in gr. Gr. §. 248. πεπρημένος alios habuisse testatus, vel varietatem finxit, vel e schol. interpretatione πεπραμένος, quae et ipsa dubia incertaque est, eam assumpsit. Ut autem in aliis Graecorum verbis pro temporum diversitate vocalis nunc longa nunc brevis obtinet, ita aoristum ᾰ, perfectum η̄ sibi potest expetere.

V. 59. Lectio communis Bothium proceleusmaticum dactyli sedem occupasse autumantem refutat, vid. ad 1, 559.

V. 62. Copulam, Aristarcho iudice, ab adverbio loci secernendam esse constat, vid. Excurs. XIII, §. 2, p. 35.

V. 63. Vind. quint., ut numeri quadrarent, κατὰ resecuit: rectius autem vulgare cessit poetico; vid. Eustath. 1223, 41. et ad 3, 243.

V. 64. Subtilius quam verius πέρι et περὶ diremptas voluerunt; cf. scholl. ac Eustath. 1224, 7.

V. 67. Achillem hasta seposita iterum instructum procedere scholl. AV. denuo observant; cf. ad v. 17. Eustath. l. all.: ἤτοι ὁ μὲν δόρυ μακρὸν ἀνέσχετο ἢ ἀνέσχεθε δῖος Ἀχιλλεύς, quo quidem modo vel legendi varietatem exprompsit, vel alterum altero explicuit; certe medium quum libri tuentur, tum poeta ipse sibi flagitat, vid. 5, 655. 21, 161. Od. 19, 448.

κύψας· ἐγχείη δ' ἄρ' ὑπὲρ νώτου ἐνὶ γαίῃ
70 *ἔστη ἱεμένη χροὸς ἄμεναι ἀνδρομέοιο.*
αὐτὰρ ὁ τῇ ἑτέρῃ μὲν ἑλὼν ἐλλίσσετο γούνων·
τῇ δ' ἑτέρῃ ἔχεν ἔγχος ἀκαχμένον, οὐδὲ μεθίει·
καί μιν λισσόμενος ἔπεα πτερόεντα προςηύδα·
Γουνοῦμαί σ', Ἀχιλλεῦ· σὺ δέ μ' αἴδεο, καί μ' ἐλέησον·
75 *ἀντί τοί εἰμ' ἱκέταο, Διοτρεφές, αἰδοίοιο.*
πὰρ γὰρ σοὶ πρώτῳ πασάμην Δημήτερος ἀκτήν,
ἤματι τῷ, ὅτε μ' εἷλες ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ,

V. 70. *ἄμμεναι* editt. antiquiss. *ἄμμεναι* Vind. ed. Rom. et ol. vulgo. — V. 71. *ἐλίσσετο* Vind. quint. Ald. sec. St. *ἐλίσσ.* Eust. 1224, 16. Rom. — V. 73. *καί μιν φωνήσας* V. all. quid. W. et nunc vulgo, *καί ῥ' ὀλοφυράμενος* V. L. ap. schol. A. — V. 75. *εἰμ' ἱκέτ.* ol. vulgo. — V. 76. *πὰρ γάρ σοι* Vind. ed. Clark. et H. — V. 78. *πέρασας* V. L.

V. 70. Eustathius *ἄμμεναι* et *ἄμεναι* habuit cognitum; vid. 1223, 60. et 1224, 16; huic libri meliores et grammatici, ut Hesych. I, 271. Apoll. in Lex. 103. aliique, ferunt opem, add. Buttmann. in Lexil. II, 130.

V. 71. Verbi formam passim depravatam Barnesius primus correxit; vid. ad 6, 45., neque improbant literam geminam Ven. Vindd. et plurimi alii. Praeterea Eustathius, curiosus harum rerum investigator, *ἑλὼν* et *ἐλλίσσετο*, *ἔγχος* et *ἔχων* concentum assonare observavit, vid. 1224, 17.

V. 73. Aristarchum neglexisse hunc versum schol. A. refert hisce: *τοῦτον προςτιθέασί τινες οὐ φερόμενον ἐν ταῖς Ἀριστάρχου.* Nec vero video, quo iure possit abesse. Deinde Wolfius, Veneti et duorum aliorum consilio motus, *φωνήσας*, vulgari *λισσόμενος* depulso, induxit, quanquam ei et libri adsunt et Eustath. 1223, 61. subsidio venit. Iam quum Homerus in Od. 22, 311, 343. utrumque bis coniungat, et priorem iterum proferat ib. 366., a communi librorum lectione, ne scholiastae quidem spreta, desciscere nefas duxi. Tertium, quod schol. A. commemoravit, aliunde est petitum; vid. Il. 5, 871. 11, 815. Od. 16, 22. Proximi initium corruptum legitur apud Moschopul. 69, 12, add. Od. 6, 149.

V. 75. Verborum confusionem bene removet schol.: *ἡ διπλῆ, ὅτι ἀντὶ τοῦ ἴσος ἱκέτῃ εἰμί· „ἀντὶ κασιγνήτου ξεῖνος“* (Od. 8, 546) *ἀντὶ τοῦ ἴσος κασιγνήτῳ*, cf. Apoll. Lex. 120. Matth. gr. Gr. §. 572. et Lehrs. de Arist. stud. Hom. 120., denique Excurs. XVII, §. 1.

V. 78. Apud Apollonium l. all. *σ̄*, a plurimis neglectum, excidit, cf. 543., ubi mendum librarii Villoison. et *Tollius* scienter sustulerunt, Bekkero consentiente 130, 6.

V. 79. Hemistichium ultimum exstat in Bekker. Anecd. Gr. I, 382, 15. et apud Suid. I, 128., qui poetae verba suis aptavit.

καί μ' ἐπέρασσας ἄνευθεν ἄγων πατρός τε φίλων τε
Λῆμνον ἐς ἠγαθέην· ἑκατόμβοιον δέ τοι ἦλφον.
80 νῦν δὲ λύμην τρὶς τόσσα πορών· ἠὼς δέ μοί ἐστιν
ἥδε δυωδεκάτη, ὅτ' ἐς Ἴλιον εἰλήλουθα
πολλὰ παθών· νῦν αὖ με τεῆς ἐν χερσὶν ἔθηκεν
Μοῖρ' ὀλοή· μέλλω που ἀπέχθεσθαι Διὶ πατρί,
ὅς με σοὶ αὖτις ἔδωκε· μινυνθάδιον δέ με μήτηρ
85 γείνατο Λαοθόη, θυγάτηρ Ἄλταο γέροντος,
Ἄλτεω, ὃς Λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει

ap. schol. A. ἐπέρασας Harl. et Apoll. in Lex. 275. — V. 80. ἐλύμην. Etym. M. 333, 44. 572, 12. Barnes. et all. — V. 82. ποθὼν Vind. quint., male. — V. 84. δῶκε Ar. et Both. — V. 85. Ἅλταο Ald. sec. — V. 86. Ἄλταο eadem, vitiose. — Ib. ἄνασσε Vind. quint. ἄνασσεν Ar., ut videtur. —

V. 80. Interpretes veteres nec verbi modum nec tempus, nec rem ipsam commode satis exposuerunt. Nam plerique quum optativum esse arbitrarentur, Lycaonem triplex redemptionis pretium Achilli promittere censuerunt, ut schol. Vict. εὐκτικῶς, ἀντὶ τοῦ λυθησαίμην παρασχὼν τοσαῦτα τριπλησίως, add. schol. A. et Eustath. 1224, 58. Falsa haec esse intellexit Heynius: Lycaon enim, quomodo Imbrii beneficio e Lemno in patriam redierit, Achilli enarrat. Hinc λύμην aoristus erit habendus, cuius rei testes sunt, Etym. M. l. all. et Eustath. 1224, 60., qui sic praecipit: δύναται καὶ παθητικὸς ὁριστικὸς παρατατικὸς εἶναι ἀπὸ τοῦ λῦμι ῥήματος, ἵνα εἴη καὶ νῦν χρόνος ἀντὶ χρόνου, παρῳχημένος δηλαδὴ ἀντὶ τοῦ μέλλοντος λυθήσομαι. Quibus argutiis, si priora recte sunt disputata, minus egebimus. Ceterum ἐλύμην, augmento servato, praeter etymologum afferunt Hesych. I, 1184. et Apoll. in Lex. 257., ubi pro ἐλοίμην corrige cum Villoisonio ἐλύμην· ἐλυτρώθην: neque Hesychius ignorat aoristum, poetae menti congruum.

V. 81. Vid. Etym. M. 440, 46., in quo pronomen, ad versus integritatem necessarium, perperam est neglectum.

V. 84. Iovis ira semet ipsum iterum in Achillis manus venisse Lycaon conqueritur. Quare tenorem pronomini a Wolfio sublatum restitui.

V. 85. Duplex nominis forma ne metaplasmo quidem, ut schol. putant, adstricta tenetur. Imperfectum schol. A. urbium quibusdam recensionibus, Victor. Aristarcho assignat, neque ineptum habet, Pedaso diruta, vid. 20, 92. At Strabo XIII, 921., a. cll. 902. c. e poetae verbis colligit Achillis post discessum Alten imperium recuperasse, nec praesens respuunt libri plurimi, add. Eust. 1225, 47.

V. 86. Satnioenta fluvium potius quam montem esse habendum argumento sunt 14, 445. 6, 34. Hinc Strabo XIII, 902.

Πήδασον αἰπήεσσαν ἔχων ἐπὶ Σατνιόεντι.
τοῦ δ' ἔχε θυγατέρα Πρίαμος, πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας·
τῆςδε δύω γενόμεσθα, σὺ δ' ἄμφω δειροτομήσεις.
90 ἤτοι τὸν πρώτοισι μετὰ πρυλέεσσι δάμασσας,
ἀντίθεον Πολύδωρον, ἐπεὶ βάλες ὀξέϊ δουρί·
νῦν δὲ δὴ ἐνθάδε μοι κακὸν ἔσσεται· οὐ γὰρ ὀΐω
σὰς χεῖρας φεύξεσθαι, ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων.
ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν·
95 μή με κτεῖν'· ἐπεὶ οὐχ ὁμογάστριος Ἕκτορός εἰμι,
ὅς τοι ἑταῖρον ἔπεφνεν ἐνηέα τε κρατερόν τε.
Ὣς ἄρα μιν Πριάμοιο προςηύδα φαίδιμος υἱὸς

V. 87. ὑπὸ Σατνιόεντι V. Vindd. et ol. vulgo. — V. 88. πολλῶν τε καὶ ἄλλων Massilieus. ap. schol. A. — V. 91. χαλκῷ V. L. in Harl. — V. 92. κακὸν ἔσσεαι V. L. ap. schol. A. — V. 95. ἐπεὶ οὐχ λογάστριος Z. — V. 99. πιφάσκεο Vindd. et all. — V. 100. μόρσιμον ἦμαρ Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 101. τόφρα τί μοι V. Vind. ed. all. vulgo et W. τόφρα τε Ald. sec. — V.

e. vulgari reiecto ita disserit: καὶ νῦν ὁ τόπος τῆς πόλεως δείκνυται ἔρημος. γράφουσι δέ τινες οὐκ εὖ ὑπὸ Σατνιόεντι κειμένης τῆς πόλεως· οὐδὲν. δ' ἐστὶν ὄρος ἐνταῦθα Σατνιόεις προςαγορευόμενον, ἀλλὰ ποταμός, ἐφ' ᾧ ἵδρυται ἡ πόλις· νῦν δ' ἐστὶν ἐρήμη. Quibus adiungit duos Homeri versus, quos supra indicavi. Idem, si bene auguror, et Eustath. 1225, 48. et interpres Victor. erant traditori, librariorum stupore depravati: in illius enim commentariis ὑποσατνιόεντα, quod nec Strabonis neque alius cuiusquam fuit, temere coaluit, apud scholiastam autem non ὑπὸ Σατνιόεντι, sed ἐπὶ Σατνιόεντι legendum esse proxima ostendunt, ἐπὶ τοῖς ποταμοῖς φαμεν κεῖσθαι τὰς πολλὰς imo πόλεις.

V. 89. Ut Lycaon Achilli denuo esset supplex, alii signum interrogandi adiectum voluerunt. Melius illis Eustath. 1225, 53. praecipit, dicens Lycaonem terrore offusum parum accurate loqui, quod Polydorus gladio sit transfixus (vid. 20, 413 sqq.), ipse vero suum fatum nesciat.

V. 92. Sensus utramque admittit personam, attamen tertiae, in qua libri subsistunt, insequentia patrocinantur, vid. ad v. 39.

V. 95. Zenodoteum ex Il. 24, 496. arcessitum ab Homeri ore alienum ducunt scholl. AB., negantes ἴα sive μία idem valere quod ὁμοῦ.

V. 98. Eadem animi atrocitate Antimachi filiis Agamemno respondet 11, 137. Quo ex versu μειλιχίοις ἐπ. Barnesius sumpsit, eoque Clarkium fefellit.

V. 99. Diphthongum passim extritam tuetur Eustath. 1225, 55., vid. ad 12, 280.

V. 100. Diem fatalem αἴσιμον ἦμαρ poeta aliquoties commemoravit (cf. 8, 72. Od. 16, 280.), nec dissident praestantiores,

λισσόμενος ἐπέεσσιν· ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκουσεν·
Νήπιε, μή μοι ἄποινα πιφαύσκεο μηδ' ἀγόρευε·
100 πρὶν μὲν γὰρ Πάτροκλον ἐπισπεῖν αἴσιμον ἦμαρ,
τόφρα δέ μοι πεφιδέσθαι ἐνὶ φρεσὶ φίλτερον ἦεν
Τρώων, καὶ πολλοὺς ζωοὺς ἕλον ἠδ' ἐπέρασσα·
νῦν δ' οὐκ ἔσθ' ὅςτις θάνατον φύγῃ, ὅν κε θεός γε
Ἰλίου προπάροιθεν ἐμῆς ἐν χερσὶ βάλῃσιν,
105 καὶ πάντων Τρώων, πέρι δ' αὖ Πριάμοιό γε παίδων.
ἀλλά, φίλος, θάνε καὶ σύ· τίη ὀλοφύρεαι οὕτως;
κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.
οὐχ ὁράᾳς, οἷος καὶ ἐγὼ καλός τε μέγας τε;

102. ἠδὲ πέρ. V. L. ap. schol. A. H. ἐπέρασα V. et all. — V. 103. ὅς κεν θ. Eustath. 1225, 30. et all. ὅς τις — φύγοι V. Harl. Lips. all. et H. — V. 105. συμπάντων Vind. ed. Ald. sec. et ol. vulgo. — Ib. περὶ δ' αὖ ol. vulgo. — V. 106. αὔτως Vind. ed. Eust. 1225, 33. et ol. vulgo. — V. 108. κἀγὼ V. Vind. et ol. vulgo. κἀγὼ W. et all. —

ut Ven. Vind. quint. alii et Eust. 1225, 59. Μόρσιμον, quod vulgares invasit editiones, in uno loco et eo suspecto 15, 610. reperitur.

V. 101. Schol. A.: ἐν ἄλλῳ τόφρα δέ μοι, idque cum Vindob. uno et Heynio poetae erat reddendum, vid. Od. 8, 438. 9, 47. 12, 245. Il. 21, 139.

V. 103. Heynius Ven. et aliorum testimoniis impulsus optativum adscivit: mihi quidem subiunctivus, cui Vind. quint. cum aliis praesidium fert, sententiae conditionali longe aptior videtur. Nolui igitur a Wolfio discedere.

V. 105. Ven. Harl. Vind. quint. et libri plurimi cum editionibus priscis συμπάντων damnant, unde recentissimi quique copulam reduxerunt; iis accedit Eustath. 1226, 1.; schol. autem A. συμπάντων novit. Paullo post πέρι paroxytonum est, non quia περισσῶς significat, sed quod nullum nec verbum nec nomen adest, cui sit sociandum; vid. quaestiunc. de acc. incl. partic. περὶ apud Homerum concedenda et Eust. 1226, 6 sqq.

V. 106. Schol. A.: οὕτως· διὰ τοῦ ō ἅπασαι οὕτως, cuius monitis parent Ven. Vind. quint. et alii apud Heynium. Vulgari, cui Eustath. 1225, 33. et Diog. Laert. IX, 11, 67. accinunt, intempestiva subest ironia.

V. 107. Hoc versu, ut loco communi, Callisthenes philosophus, quum Alexandri magni iram sibi movisset, usus esse dicitur, vid. Plut. vit. Alex. LIV, nec minus Callianax medicus aegroto de salute sua sciscitato Homerica recitavit apud Galen. in Hippocr. epid. VI. (p. 483. T. IX. Chart.). Alias aliorum imitationes indicarunt Clarkius, Heynius et alii.

V. 108. Crasin poetae inauditam non modo libri agnoscunt,

πατρὸς δ' εἰμ' ἀγαθοῖο, θεὰ δέ με γείνατο μήτηρ·
110 ἀλλ' ἔπι τοι καὶ ἐμοὶ θάνατος καὶ Μοῖρα κραταιή —

V. 109. ἐγείνατο V. Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 110. ἐπί τοι ol. vulgo, ἐπεί τοι Vind. quint. ἐπὶ σοὶ Harl. — Ib. κἀμοί Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 111. δείλης Vindd. ol. vulgo. H. et Both.

verum etiam Etym. M. 637, 44. testatam reliquit. Nihilominus καὶ ἐγὼ innumerabili fere exemplorum multitudine confirmatum esse in Excurs. XII, §. 2. p. 35. studui demonstrare.

V. 109. Male olim iterum ferebatur πατρὸς δ' εἰμ' ἀγαθοῖο, hodie de librorum voluntate sublatum. Sub finem augmentum Ven. et plurimi reciderunt.

V. 110. sqq. Iam prisco tempore duplex horum tum lectio tum interpretatio, una communis et per libros sparsa, altera exquisitior et ab Aristarcho petita invaluit. Illam non modo usu et consuetudine retentam dicunt, sed nostra etiam memoria ab Heynio, Vossio, Bothio et plurimis comprobatam scimus. Hi igitur, prioribus uno verborum ambitu comprehensis, ἐπὶ inclinationis expertem ducunt, eamque verbo proximum exordienti adiunctam volunt. Quo admisso, Achilles mortem et Parcam severam sibi quoque futuram esse fatebitur, vid. scholl. ABV. Nominativi autem postea illati quum ei rationi parum apti essent visi, alii, sicut Matth. in gr. Gr. §. 377, 2. et 425, 2 et Bothius ἢ ἠοῦς corrigendum putarunt, alii, ut Heynius et Payn. Knightius tres versus, tanquam pannum rhapsodorum manibus assutum, rescindi iusserunt. Cui audaciae iure succenset Bothius: nam egregios versus, quos iusta laude extollit Eustath. 1226, 24, nulli veterum dubii quidquam movisse ipsae illae grammaticorum disputationes ostendunt planissime. Accedit, quod istis eo aegrius carebimus, quo maioris sunt momenti ad fractum Lycaonis animum erigendum vel certe consolandum. Quodsi Achilli, omnium Achivorum praestantissimo, simili mortis genere pereundum fuit, ut fatum aequa et forti perferat mente, Priami filius recte monebitur, sin autem Pelides communi omnium mortalium necessitati subiectus dicitur, nihil solatii utilitatisve ex eo ad Lycaonem redundabit. Sed revertor ad Bothium: is fundamento bene iacto alia incommode et insipienter contexta imposuit. Aristarchum enim, arbitrum sermonis Homerici eruditissimum, medelae paratae et expeditae ignarum, in devia aberrasse opinatur. Sed illum genitivum, qui Budaeo in commentar. ling. Gr. p. 1360, 4. adeo mirus est visus, ut δείλης nominativum crederet, propter librorum dissensum Aristarcho suspectum fuisse multo est verisimilius. Negari quidem non potest δείλης in libris aeque atque apud grammaticos quasi dominari, cf. Etym. M. 261, 24. Apoll. in Lex. 338. Schol. Ven. ad Il. 10, 252. et Eust. 1225, 35, sed ne hunc quidem latuit alterum, etsi in eius commentariis δείλη, a Stephano in margine adiectum, perperam fertur. Genitivum autem 1226, 39 sqq confirmare studet hisce: τὸ δὲ δείλης, εἴ τι προςεκτέον τοῖς καὶ οὕτω γράφουσιν, ἔλλειψιν ἂν ἔχῃ τινά, ἵνα λέγῃ ἢ δείλης καιρὸς ἢ δείλης ὥρα ἤ τι τοιοῦτον, καὶ ἄλλως δὲ

ἔσσεται ἢ ἠὼς ἢ δείλη ἢ μέσον ἦμαρ —
ὁππότε τις καὶ ἐμεῖο Ἄρει ἐκ θυμὸν ἕληται,
ἢ ὅγε δουρὶ βαλὼν, ἢ ἀπὸ νευρῆφιν ὀϊστῷ.

— V. 112. ἐμοῖο Rom. — Ib. ἄρης Vind. ed. Ald. sec. ἄρῃ V. Harl. Lips. all. ἀρῇ V. L. ap. schol. A. — V. 113. ἀπὸ νευρῆφιν Vind. ed. et all. —

εἴη ἂν ἐπιῤῥηματικὸν ἐξ ἐλλείψεως κατὰ τὸ ἐπίσης καὶ ἐπιπολῆς καὶ διακενῆς καὶ τὰ τοιαῦτα, ὡς ἐὰν εἴπῃ τις ἔσσεται ἢ ἠὼς ἢ ἐπὶ δείλης. Haec si accuratius consideraveris, duo sequi apparet: primum Eustathium aliis δείλη nec δείλῃ tribuisse ex eo efficitur, quod, secundi casus rationem operosius perscrutatus, de tertio non minus difficili atque ambiguo nihil prorsus dicat; deinde verbum ἔσσεται, quemadmodum Aristarchus fecit, a praecedentibus separatum cum sequentibus ab eo iunctum esse intelligitur. Genitivi vero explicationem duram esse et asperam et alii viderunt et ea, quae tanquam affinia excitantur, abunde docent. His iam perfuncto ad id, quod Aristarchus, Wolfio solo approbante, suasit, transire liceat: de eo autem praeter alios schol. A. sic praecipit: Ἀρίσταρχός φησι τὴν ἐπὶ ἀναστρέψαι, ἵνα σημαίνῃ τὸ ἔπεστιν, ὁμοίως τῷ „σοὶ δ' ἔπι μὲν μορφὴ ἐπέων" (Od. 11, 367). οἱ δ' ἐφύλαξαν τὸν τόνον, τῇ ἐμοὶ ἀντωνυμίᾳ συντάσσοντες αὐτὴν, ὥςτε τὸ ἑξῆς εἶναι ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἐμοί· καὶ οὕτως ἔχει τὰ τῆς ἀναγνώσεως. στικτέον δὲ κατὰ τὸ τέλος στίχου τούτου, ὡς καὶ τοῖς περὶ Ἀρίσταρχον ἐδόκει· λείπει γὰρ τὸ ἐστὶ ῥῆμα. τὸ δὲ ἑξῆς ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς, ἔσσεται — ἦμαρ. ἔσται δὲ ὁ λόγος τοιοῦτος· ἔσται τις ὄρθρος ἢ καὶ μεσημβρία ἢ καὶ δειλίνη ὥρα, καθ' ἣν κἀμέ τις ἀνέλῃ· οὕτω δὲ χωρὶς τοῦ σ̄ γραπτέον, ὡς καὶ Διδύμῳ δοκεῖ ἐν τῇ διορθώσει. Nihil in his frigidi ac ieiuni, de quo Heynius queritur, inesse Bothius demonstravit. Verum idem eo nomine, quod Achillis fatum nondum adsit, male vituperat Aristarchum: etenim id procedente demum tempore instare sibi iis, quae subiicit, manifesto indicat Pelides. Peius etiam Heynium cum aliis quibusdam ἐπί τοι καὶ ἐμοὶ vel utrumque, Lycaonem et Achillem, complecti dicit, vel τοι pro particula affirmanda habet. Lycaoni enim mortem adesse patet, idque iterum iterumque affirmare inepti videbitur; particula vero eo minus erit opus, quod dativus ἐν ἤθει positus longe melior est et efficacior. Ait igitur Achilles: sed mihi quoque, dico tibi, impendet mors et Parca severa (sive erit matutinum sive pomeridianum tempus sive dies medius), quando quis me ferro interficiat, vel hasta incussa, vel sagitta e chorda iniecta. Itaque mori certus, nec tempus nec mortis genus sibi satis constare Achilles dicit. Praeterea ἐπέσσεταί μοι θάνατος καὶ μοῖρα id, quod Bothius vult, nec significat nec significare potest. Nomen autem δείλη, qua sit vi ac potestate, erudite ac plene tradidit Buttmann. in Lexil. II, 308 sqq., cuius praecepta nuperrimus Iliados editor neglexit. Denique καὶ ἐμοί, quo hodie omnes utuntur, Venet. Vindob. quinto et optimis quibusque debetur.

V. 112. Ἄρει Vindob. quint. et Eustath. 1226, 32. servarunt, ἄρῃ aliorum multorum fuisse cognovimus ad 5, 757.

Ὣς φάτο· τοῦδ' αὐτοῦ λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ·

115 ἔγχος μέν ῥ' ἀφέηκεν, ὃ δ' ἕζετο χεῖρε πετάσσας ἀμφοτέρας. Ἀχιλεὺς δὲ ἐρυσσάμενος ξίφος ὀξὺ τύψε κατὰ κληῗδα παρ' αὐχένα· πᾶν δέ οἱ εἴσω δῦ ξίφος ἄμφηκες· ὃ δ' ἄρα πρηνὴς ἐπὶ γαίῃ κεῖτο ταθείς· ἐκ δ' αἷμα μέλαν ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν.

V. 115. πετάσας Eustath. 1226, 41, male. — V. 116. ἐρυσάμενος Lips. — V. 118. ἀμφὶ γαίῃ Vind. quint. — V. 121. πτερόεντα προςηύδα V. L. ap. schol. A. — V. 122. νῦν ἧσο V. L. ap. scholl. AVB. — Ib. ὠτειλῆς

V. 115. Eustathius, ut solet, notum et vulgare poetico ac lecto, libris invitis, substituit; vid. 4, 523. 13, 549. 14, 495. Od. 5, 374. 9, 417.

V. 122. Ἐνταυθοῖ velut πεδοῖ et locorum adverbia Ἰσθμοῖ Μεγαροῖ, πυθοῖ notandum esse veteres consentiunt; vid. schol. A. et schol. Paris., a Ruhnkenio in praef. ad Hesych. II, 8. primum editum, tum ab Heynio et Bekkero repetitum, e quo discimus Dionysium Thracem, Timarchum et Aristotelem vel potius Aristarchum, cuius nomen obliteratum puto, ita iudicasse. Bothius enim inconsultius statuit triumviros istos ἐνταυθοι melius habuisse; vid. Apollon. de adverb. 588, 18 sqq. Eustath. ad Od. 1839, 53. Maiore iure ἔνδοι et ἔξοι, quorum περισπώμενα Syracusanorum propria sunt, de communi dialecto aliquis possit defendere, idque Göttlingium ad Theodos. gr. 233 fecisse video. Paullo post Lycaoni, ab Achille fluvio iniecto, κεῖσο optime quadrat. Sed ἧσο ab eo, qui vel dicendi varietatem expeteret, vel nostra duobus Odysseae exemplis 18, 105. 20, 262. accomodanda putaret, perperam invectum crediderim. In versus fine ὠτειλὴν Homeri sermo postulat (vid. ad 16, 668), idque Ven. et schol. A. dubio liberant. Hic enim: οὕτως, inquit, διὰ τοῦ η ὠτειλήν, ἅπασαι; add. schol. ad Od. 6, 224.

V. 123. Alii ἀνηδεές, i. e. ἀνηλεές, adverbii provincia fungi volunt, alii tenore inflexo id cum piscibus committunt. Hoc quidem, plurimorum iudicio tutum, vario potest explicari. Nam quum verbum proprie dicatur de mortuis, quibus iusta persolvuntur: ἰχθύες ἀκηδέες vel parentalia negligentes erunt, vel securi et ab omni metu liberi. Utrumque admittunt schol. A. verbis: ἀκηδέες· ὡς εὐσεβέες, ἵνα αὐτοὶ οἱ ἰχθύες ἔχωσι τὸ ἐπίθετον, τοῦτ' ἔστι μηδεμίαν φροντίδα ἔχοντες, alterum haud dubie placuit Eustathio 1227, 4. ἀκηδέες· ὅ ἐστιν ἀφρόντιδες, ἄφοβοι. Ut vero, si fieri potest, controversias de hoc adiectivo excitatas dirimam, in eius vim et usum breviter inquiram, praesertim quum praeceptum illud tritum, quo potestate nunc passiva nunc activa instructum dicatur, rem minime expediat. Ἀκηδὴς igitur primum est is, cuius nulla ab aliis habetur cura, sive neglectus, vid. Od. 6, 26. 19, 18. 20, 130. 24, 187. Il. 24, 554. Quint. Sm.

τὸν δ' Ἀχιλεὺς ποταμόνδε λαβὼν ποδὸς ἧκε φέρεσθαι,
καί οἱ ἐπευχόμενος ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευεν·
Ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν, οἵ σ' ὠτειλὴν
αἷμ' ἀπολιχμήσονται ἀκηδέες· οὐδέ σε μήτηρ
ἐνθεμένη λεχέεσσι γοήσεται· ἀλλὰ Σκάμανδρος
5 οἴσει δινήεις εἴσω ἁλὸς εὐρέα κόλπον.
θρώσκων τις κατὰ κῦμα μέλαιναν φρῖχ' ὑπαΐξει

Vind. ed. Eustath. 1227, 3. et ol. vulgo. — V. 123. ἀκηδεὶς V. L. ap. schol. Vict. — V. 126. φρῖχ' ἐπαλύξει Vind. un. editt. antiqq. Barn. Clark. H. et Both. φρῖκ' ἐπαΐξει Ar., ut putant.

XIV, 437, tum is, qui curam aliis debitam seponit sive negligens, cf. Od. 17, 319 et Apoll. Arg. III, 597, ubi Phrixi filii, nulla avi cura et reverentia tacti, ab Aeeta irato ἀκηδέες appellantur, neque ibi adverbio, quod Stephano placuit, ullus est locus. Longe autem crebrius ἀκηδὴς denotat eum, qui nulla sollicitudine extrinsecus ingruente turbatur, aerumnae et molestiae expertem. Hinc dii ab ipso poeta appellantur ἀκηδέες Il. 24, 526, add. Quint. Smyrn. V, 142. VII, 704. Callimach. in Dion. 62. Hesiod. Theog. 489. Iam hic usus latius patet ad eos, qui in otio et securitate vivunt, nullo aut luctu aut periculo territi. Ut igitur pisces, qui a nemine turbati secure pascuntur Lycaonis corpore, ἀκηδέες dicuntur, ita idem dat Quintus et somno placido vinctis XII, 45, et convivii hilaritati indulgentibus XII, 574, et iter prosperum ac felix ingredientibus XIV, 420. A personis eadem significatione ad res traducitur, ut θυμὸν ἀκηδέα, Hesiodo praeeunte Theog. 61, op. 112, alii laudarunt, velut Crinagoras in Anthol. Pal. XI, 42, 5. Ei similia censenda sunt νόστος ἀκηδὴς apud Apollon. in Arg. I, 556. IV, 822. Quint. Sm. XIV, 380. ὕπνος ἀκηδὴς ib. XII, 113. Neque aliter οἰκία ἀκηδέα phocarum, de quibus valde dissident, in hymn. Hom. ad Apoll. v. 78. erunt intelligenda. Sunt enim phocarum sedes, nullo hominum accessu disturbatae, securae ergo et tranquillae, id quod verba χήτεϊ λαῶν apertius declarant, vid. Od. 16, 35.

V. 126. Pervenimus ad versum interpretum et antiquiorum et recentiorum argutiis et quasi concertationibus varie admodum tractatum ac paene conclamatum. De quo ut dilucide et plene exponamus, quid sit id, quod anceps et incertum habeatur, antea videbimus. Id autem, si singulorum disputationes perpenderis, tripartitum esse apparebit. Etenim primum, in quo rei cardo vertitur, num Lycaonis corpus in imo iaceat mari, an in summo aequore natet, quaerunt, tum φρῖκα alii aliter interpretantur, postremo ex ista potissimum ambiguitate scribendi varietas ὑπαλύξει ὑπαΐξει et ἐπαΐξει quum repetenda tum diiudicanda est. Iam primum horum Porphyr. in quaest. Hom. 7. et apud schol. Ven. B., dum contra Aristophanem disserit, ita persequitur: τὸ δὲ λέγειν, ὅτι τὰ πρόσφατα σώματα φέρεται τῶν κυμάτων ἐπιπολῆς, ψευ-

ἰχθύς, ὅς κε φάγῃσι Λυκάονος ἀργέτα δημόν.
φθείρεσθ᾽, εἰςόκεν ἄστυ κιχείομεν Ἰλίου ἱρῆς,
ὑμεῖς μὲν φεύγοντες, ἐγὼ δ᾽ ὄπιθεν κεραΐζων.

V. 127. ὥς κε φάγῃσι Aristoph. Vind. ed. V. L. ap. Eustath. 1227, 6. Rom. et all. quaedam. — V. 128. εἰς ὅ κεν V. — V.

δος· τοὐναντίον γὰρ ἐν ἀρχῇ μὲν διὰ στεῤῥότητα καὶ πυκνότητα τοῦ σώματος ἰσχυρότερος ὢν τοῦ στηρίζοντος ὕδατος ὁ νεκρὸς δυσταμένου καταδύεται, σχήματι καταβαίνων καὶ βάρει· πληρούμενος δὲ τῆς ὑγρότητος, πλείω τόπον ἐπιλαμβάνων τῷ σχήματι, μετέωρος αἴρεται, βάρει τοῦ φέροντος ἐλαττούμενος, cf. scholl. BV. et Eust. 1227, 8 sqq. Id autem et rem ipsam et Achillis minas sibi exposcere copiosius demonstravit Porphyrius. Nam quem interfectum Scamandrique undis submersum dixit Pelides, eum amnis vorticibus in mare delatum et undis iterum in altum raptum pisces arrosuros esse suspicatur. Deinde φρῖκα diverso explicuerunt modo: Aristophanes quidem, ut e Porphyrio discimus, spumam, in qua mortuus innatet, eo significari censuit, alii, in quorum numero Philetas, Callistratus et, Porphyrio auctore, Polycletus fuerunt, φρῖκα μέλαιναν undarum frigus esse dixerunt, et pisces adipe humano saginatos vel frigus minus sentire, vel ad id evitandum in imum mare Lycaonis carnem appetituros demergere opinati sunt, vid. Porphyr. schol. A. et Eustath. 1227, 5 sqq. Hoc ut per se ineptum videbitur, ita eius vanitas duabus de causis probari potest: neque enim Lycaonis corpus in mari profundo iam delitescit, nec φρὶξ sive spumam sive aquae frigus unquam significat apud Homerum. Quapropter φρῖκα μέλαιναν, nec vero λευκὴν habet cognitam, cf. Od. 4, 401. Il. 23, 692. 7, 64, hinc nomen commode reddit tum schol. brevis: φρὶξ δέ ἐστιν ἡ ἠρεμαία τοῦ ὕδατος κίνησις, tum Porphyrius, Simonidis dicto usus, quo φρὶξ esse fertur: ἐς ἅλα στίζουσα πνοή, add. schol. A. Eust. 664, 52. Etym. M. 800, 25. Hesych. II, 1525. Suid. III, 632 Phavor. 1844, 54. Iure igitur meritoque eam grammaticorum subtilitatem Porphyrius et schol. A, Aristarchum ducem sequuti, exploserunt. Progredimur ad tertium, de quo in utramque partem licet disputare. Quam litem ut considerate et vere dirimamus, verbi utriusque et auctoritatem et potestatem respiciamus oportebit. Heynius igitur et Bothius, qui ὑπαλύξει a Wolfio exactum postliminio reduxerunt, id editionum, Apollonii et grammaticorum iudicio firmant, ὑπαΐξει Ven. Vindob. uni et aliis quibusdam concedunt. At si verum fueris scrutatus, Vindobonens. omnes, uno excepto, sic legere, idemque, si minus communi, certe plurimorum assensu probari intelliges, ὑπαλύξει praeter grammaticos eos, quorum ratiunculas contortas et veteres refutant, et Heynius et Bothius aspernantur, Eustath. solus, altero adiecto, 1227, 4, et Apoll. in Lex. 699, etsi ibi aoristus ὑπαλύξας mendosius fertur, nobis tradiderunt: testium igitur et numero et gravitate ὑπαΐξει erit superius. Nec significatio verbi ὑπαλύσκειν, nisi ad etymum ἀλύειν respicere volueris, illi causae quidquam prodest. Evolve enim Homerum, nec quidquam aliud nisi effu-

οὐδ' ὑμῖν Ποταμός περ ἐΰῤῥοος ἀργυροδίνης
ἀρκέσει, ᾧ δὴ δηθὰ πολέας ἱερεύετε ταύρους,
ζωοὺς δ' ἐν δίνῃσι καθίετε μώνυχας ἵππους.

131. πολεῖς V. Vindd. et ol. vulgo. —

gere eo indicari pernicies, vid. Passov. Lexic. in v. Itaque tantum abest, ut ἰχθὺς φρῖχ' ὑπαλύσκων piscis sit mare subiens, ὑποδυόμενος, ut eo assumpto ad Philetae ineptias revolvamur; cf. Od. 5, 430. Verum ὑπαΐξει rei naturae egregie convenit; videmus enim quasi piscem in undis salientem et a nigra maris superficie emergentem, qui Lycaonis corpore vescatur. Obiiciunt autem primam verbi correptam, quam Homerus alibi constanter producat, quasi ἀΐσσω nunquam habeat α breve, id quod neque epicis posterioribus inusitatum, tragicis etiam frequentatum scimus. Vid. libr. meum de pros. Gr. §. 62, 1, c, annot. 2. Illis vero hunc ipsum locum licentiae istius originem praebuisse veri simillimum est. Nihil igitur erit dubium, quin poetae id, quod quum plurimorum testium suffragiis nititur, tum in rem ipsam eximie quadrat, sit relinquendum. Aristarchum denique non ὑπαΐξει, sed ἐπαΐξει praetulisse schol. BV, qui et ipsi nobiscum faciunt, referunt hisce: ὁ μὲν Ἀρίσταρχος φρῖκ' ἐπαΐξει, οἱ δὲ ἄλλοι ὑπαΐξει· οὕτως δὲ Ἀρίσταρχος ἐξηγεῖται· τῶν δὲ ἰχθύων τις κατὰ τὸ κῦμα θρώσκων, ὅ ἐστι κολυμβῶν, ἐπὶ τὴν φρῖκα ἀΐξει, ἵνα φάγῃ σε φερόμενον. δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντα ἰχθὺν φερομένου τινὸς γενέσθαι ἄνω μετέωρον ἐπὶ τὴν φρῖκα τῆς θαλάσσης ἐλθεῖν· τὸ δὲ πᾶν οὕτως· νεοσφαγὴς μὲν ὢν καταδύσῃ πρὸς τὸ βάθος τοῦ ποταμοῦ, ἔνθα σὺν τοῖς ἰχθύσιν ὢν ἀπολιχμηθήσῃ τοῦ αἵματος· ἐπὶ πλέον δέ σε ἄταφον ὄντα καὶ μετεωρισθέντα ἐκβαλεῖ παρὰ τὴν θάλασσαν ὁ ποταμός, ἔνθα τις τῶν ἰχθύων σε κατέδεται ἐπὶ τὴν φρῖκα φερόμενος. Φιλητᾶς δὲ ἀρεσκόμενος τῇ ὑπαλύξει γραφῇ φησιν, ὡς ἐκεῖνος ὁ λιπανθεὶς ἰχθὺς ὑπὸ τοῦ δημοῦ τὴν ψυχρασίαν ὑπαλύξει. Illi vero, quum Porphyrius de Aristarchi schola contrarium narret, aut errarunt, aut, si vere dixerunt, vel invito Aristarcho ὑπαΐξει piscium generi et consuetudini aptius erit habendum. His autem perscriptis, Lehrsii librum de Aristarchi studiis Homericis consului, illumque, ut par erat, idem amplexum esse cognovi, cf. p. 98 sq.

V. 127. Relativum Ven. Harl. aliique dederunt, neque est, cur id improbemus. Postrema verba Et. M. 136, 45. et schol. ad Od. 11, 579. enotarunt, vid. ad Il. 11, 818.

V. 130 sqq. Aristophanes sex versus ab interpolatore, cur fluvius Achilli succenseat nescio, insertos censet. Poeta vero irae causam v. 146. aperte indicante, his minus opus esse, et δηθὰ Homeri sermoni repugnare, et Scamandrum convicia ista postea Iunoni narraturum fuisse statuit. Aristarchus utrum illi assensum praebuerit, necne, dubius haeret schol. A. Eum autem, etsi nihil contra Aristophanem monuerit, versibus pepercisse inde licet colligere, quod πολέας revocandum duxit; cf. ad 1, 559. Heynio

ἀλλὰ καὶ ὣς ὀλέεσθε κακὸν μόρον, εἰςόκε πάντες
τίσετε Πατρόκλοιο φόνον καὶ λοιγὸν Ἀχαιῶν,
135 οὓς ἐπὶ νηυσὶ θοῇσιν ἐπέφνετε νόσφιν ἐμεῖο.
Ὣς ἄρ' ἔφη· Ποταμὸς δὲ χολώσατο κηρόθι μᾶλλον·
ὥρμηνεν δ' ἀνὰ θυμὸν, ὅπως παύσειε πόνοιο
δῖον Ἀχιλλῆα, Τρώεσσι δὲ λοιγὸν ἀλάλκοι.
τόφρα δὲ Πηλέος υἱὸς ἔχων δολιχόσκιον ἔγχος
140 Ἀστεροπαίῳ ἐπᾶλτο, κατακτάμεναι μενεαίνων,
υἱέϊ Πηλεγόνος· τὸν δ' Ἀξιὸς εὐρυρέεθρος
γείνατο καὶ Περίβοια, Ἀκεσσαμενοῖο θυγατρῶν
πρεσβυτάτη· τῇ γάρ ῥα μίγη Ποταμὸς βαθυδίνης.
τῷ δ' Ἀχιλεὺς ἐπόρουσεν· ὃ δ' ἀντίος ἐκ ποταμοῖο

V. 136. ἐχολώσατο Vind. quint. — V. 137. φόνοιο Harl. all. — V. 138. ἀμύνῃ Eust. 1227, 58. Rom. ἀμύνοι Steph. Marg. — V. 141. Ἄξιος Ald. ol. vulgo et Eust. 1227, 60. — Ib. εὐρυ ῥέεθρος V. — V. 143. τῇ γάρ ῥ'

tota Achillis oratio displicet, eamque a v. 126. rhapsodorum opera auctam et exornatam putat. Utcunque autem iudicare libuerit, certe Aristophanis argumentis a Xanthi silentio petitis parum fidei erit habendum.

V. 137. Harleiani φόνοιο arridet Heynio v. 134. comparanti. Nec negari potest nomina levi discrimine seiuncta alibi permisceri, vid. ad 17, 365, verum huic loco alia subest ratio, et generatim dicto id ipsum, quod desiderant, contineri facile intelliges. Quare recte, ut opinor, Ven. Vindd. libr. plurimi et Eust. 1227, 56. in vulgari subsistunt, praesertim quum hoc Aristarchi, illud Aristophanis fuisse videatur, cf. schol. A. ad v. 249.

V. 138. Aliquoties in hac rhapsodia ἀμύνειν et ἀλαλκεῖν permutari Heynius animadvertit, cf. 250. 539. 548. In aliis ἀλάλκῃ obtinuisse Tollius ad Apoll. Lex. 86. probabiliter coniecit.

V. 140. Asteropaeus quum undecim dies ab adventu praeterlapsos dicat, nomen eius in principum indice male omissum putarunt. A qua oblivione ut poetam liberarent, alii libro secundo versum intulerunt, alii Pyraechmen rerum summam tenuisse, Asteropaeum Paeonum parti praefuisse existimarunt, et eo varia Paeonum epitheta, vid. ad 16, 287, retulerunt, cf. scholl. BV. Eustath. 1228, 30 sqq. et ad Il. 2, 848.

V. 141. Haud scio an alii Πηλέγονος, ut a barytono profectum, dederint: oxytonum enim Ptolemaei Ascalonitae aliorumque praeceptis stabiliunt schol. A. et Eustath. 1228, 13 sqq. Paullo post Ἀξιὸς a Barnesio prudenter mutatum crediderim: ita

145 ἔστη ἔχων δύο δοῦρε· μένος δέ οἱ ἐν φρεσὶ θῆκεν
Ξάνθος, ἐπεὶ κεχόλωτο δαϊκταμένων αἰζηῶν,
τοὺς Ἀχιλεὺς ἐδάϊζε κατὰ ῥόον, οὐδ' ἐλέαιρεν.
οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες,
τὸν πρότερος προςέειπε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς·
150 Τίς, πόθεν εἲς ἀνδρῶν, ὅ μευ ἔτλης ἀντίος ἐλθεῖν;
δυστήνων δέ τε παῖδες ἐμῷ μένει ἀντιόωσιν.
Τὸν δ' αὖ Πηλεγόνος προςεφώνεε φαίδιμος υἱός·
Πηλείδη μεγάθυμε, τίη γενεὴν ἐρεείνεις;
εἴμ' ἐκ Παιονίης ἐριβώλου, τηλόθ' ἐούσης,
155 Παίονας ἄνδρας ἄγων δολιχεγχέας· ἥδε δέ μοι νῦν
ἠὼς ἑνδεκάτη, ὅτ' ἐς Ἴλιον εἰλήλουθα.

ἐμίγη V. L. ap. schol. A. — V. 144. τῷ δ' Ἀχ. V. et all. — V. 147. ἐδάϊξε Vind. quint. Hom. St. — V. 154. εἶμ' ἐκ Π. Vind. ed. ol. vulgo et H. εἰμ' ἐκ Π. W. — V. 155. ἔχων V. et V. L. ap. schol. A. —

enim iubent Vindd,. cf. Ducker. ad Thucyd. II, 99. Strabon. excerpt. libr. VII, 509. et Herodot. VII, 123, 124, ubi tenoris pravitas, bis ab editoribus correcta, semel remansit, Schweighaeusero invito.

V. 142. Ἀκεσσαμενός, ut a participio deductum, acuendum esse schol. B. et Eusth. 1228, 29. docent; eius similes sunt Ἀλεξαμενός, Δοξαμενός, Σωζομενός, Τισαμενός, cf. Lehrs. de stud. Ar. Hom. 282.

V. 147. Aoristum ne Eustathius quidem 1228, 50. tuetur: eum igitur, imperfecto subsequente, prudenter removerunt iterum. Pius ultima, sive ad Achillem sive ad fluvium ea retuleris, frigere opinatus, poetae consuetudinem parum perspexisse videtur. Achillis vero asperitatem, nullis precibus expugnandam, Scamandro invisam esse sua sponte intelligitur.

V. 151. Diomedes cum Glauco congressus eadem utitur sententia 6, 127, nec multum abest ab Homeri Achille Schilleri Ioanna Aureliensis, dum II, 7. virgini occurrere funestum dicit. Lepide Homerica Timon Philosophus ad Lacydem potando a se victum traducit apud Athen. X, 438, B.

V. 154. Nimis patienter tulerunt εἶμι, etsi iam Eust. 1228, 24. rem apte diiudicavit hisce: τὸ δ' εἰμ' ἐκ Παιονίης ἢ τὸ εἶμι δηλοῖ· ἢ τὸ εἰμὶ ἀκολούθως τῇ ἐξ Ἀχιλλέως ἐρωτήσει, πυθομένῳ, τίς πόθεν εἲς ἀνδρῶν; Wolfio verum reposituro non paruerunt operae, vid. ad. v. 75.

V. 156. Heynius sine causa praepositionem delendam existimat; cf. v. 18. Apoll. in Lex. 338. et schol. ad Od. 2, 1.

αὐτὰρ ἐμοὶ γενεὴ ἐξ Ἀξιοῦ εὐρυρέοντος,
[Ἀξιοῦ, ὃς κάλλιστον ὕδωρ ἐπὶ γαῖαν ἵησιν,]
ὃς τέκε Πηλεγόνα κλυτὸν ἔγχεϊ, τὸν δ' ἐμέ φασιν
160 γείνασθαι· νῦν αὖτε μαχώμεθα, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ.
Ὣς φάτ' ἀπειλήσας· ὃ δ' ἀνέσχετο δῖος Ἀχιλλεὺς
Πηλιάδα μελίην· ὃ δ' ἁμαρτῇ δούρασιν ἀμφὶς
ἥρως Ἀστεροπαῖος· ἐπεὶ περιδέξιος ἦεν·
καί ῥ' ἑτέρῳ μὲν δουρὶ σάκος βάλεν, οὐδὲ διαπρὸ

V. 157. ἐμὴ γενεὴ libr. pauci. — Ib. εὐρὺ ῥέοντος V., ut solet, H. — V. 158. Αἴα Eudoxus. — V. 159. τόνδ' ἐμέ Vind. ed. ol. vulgo et H. τὸν δέ με V. Eust. 1228, 9. Rom. et all. — V. 160. γείνεσθαι V. — Ib. νῦν δ' αὖτε Harl. — V. 162. ἁμαρτὴ Ar. ἁμαρτῇ vulgo et W. ὁμαρτῇ Vind. un. ὁμαρτῇ St. Cl. ἀμάρτῃ

V. 157. Possessivo, quod Bekker. in cens. ed. Wolf. paucis e libris requirit, Achillis interrogatio non minus quam pluri-morum auctoritas obstat; vid. Excurs. IX, §. 2, p. 8. et Il. 4, 58.

V. 158. Versum, in Ven. Townl. et aliis quibusdam vel omissum vel margini adscriptum, ex Il. 2, 850. huc venisse probabilis admodum est suspicio. Eudoxus Aean, Paeoniae fontem, Axii habuit originem, vid. Schellenberg. ad Antimach. fr. 76 sq. Strabon. VII, 509. et Tzschuck. II, p. 484.

V. 159. Demonstrativum redarguunt omnes fere; pronomen vero ὀρθοτονούμενον Ptolemaeus Ascalonita redhibuit poetae, idque libri plerique haud ignorant.

V. 160. Veneto et schol. A. obloquitur, neque alius quisquam illi accedit, vid. Vindd. et Eustath 1228, 9. Harleiani abundantem particulam δ' omnes propemodum auferunt.

V. 162 sqq. Poetam structura mutata a quarto ad tertium delabi casum iam Eustath. 1228, 57. animadvertit, nec vero, quum βάλε paullo post subnectatur, ἠκόντισε vel simile quidquam extrinsecus erit advocandum. Ad quod minus attenti vel alia incommoda excogitarunt, vel, sicut Massiliensis, ἀμάρτῃ pro vero habuere. Eius quidem rationem esse dicit schol. A., Aristarcho, ut videtur, adstipulatus, cf. Excurs. XII, §. 2. Adverbium autem ἁμαρτῇ ab Aristarchi libidine tutum praestiti ibid. §. 1, nec Lehrsius, Aristarchi doctrina et acumine alias mirifice delectatus, ei quidem decreto calculum adiicere ausus est, vid. de Arist. stud. Hom. 313, add. Apoll. Lex. 97. Asteropaeum hastae utrinque emittendae parem fuisse proxima docent, siquidem περιδέξιος de eo, qui manu laeva aeque bene ac dextra utitur, dicitur, ut alias ἀμφιδέξιος, vid. Steph. Thes. ling. Gr. II, 3256. c. et Buttmann. in Lex. II, 219. Commentatores Graeci, sive ὑπερδέξιον seu ἀμφιδέξιον reddunt Homericum, haud dubie verbo magis et specie quam re et veritate inter se dissident, cf. scholl. ABV.

5 ῥῆξε σάκος· χρυσὸς γὰρ ἐρύκακε, δῶρα θεοῖο·
τῷ δ' ἑτέρῳ μιν πῆχυν ἐπιγράβδην βάλε χειρὸς
δεξιτερῆς, σύτο δ' αἷμα κελαινεφές· ἡ δ' ὑπὲρ αὐτοῦ
γαίῃ ἐνεστήρικτο λιλαιομένη χροὸς ἆσαι.
δεύτερος αὖτ' Ἀχιλεὺς μελίην ἰθυπτίωνα
0 Ἀστεροπαίῳ ἐφῆκε κατακτάμεναι μενεαίνων.
καὶ τοῦ μέν ῥ' ἀφάμαρτεν· ὃ δ' ὑψηλὴν βάλεν ὄχθην,
μεσσοπαλὲς δ' ἄρ' ἔθηκε κατ' ὄχθης μείλινον ἔγχος.

δούρασιν ἄμφω Massiliens. — V. 163. περὶ δεξιός et πέρι δ. grammaticor. pars. — V. 167. χύτο lib. un. ἠδ' ὑπὲρ Ald. sec. — V. 168. ἄσσαι Vind. quint. — V. 169. ἰθυκτίωνα Z. — V. 172. μεσσοπαγὲς Vind. ed. all. St. Rom. et V. L. ap. Eustath. 1229, 50. et schol. A. —

Eust. 1228, 42. Apoll. in Lex. 546. Buttmannus autem in lexilogo non tam Schneiderum, ut Bothius arbitratur, quam eos veterum, qui περιδέξιον περισσῶς δέξιον exposuerunt, notavit. A manuum autem habilitate ad animi sollertiam et astutiam vocu-lam transferri Buttmannus certe satis novit. Qua de re post alios nuperrime disseruit Naeckius in Mus. Rhenan. II. p. 586 sq.

V. 165. Vid. ad 20, 268.

V. 166. Adverbium bis lectum saepe tractant grammatici, conf. schol. B. Eust. 1229, 23. Etym. M. 358, 22. Apoll. Lex. 283. et de simillimo ἐπιλίγδην ad Il. 17, 599.

V. 167. Homeri Musae usitatum conducere argumento est 11, 458. Postrema κατὰ τὸ νοούμενον dici observarunt schol. Vict. et Eustath. 1229, 30. cll. Od. 12, 75.

V. 168. Vid. 11, 573.

V. 169. Ἰθυκτίωνα num Aristarchus an Zenodotus voluerit, minus liquet. Illum enim eius auctorem nominant schol. Vict. et Eustath. 1229, 42, hunc vero Aristonicus, cui, Lehrsio iudice de Aristarch. stud. 39, maior est fides. Qui ἰθυκτίωνα μελίην praetulerunt, eos verbi originem a lignorum venis deduxisse magno consensu referunt veteres: ita Aristonicus: ἡ διπλῆ, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἰθυκτίωνα διὰ τὸ κτιδόνας λέγεσθαι τῶν ξύλων τὰς γραμματοειδεῖς διαφύσεις. παρέλκει δὲ νῦν τὸ περὶ τῆς τοῦ ξύλου φύσεως εἰπεῖν, qua de re docte et plane disserit Henr. Steph. in Thes. ling. Gr. IV, 1404, c. Eius nullum hic esse momentum interpretes bene admonent, et ἰθυπτίωνα τὴν εἰς ἰθὺ φερομένην simpliciter exponunt, cf. praeterea Apoll. in Lex. 360. Hesych. II., 34. et Phavor. 935, 33, Hesychii ope purgandum; add. 20, 99, ad quem scholiasta nos remittit.

V. 172. Eustath. 1229, 50: τὸ δὲ μεσσοπαγὲς ἀντὶ τοῦ ἕως μέσου παγὲν διὰ τὴν τοῦ ἥρωος βίαν καὶ τὸ οἷα εἰκὸς τελματῶδες τοῦ τόπου. εἰ δὲ γράφεται μεσσοπαλὲς διὰ τοῦ λ, δηλοῖ τὸ ἕως μέ-

Πηλείδης δ' ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
ἆλτ' ἐπί οἱ μεμαώς· ὁ δ' ἄρα μελίην Ἀχιλῆος
175 οὐ δύνατ' ἐκ κρημνοῖο ἐρύσσαι χειρὶ παχείῃ.
τρὶς μέν μιν πελέμιξεν ἐρύσσεσθαι μενεαίνων,
τρὶς δὲ μεθῆκε βίης· τὸ δὲ τέτρατον ἤθελε θυμῷ
ἆξαι ἐπιγνάμψας δόρυ μείλινον Αἰακίδαο,
ἀλλὰ πρὶν Ἀχιλεὺς σχεδὸν ἄορι θυμὸν ἀπηύρα.
180 γαστέρα γάρ μιν τύψε παρ' ὀμφαλόν· ἐκ δ' ἄρα πᾶσαι
χύντο χαμαὶ χολάδες· τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν
ἀσθμαίνοντ'· Ἀχιλεὺς δ' ἄρ' ἐνὶ στήθεσσιν ὀρούσας

V. 174. ἐπὶ οἷ vulgo. et H. — V. 176. ἐρύσεσθαι Eust. 1229, 55. ἐρύσσασθαι Vind. ed. Turneb. St. Cl. all. — V. 177. βίη Harl. Flor. Barn. βίῃ V. libr. all. Eust. 1229, 55. Rom. vulgo W. et H. — V. 182. ὀροίων Vind. quint. et all. quid. — V. 183. ἐξενάριζε V. L. ap. schol.

σον παλλόμενον καὶ κραδαινόμενον.' Hoc Aristarchus, quia maiorem ictus vim declarat, aptius existimavit. Alii, ut Apollon. in Lex. 454. μεσσοπαλὲς peius explicuerunt, id quod acute perspexit Bothius; adde Hesych. II, 579. 578. et schol. brevem, quorum alter utrumque habuit cognitum, alter μεσσοπαλὲς e libris tritis assumpsit.

V. 174. Schol. A. et Clarkio obsequi debebat Wolfius; vere enim praecipit ille sic: ἡ οἷ ἀντωνυμία ἀπόλυτός ἐστι καὶ ἐγκλιτική· διὸ τῆς ἐπὶ προθέσεως τὸ τέλος ὀξύνουσιν. Nec in tantilla re haerendum erat viris doctis, si in memoria insidebant similia dissimiliaque; vid. 13, 611. Apoll. Rhod. II, 92, 1036 coll. Il. 8, 327. 13, 542. 22, 326. Od. 17, 330, 342, 547 et ad Il. 1, 114.

V. 177. Invidiosum fortasse erit, sed, ut res se habet, ingenue profitear. Emendationem horum ex Od. 21, 126. petitam dudum mihi notavi. Nam nec nominativus et multo minus dativus vel poetae menti vel verbi iuncturae consentaneus erit habendus, quicquid interpretes dicant. Sed quum μεθιέναι τινὸς ab aliquo remittere Homero sit perquam familiare (vid. Il. 4, 240, 351. 11, 841. 12, 268, 409. 13, 114.), et Odysseae versus idem aperte poscat, genitivus ponatur oportet. Bothium in idem mecum incidisse nunc video, et eius iudicio meo aliquid ponderis accedere crediderim.

V. 181. Vid. 4, 526.

V. 182 sq. Vind. quintum praesente recepto imperfectum, cuius schol. A. meminit, subiunxisse propius verum est.

V. 185. E structurae ambiguitate pro tertio casu quartus a nonnullis fuit invectus, vid. ad 19, 80. Illi autem, quae eius fuit perspicacitas, Aristarchus tulit opem, ut nobiscum communi-

τεύχεά τ' ἐξενάριξε, καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα·
  Κεῖσ' οὕτω· χαλεπόν τοι ἐρισθενέος Κρονίωνος
παισὶν ἐριζέμεναι, Ποταμοῖό περ ἐκγεγαῶτι.
φῆσθα σὺ μὲν Ποταμοῦ γένος ἔμμεναι εὐρυρέοντος·
αὐτὰρ ἐγὼ γενεὴν μεγάλου Διὸς εὔχομαι εἶναι.
τίκτε μ' ἀνὴρ πολλοῖσιν ἀνάσσων Μυρμιδόνεσσιν,
Πηλεὺς Αἰακίδης· ὃ δ' ἄρ' Αἰακὸς ἐκ Διὸς ἦεν.
τῷ κρείσσων μὲν Ζεὺς Ποταμῶν ἁλιμυρηέντων,
κρείσσων αὖτε Διὸς γενεὴ Ποταμοῖο τέτυκται.
καὶ γὰρ σοὶ Ποταμός γε πάρα μέγας, εἰ δύναταί τι

A. — V. 185. ἐκγεγαῶτα Vind. ed. Lips. Ald. sec. — V. 186. φῆσθα Tyrannio. — V. 187. γενεῆς Bentl. coni. — V. 190. ἁλιμοιρηέντων V. L. ap. schol.

B. — V. 191. κρ. δ' αὖτε V. Vindd. all. Etym. M. 225, 37. vulgo et W. — V. 192. γάρ σοι Vind. ed. ol. vulgo et H. —

cavit schol. A: οὕτως κατὰ δοτικὴν ἐκγεγαῶτι αἱ Ἀριστάρχου, παισὶν δὲ ἐκγόνοις. Fuit enim Achilles Aeaci, Iovis filii, nepos. Aristarcho fidem habet Eust. 1230, 9.

V. 186. Tyrannio, ut praesens esset, barytonum reducendum putavit, cf. scholl. AB, quorum ille φῆσθα, sive praesens sive aoristus ducatur, congruum existimat: εἴτε ἐνεστῶτα σημαίνει, προπερισπασθήσεται, εἴτε δεύτερον ἀόριστον ὁμοίως. τούτῳ δὲ μόνῳ διαλλάξει τῷ σὺν τῷ ι γράφεσθαι τὸ η ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος, idque hodie probatum video in Od. 14, 149, ubi olim aberat ι subscriptum. Ancipitem praesentis formam notavi ad 17, 174, add. Thiersch. gr. §. 232, 153. Eust. ad Od. 1578, 18. et Apoll. Lex. 687, Villoisonius grammaticorum discordiam ignoravit.

V. 187. Libris invitis et Eustathio 1230, 9. contradicente, Bekkerus Bentleii emendationi posthabet vulgare; sed consule Excurs. IX, §. 2, p. 8 sqq.

V. 190. Schol. B., Aristarcho castigato, fluvios ἁλιμοιρήεντας absurde obtrudit Homero: κυρίως, inquit, μύρεσθαι τὸ ἐπὶ μόρῳ τινὸς θρηνεῖν, ὅπερ καὶ ἐν ἐνταῦθα (dele syllabam iterando prognatam) Ἀρίσταρχος οὐ καλῶς ὑπενόησε διὰ ψιλοῦ γράφειν τοῦ υ· δηλοῖ γὰρ τοὺς τὴν ἰδίαν μοῖραν εἰςβάλλοντας ἐν ἁλί. Quibus argutiis libri, grammatici eruditiores et poetae ipsi repugnant, cf. Eustath. 1230, 42. Apoll. Lex. 90. Etym. M. 64, 10. Hesych. I, 233. alios; porro Od. 5, 460. Apoll. Arg. II, 936.

V. 191. Una particula quum satisfaciat, altera prudenter abstinuit Aristarchus, teste schol. A., cf. ad 7, 345.

V. 192. Haec duplicem admittere structuram scholl. AB. annotant. Potes enim χραισμεῖν, virgula a reliquis secretum, protasi connectere: magnus tibi praesto est fluvius ad opem ferendam, siquidem potest, aut idem, ut nunc in-

χραισμεῖν· ἀλλ' οὐκ ἔστι Διὶ Κρονίωνι μάχεσθαι.
τῷ οὔτε κρείων Ἀχελώϊος ἰσοφαρίζει,
195 οὔτε βαθυῤῥείταο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο,
ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα,
καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν·
ἀλλὰ καὶ ὃς δείδοικε Διὸς μεγάλοιο κεραυνὸν,
δεινήν τε βροντὴν, ὅτ' ἀπ' οὐρανόθεν σμαραγήσῃ.
200 Ἦ ῥα, καὶ ἐκ κρημνοῖο ἐρύσσατο χάλκεον ἔγχος.

V. 194. τῷ οὔτε Vind. ed. et ol. vulgo, τῷ οὐδὲ V. Etym. M. 181, 14. et nunc vulgo, τῷ δ' οὐδὲ κρ. Apoll. de synt. I, 45, 90. — Ib. ἀντιφερίζει Bentl. coniect. — 195. οὐδὲ V. Vindd. et nunc vulgo. — V. 199. σμαρα-

stituunt plerumque, apodosi comprehendere. Fluvium magnum, Asteropaeo adiutorem, non Axium, ut nonnulli opinati sunt, sed Scamandrum potius esse facile intelligas, vid. schol. Vict.

V. 194 sq. Ratio duplex et interpretandi et rem diiudicandi singula turbavit ac depravavit. Ab initio enim prioris commate post primam voculam distinguentes, τῷ consequutivum potius quam pronomen ad Iovem referendum habuerunt, eique opinioni, sicut editiones priores et Latini interpretes ostendunt, οὔτε non minus quam οὐδὲ potest convenire. Isti coniunctioni, si non asperae et durae, certe molestae et parum planae adversantur Ven., Etymologici auctor et alii, quos si intuitus fueris, ne Acheloum quidem regem Iovi parem esse habendum, nedum Oceani magnam vim Homerus dicet. Oceanus autem quum dignitate et potentia longe superet Acheloum, οὔτε — οὐδὲ multi verum sanumque habuerunt. Sed istam particularum vicissitudinem nec gratam neque aptam eorum potius existimaverim propriam, qui v. 195 tanquam spurium eiecerunt. Sic Zenodotum sensisse schol. A. testatur hisce: ἡ διπλῆ περιεστιγμένη, ὅτι Ζηνόδοτος αὐτὸν οὐκ ἔγραφε. γίνεται δὲ ὁ Ἀχελῷος πηγὴ τῶν ἄλλων πάντων. Nec multum ab eo distat Victorinus, dum ait: τινὲς δὲ οὐ γράφουσι τὸν στίχον, θέλοντες ἐξ Ἀχελώου ῥεῖν· τὸν γὰρ αὐτὸν Ὠκεανὸν Ἀχελῷον φασίν. Quae manca ad nos pervenisse facile assequere: excidit enim e parte priore τοὺς ποταμοὺς vel eiusmodi nomen, quo quid ex Acheloo ducat originem patefactum erat. Acheloum vero fluvium tum fabularum antiquitate tum alvei magnitudine ad tantam gloriam evectum fuisse veteres aeque ac recentiores demonstrare studuerunt, qua de re alibi dicam explicatius. Hic admonuisse sufficiat ex isto Alexandrinorum iudicio legendi discrepantiam esse requirendam: nam qui cum Zenodoto v. 195. sustulerunt, ii οὐδὲ κρ. magis accomodatum censuerunt. Aristarchus vero et eius schola versu, quo vix carere velis, servato οὔτε — οὔτε retinuisse videntur. Ac de illo quidem schol. A, quocum Victor., si versum priorem respexeris, consentit, nos facit certiores. Iam quum οὔτε — οὐδὲ nec melius nec concinnius erit altero, gram-

τὸν δὲ κατ' αὐτόθι λεῖπεν, ἐπεὶ φίλον ἦτορ ἀπηύρα,
κείμενον ἐν ψαμάθοισι, δίαινε δέ μιν μέλαν ὕδωρ.
τὸν μὲν ἄρ' ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες ἀμφεπένοντο
δημὸν ἐρεπτόμενοι ἐπινεφρίδιον κείροντες.
205 αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' ἰέναι μετὰ Παίονας ἱπποκορυστάς,
οἵ ῥ' ἔτι πὰρ ποταμὸν πεφοβήατο δινήεντα,
ὡς εἶδον τὸν ἄριστον ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ
χέρσ' ὕπο Πηλείδαο καὶ ἄορι ἶφι δαμέντα.

γῆσει libror. pars. — V. 200. ὄβριμον ἔγχος Vind. quint. — V. 201. καταυτόθι editt. antiqq. — V. 204. κείραντες Vind. quint. — V. 205. βῆ ἰέναι V. Vind. quint. Lips. — V. 208. ἠνορέηφι Both. coniect. —

maticorum illorum testimonio confisus ad id, quod tutius possis existimare, redii.

V. 196. Rhetores Homeri versus de Oceano dictos ad ipsum poesis patrem retulerunt, cuius ex oceano omnes posterioris temporis scriptores suos rivulos irrigarint. Vid. Dionys. Halic. de comp. verb. c. XXIV [Tom. V. 187.], Quintil. X, 1, 46. Ovid. in amor. III, 9, 25.

V. 198. Cf. Etym. M. 635, 16. Apoll. de pron. 265, a.

V. 200. Vindobon. quinto Ven. et plurimi refragantur.

V. 201. Ratio κατὰ ab adverbio separatum cum verbo quod instat connecti iubet, vid. ad 10, 273.

V. 202. Cf. Etym. M. 266, 56.

V. 203. Anguillae speciem, pisces genus comprehendunt, neque aliud quidquam magis reconditum, etsi schol. B. Eustath. 1231, 30. sic iudicant, in ea partitione erit quaerendum, neque ἐγχέλεις cum Barnesio pro varia lectione erat apponendum; Atticorum enim ex norma certe ἐγχέλεες i. e. ἐγχέλεις fuisse refingendum Heynius animadvertit, cf. Maitt. de dial. Gr. 24, 6 et Steph. Thes. ling. Gr. Vol. VIII, 11085, d. E lemmate schol. A, a Bekkero reciso, Heynius ἀμφενέμοντο commemoravit, neque absurdum duxit. Sed reputandum erat ἀμφινέμεσθαι a poetis loca quaedam incolentibus tribui (vid. 2, 521, 575, 585, 634, 685, 853. 18, 186. Od. 18, 132), ἀμφεπένοντο vero nostris egregie convenire 23, 184. prodit. Neque alii poetae, velut Apollonius Rhodius, Quintus Smyrnaeus, Nonnus, utriusque confinia permiscent.

V. 204. Mirum errorem e Didymi commentariis in Iliadem, ut videtur, depravatis ad Ammonium de differ. verbor. 89. transfusum Valckenar. in animadvers. ad Ammon. 144. patefecit.

V. 208. Bothii coniectura, nulla alia causa nisi scribendi quadam similitudine nixa, et longius arcessita videtur, neque eius generis suspicionibus in Homeri carminibus, tot tantisque hominum doctissimorum curis pertractatis et expolitis, locus est reli-

ἔνθ' ἕλε Θερσίλοχόν τε Μύδωνά τε Ἀστύπυλόν τε,
210 Μνῆσόν τε Θρασίον τε καὶ Αἴνιον ἠδ' Ὀφελέστην·
καί νύ κ' ἔτι πλέονας κτάνε Παίονας ὠκὺς Ἀχιλλεύς,
εἰ μὴ χωσάμενος προςέφη Ποταμὸς βαθυδίνης,
ἀνέρι εἰσάμενος, βαθέης δ' ἐκ φθέγξατο δίνης·
Ὦ Ἀχιλεῦ, περὶ μὲν κρατέεις, περὶ δ' αἴσυλα ῥέζεις
215 ἀνδρῶν· αἰεὶ γάρ τοι ἀμύνουσιν θεοὶ αὐτοί.
εἴ τοι Τρῶας ἔδωκε Κρόνου παῖς πάντας ὀλέσσαι,
ἐξ ἐμέθεν γ' ἐλάσας πεδίον κάτα μέρμερα ῥέζε.
πλήθει γὰρ δή μοι νεκύων ἐρατεινὰ ῥέεθρα·
οὐδέ τί πῃ δύναμαι προχέειν ῥόον εἰς ἅλα δῖαν
220 στεινόμενος νεκύεσσι· σὺ δὲ κτείνεις ἀϊδήλως.

V. 210. Θράσιόν τε Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 211. ἔκτανε V. — V. 213. εἰδόμενος V. L. ap. schol. A. — Ib. ἐφθέγξατο V. et ol. vulgo, ἐκφθέγξατο Vind. Lips. — V. 214. πέρι μὲν — πέρι δὲ Ald. sec. et H. — V. 216. εἴ σοι Vind. ed. Ald. sec. — V. 217. πελάσας V. L. ap. schol. A. — Ib. ῥέζειν Vind. ed. Rom. all. ῥέξαι Vind. al. —

ctus, praesertim quum Asteropaeus Achillis ense revera fuerit prostratus. Vid. ad 20, 143.

V. 210. Tenorem ad aliorum exemplar iam constituit Eustath. 1231, 46: ἑπτὰ γοῦν ἐν δυσὶ στίχοις ὠνόμασεν, ἐν οἷς καὶ Θράσιός τις, τρίβραχυ ὄνομα, ὅμοιον τῷ Δολίος, Σιχίος καὶ τοῖς ὁμοίοις, add. Lehrs. de stud. Arist. Hom. 279 sqq.

V. 213. Schol. A: εἰσάμενος, βαθέης δ'· γράφεται καὶ εἰδόμενος, τὸ δὲ βαθέης χωρὶς τοῦ δ. Aoristum et praesens promiscue dici constat; vid. 5, 462. 13, 69. cll. 13, 45, 216. 16, 716. 17, 73. 20, 224. Illo autem praeeunte, eius participium concinnius erit positum. Tum Ven. cum libris quotidianis ἐφθέγξατο δίνης exhibet, sed praepositioni a Casaubono primum inductae libri quidem fidem conciliant, eamque a verbo seiunctam Eustath. 1232, 5. agnoscere videtur. Heynius audacius quam consultius totum versum abiiciendum opinatur, vid. ad 12, 374.

V. 214. Scholl. AB: οὐκ ἀναστρεπτέον δὲ τὴν περί· ἔστι γὰρ ἀντὶ τοῦ περισσῶς. cf. ad 13, 52.

V. 216. Vindobonensi accedere putes Eust. 1233, 20, sed utrique vitium inhaerere non modo accentus, verum etiam Eustathius ipse 1232, 7. et Vindob. quintus nos commonefaciunt.

V. 217. Ex errore eius, qui γ' ἐλάσας in unum conflarit, originem ducit πελάσας, ad quod respicit schol. A: οὕτως διὰ τοῦ γε,-ἐμέθεν γ' ἐλάσας. Postea ῥέζειν non sine aliquo librorum testimonio adoptarant priores, nam praeter Vindob. ῥέζε ἤγουν

ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ ἔασον· ἄγη μ' ἔχει, ὄρχαμε λαῶν.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προςέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·
ἔσται ταῦτα, Σκάμανδρε Διοτρεφές, ὡς σὺ κελεύεις.
Τρῶας δ' οὐ πρὶν λήξω ὑπερφιάλους ἐναρίζων,
5 πρὶν ἔλσαι κατὰ ἄστυ, καὶ Ἕκτορι πειρηθῆναι
ἀντιβίην, ἤ κέν με δαμάσσεται, ἤ κεν ἐγὼ τόν.
Ὣς εἰπὼν Τρώεσσιν ἐπέσσυτο, δαίμονι ἶσος.
καὶ τότ' Ἀπόλλωνα προςέφη Ποταμὸς βαθυδίνης·
Ὢ πόποι, Ἀργυρότοξε, Διὸς τέκος, οὐ σύγε βουλὰς
0 εἰρύσαο Κρονίωνος, ὅ τοι μάλα πόλλ' ἐπέτελλεν
Τρωσὶ παρεστάμεναι καὶ ἀμύνειν, εἰςόκεν ἔλθῃ
δείελος ὀψὲ δύων, σκιάσῃ δ' ἐρίβωλον ἄρουραν.

V. 218. αἰπεινὰ ῥέεθρα Vrat. un. — V. 219. οὐδέ τι πῃ Vind. ed. πῃ vulgo et W. — V. 221. ἔασον grammat. pars. — V. 225. ἔλσαι Harl. — V. 230. εἰρυσο Heyn. coniect. — Ib. ὅτι Vind. quint. — V. 231. παριστάμεναι Vind. ed. et ol. vulgo. — Ib. εἰς ὅ κεν V. et Etym. M. 33, 49. — V. 232. ὀψιδύων all., ut videtur.

ῥέζειν Eust. 1223, 9. offert, imperativo tamen Ven. Vind. quint. et optimi quique succurrunt.

V. 220. Hemistichium extremum laudavit Apoll. in Lex. 66.

V. 221. Alios ἔασον dedisse schol. AVB. confitentur. Vid. Excurs. XXX. Verba quae sequuntur in Od. 3, 227, 16, 243. repetuntur. Nomen autem ἄγη hinc depromptum certatim illustrarunt grammatici; vid. Apoll. in Lex. 17. Et. M. 8, 43. Hesych. I, 45. Suid. I, 26 sq. Zonar. I, 24, 28. schol. Soph. ad OT. 656. Bekker. Anecd. Gr. I, 326, 14.

V. 225. Harleiano alii plerique obstant; vid. ad 1, 409. Ultima attigit Matth. in gr. Gr. §. 404.

V. 228 sqq. Iussum Iovis Apollini datum schol. B. ex Il. 20, 25 sqq. repetit; Bothius 15, 69 sqq., quae huc non pertinent, adiecit. Heynius totum locum habet suspectum, cui quidem opinioni nemo facit fidem.

V. 231. Vindobonensem Alteri quum liber quintus tum poeta ipse (cf. 15, 255. 17, 563.) refellit. Particulas in Ven. plerumque distractas alii solent committere, ut Et. M., sibi discors, 261, 14.

V. 232. Herodiano monitore ὀψὲ δύων comprobarunt veteres. Eum in libro XXIX τῆς καθόλου ita praecepisse schol. A. nobiscum communicavit. Eadem fere legimus περὶ λέξ. μον. 26, 6. Sqa hinc duxerunt alii, velut Eustath. 1235, 6, qui Apionem et Herodorum excitat testes; cf. Lehrsii excursum ea de re scriptum ad calcem libri de Arist. stud. Hom. p. 387 sqq. et Etym. M. l. all.

Ἦ, καὶ Ἀχιλλεὺς μὲν δουρικλυτὸς ἔνθορε μέσσῳ
κρημνοῦ ἀπαΐξας· ὁ δ' ἐπέσσυτο οἴδματι θύων·
235 πάντα δ' ὄρινε ῥέεθρα κυκώμενος· ὦσε δὲ νεκροὺς
πολλούς, οἵ ῥα κατ' αὐτὸν ἅλις ἔσαν, οὓς κτάν' Ἀχιλλεύς·
τοὺς ἔκβαλλε θύραζε μεμυκὼς, ἠΰτε ταῦρος,
χέρσονδε· ζωοὺς δὲ σάω κατὰ καλὰ ῥέεθρα
κρύπτων ἐν δίνῃσι βαθείῃσιν μεγάλῃσιν,

V. 234. *κρημνοῦ ἀπαΐσσων* Vind. ed. et editt. antiqq. *ὑπαΐξας* Vind. quint. Harl. Lips. — Ib. *θυιων* V. — V. 235. *πάντ' ὤρινε ῥέεθρα* Both. coniect. — V. 236. *αὐτὸν ἔσαν ἅλις* Heyn. coniect. — V. 237. *ἔξηγε θ.* V. L. ap. schol. A. — V. 238. *ἐσάω* Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 242. *εἶα στηρίξ.* Vind. quint. Lips. *στηρίξεσθαι* Dionys. Hal. de comp. verb. XVI, 120. —

V. 234. Achilles, litore repulso, fluvio medio se immisit: proinde aoristi participium omnium erit optimum, in eoque concinunt Ven. et Eust. 1232, 20. Peliden vero fidei datae aut poenituit celeriter, aut fervore pugnandi abreptus eius fuit immemor. Ultima in Il. 23, 230. iterum obvia apposuit Etym. M. 617, 11.

V. 235. Bothius, Vossii et metricorum praeceptis admonitus, eum numerorum incessum, quo plures amphibrachi deinceps iunguntur, tam indigne ferre solet, ut istam librariorum imperitiam quovis modo tollere et exstirpare studeat. Cuius audaciae specimen hic edidit, idque eo firmari dicit, quod poeta *ὄρινεν* extremis, *ὤρινε* versibus mediis illigare consueverit. At negligentius consuluit Homerica, ut enim *ὤρινε* duobus exemplis, quae adduxit, in Il. 19, 272. et Od. 7, 273. in priore versus parte conspicitur, ita augmento detracto, si nostrum annumeraveris, ibidem ter reperitur (vid. Od. 17, 47, 216.); nemo igitur Bothii levitati fidem addicet. Non semel autem ad istum libidinis scopulum nuperrimum Homericorum editorem appulsum videmus.

V. 236. Cum Heynio unus Eust. 1232, 21, facit; vid. ad v. 344.

V. 237. Ne fluvius populares asperius tractaret, alii *ἔξηγε*, Xanthi violentiae incommodum, excogitarunt. Praeterea probabilis est veterum suspicio fluvios tauriformes (vid. Horat. carm. IV, 14, 45.) ex Homeri similitudine originem traxisse; vid. scholl. AB. et interpretes Graecos ad Soph. Trach. 12. et Eurip. Or. 1363.

V. 238. Barocciani *σάωσε* errori veterum pervulgato acceptum referlur, de quo audi Eustath. 1238, 59.: *τὸ δὲ σάω ἀποκοπὴν ἔπαθεν. ὡς γὰρ οὔταζεν οὖτα οὕτε σάωζε* (corrige *οὕτω σάωσε*) *σάω*, Aristarchum perispomenum *σαῶ* horum stirpem posuisse ad 9, 343. diximus. Syllabarum singularum concentu fluvii exspatiantis vel amplitudinem vel benevolentiam Troianis declaratam egregie adumbrari schol. Victor. et Eust. 1234, 39. admonent. Integer hic versus affertur a schol. ad Od. 11, 243.

V. 240. Vid. Etym. M. 545, 3.

10 δεινὸν δ' ἀμφ' Ἀχιλῆα κυκώμενον ἵστατο κῦμα,
ὤθει δ' ἐν σάκεϊ πίπτων ῥόος· οὐδὲ πόδεσσιν
εἶχε στηρίξασθαι. ὁ δὲ πτελέην ἕλε χερσὶν
εὐφυέα μεγάλην· ἡ δ' ἐκ ῥιζέων ἐριποῦσα
κρημνὸν ἅπαντα διῶσεν, ἐπέσχε δὲ καλὰ ῥέεθρα
45 ὄζοισιν πυκινοῖσι· γεφύρωσεν δέ μιν αὐτὸν
εἴσω πᾶσ' ἐριποῦσ'· ὁ δ' ἄρ' ἐκ δίνης ἀνορούσας
ἤϊξεν πεδίοιο ποσὶ κραιπνοῖσι πέτεσθαι,

Ib. *πτελεὴν* grammatic. pars. — V. 243. *ἐκ ῥιζῶν* ol. vulgo. — V. 244. *διῶσ', ἐπὶ δ' ἔσχεθε* Both. coniect. — V. 245. *ὄζοισι π.* Vind. ed. et ol. vulgo. — Ib. *γεφύρωσεν δὲ κέλευθον* V. L. ap. schol. A. — V. 246. *λίμνης* Vind. ed. et ol. vulgo, *ῥιπῆς* V. L. ap. schol. Vict. — V. 247. *πεδίονδε* et *φέρεσθαι* V. L. ap. schol. A. —

V. 242. Ad Vindobonensis quinti lectionem alludit schol. Paris. hisce: *γράφεται καὶ εἶχε στηρίξασθαι, ἵν' ᾖ οὐδὲ τοῖς ποσὶν εἶχε δύναμιν ὁ Ἀχιλλεύς, ὥστε στῆναι* Placuit *εἶχε* Ernestio; libris autem plerisque adversantibus quidquam mutare nobis religioni ducamus. Mox *πτελέην* barytonum esse Herodiani testimonio affirmat schol. A.

V. 243 Vitium e dialecto vulgari subnatum nemo animadvertit praeter Thierschium in gr. Gr. §. 179, 35. Medela eadem Quinti Posthomericis I, 489. XI, 124., quorum alterum ex nostris expressum est, bis admovenda erit.

V. 244. Bothium ab inutili emendatione, quae totidem, quot vulgari sunt, amphibrachis procedit, et schol. A. et Dionys. Hic. revocare poterunt. Horum enim alter *διῶσε* vindicat, alter quanta arte Achillem armatum cum fluctibus adversis luctantem poeta induxerit, expositurus ita disserit: *βιαζόμενον δέ τινα πρὸς ἐναντίον ῥεῦμα ποταμοῦ μετὰ τῶν ὅπλων, καὶ τὰ μὲν ἀντέχοντα. τὰ δὲ ὑποφερόμενον εἰσάγων, ἀνακοπάς τε ποιήσει συλλαβῶν, καὶ ἀναβολὰς χρόνων, καὶ ἀντιστηριγμοὺς γραμμάτων.* Quae tametsi proxime ad priora spectant, in nostrum tamen versum non minus cadere facile intelliges. Denique coniector ille ne sensui quidem prospexit, quem plerisque minus cognitum vere et acute aperuit Hermann. in Opusc. I, 325. Arborem enim fluvii undas obtexisse potius quam retinuisse consequens est, vid. v. 407.

V. 245. Literam finalem Ven. et Vind. quint. inseri iubent; dissimilitudo, quam schol. A. profert, ex Il 15, 357. petita, neque ullo aliorum subsidio adiuvatur, neque Eustathio 1235, 18. innotuit.

V. 246. Scamandro vorticoso et magno undarum strepitu in Achillem irruenti *δίνῃ*, cui Aristarchus primas detulit, aptior est altero, quod Heynius, Eust. 1235, 24. obsequutus, de fluvio super ripas effuso et iam stagnante accipit. Ei autem rationi poetae descriptio adversatur, et praeterea Ven. atque Harlei. Aristarcho accinunt, ne Eustathio quidem repugnante.

V. 247. Schol. varietas glossam redolet. Quare ei neminem accedere nihil est mirum.

δείσας. οὐδέ τ' ἔληγε μέγας θεός, ὦρτο δ' ἐπ' αὐτῷ
ἀκροκελαινιόων, ἵνα μιν παύσειε πόνοιο
250 δῖον Ἀχιλλῆα, Τρώεσσι δὲ λοιγὸν ἀλάλκοι.
Πηλείδης δ' ἀπόρουσεν, ὅσον τ' ἐπὶ δουρὸς ἐρωή,
αἰετοῦ οἴματ' ἔχων μέλανος, τοῦ θηρητῆρος,
ὅςθ' ἅμα κάρτιστός τε καὶ ὤκιστος πετεηνῶν·

V. 248. οὐδ' ἔτ' ἔληγε Vind. ed. — Ib. ἐπ' αὐτὸν Eust. 1235, 30. Rom. St. nunc vulgo et W. — V. 249. φόνοιο Aristoph. — V. 251. ἐρωὴν V. Vind. ed. Eust. 1235, 31. Ald. sec. all. — V. 252. οἴματ' ἔχ. V. et grammatic. pars, ὄμματ' ἔχων Philetas. — Ib. μέλανός του Ar., ut videtur, μελανόστου aut μελανόσσου grammat. all. — V. 254.

V. 248. In fine Ven. cum plerisque dativum, Homero admodum familiarem, praeferendum existimat, conf. 14, 401. 15, 726. 16, 430. Od. 10, 214. 22, 75. Quorum multitudine motus αὐτῷ cum Heynio revocavi.

V. 249. Vid. ad v. 137. et Apoll. Lex. 78.

V. 250. Heynius, levi Vind. unius praesidio fretus, versum tanquam otiosum damnat, nam in nomine pronomini *adiecto*, quod Ernestio displicuit, nihil molestiae quaerendum esse scimus; vid. Matth. gr. Gr. §. 469, 10.

V. 251. Nominativum Eustathio non reiectum scienter defendunt Vind. quint. et excerpt. schol. Paris. apud Heynium. Cf. Excurs. XX, §. 2. p. 90.

V. 252. Duo potissimum sunt, quae nobis moram iniiciant, alterum a viris doctis paene relictum, alterum multorum studiis excussum ac fere profligatum. Nam quod Ven. hic et 16, 752. οἶμα adspirat, eique tum schol. A. tum alii veterum assentiunt, id, Heynio excepto, nemo vel animadvertit vel explicuit. Is causam rei perscrutatus, Eustathio duce (vid. ad Il. 1270, 48.), fuisse refert qui οἰμᾶν ex ὁμῶ i. e. ὁμοῦ γίνομαι prognatum censerent, et ideo nomen pariter ac verbum adspirarent, vid. 716, 54. 1084, 62. Lex. περὶ πνευμ. 241. et Arcad. de acc. 199, 23. Sed subtilitas ista sive Aristarchi sive alius cuiuscunque fuerit, plerisque ignota aut ingrata est visa. Hinc Veneto et libri omnes omnino repugnant, et a semet ipso dissidet 22, 140, 308, 311. Porro in spiritu leni congruunt plurimi, ut schol. Ven. ad Il. 22, 308. Apoll. in Lex. 494. Etym. M. 387, 55. Etym. Gud. 215, 38. Or. 177, 26. Hesych. II, 727. Phot. 320, 10. Zonar. II, 1435. Arcad. de acc. 159, 10. Quae quum ita sint, οἴμησε et οἶμα, similiter atque οἶμον et οἴμην insignire solemus, adspirationem repudiabunt. Philetae ὄμματ' ἔχων vel ex Il. 8, 349., ubi Aristarchus contrarium erat adoptaturus, vel e coniectura proxima invenit originem, sed eius vanitas Achillis ardore, quo fluvium instantem studet effugere, coarguitur. His iam ad exitum perductis, ad posteriorem versus partem, magis etiam vexatam, pro-

τῷ εἰκὼς ἤϊξεν· ἐπὶ στήθεσσι δὲ χαλκὸς
255 σμερδαλέον κονάβιζεν· ὕπαιθα δὲ τοῖο λιασθεὶς
φεῦγ', ὃ δ' ὄπισθε ῥέων ἕπετο μεγάλῳ ὀρυμαγδῷ.
ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ὀχετηγὸς ἀπὸ κρήνης μελανύδρου
ἂμ φυτὰ καὶ κήπους ὕδατι ῥόον ἡγεμονεύῃ
χερσὶ μάκελλαν ἔχων, ἀμάρης ἐξ ἔχματα βάλλων·

τῷ ἴκελος Thiersch. in gr. Gr. §. 211, 29. annot. — V. 258. ἀμφυτὰ V. et ol. vulgo, ἄνφυτα Vind. un. et all. ἂμ. φ. H. — Ib. ὕδατος ῥόον ἡγεμονεύει Vind. ed. Etym. M. 77, 15. et ol. vulgo. — V. 259. ἀμάρης V. et gramm. quid. ἀμάρης δ' ἐξ Vind. ed. Apoll. Lex. 317. ol. vulgo H. et Both. —

gredi licebit. Antiqua vero Veneti A. scholia quum nobis desint, scholl. BD., Porphyrium ad Il. 24, 315. et Eustath. 1235, 40. sequamur oportet. Hi igitur si vera tradiderunt, Aristarchus μέλανός του, Aristoteles et fortasse Democritus μελανόστου, alii denique μελανόσσου poetae dederunt. Primum, quod vix Aristarchi eruditione dignum habeas, sermonem Homericum, qui τευ sibi postulet, aspernari dicunt. Neque aquila, nigris ossibus oculisve instructa, ad praecipitem Achillis cursum vel clarius describendum vel ornatius illustrandum multum valebit. Praeterea ei, qui μελανόστου probavit, schol. B. haud absurde obiicit poetam epitheta nunquam ab iis, quae lateant, depromere. Quae quum acute et vere praecipiantur, Heynium μελανόστου sive potius μελανοστέου defendisse miror. Ut enim taceam utrumque a poetae ore esse alienum, notionem ipsam ridiculam paene et ineptam esse Porphyrius ad Il. 24. l. all. docuit. Nec μελανώτου, etsi Heynius formam iniuste vituperat, illis melius praestantiusve erit existimandum. Aquilarum autem genera varia fuisse nemo ignorat: de nostro quidem Aristotel. in hist. animal. IX, 32., ad quem veteres et recentiores provocant, copiosius exposuit. Sed haec in praesens missa faciam. Quod reliquum est, articulum Homero ignotum habitum tot tantasque turbas excitasse nemo negabit: eum vero pluribus exemplis stabilivit Matth. in Gr. gr. §. 264, 3. p. 541.

V. 258. Dativum ut elegantiorem merito tuentur Ven. Harl. all. et Eustath. 1235, 49. cf. Od. 24, 225.; deinde in subiunctivo iidem fere consentiunt.

V. 259. Ἀμάρης et ἀμάρης usu veniunt, illud ex adverbio ἅμα et ῥεῖν repetendum duxit Apio (cf. Apoll. Lex. 100. Eust. 1235, 58.); plerique vero, ut Apollonius et Eustathius ipsi, obloquuntur, aliamque circumspiciunt stirpem, add. Etym. M. 77, 13. Paullo post V. Etym. M. Eust. 1235, 49. et editt. priscae adversativam expelli iusserunt, nec minus in Apoll. Lex. ex edit. Bekkeri 25, 23. 80, 22. δὲ exsulat, sed priore loco ἐξαίχματα prave relictum est.

260 τοῦ μέν τε προρέοντος, ὑπὸ ψηφῖδες ἅπασαι
ὀχλεῦνται· τὸ δέ τ' ὦκα κατειβόμενον κελαρύζει
χώρῳ ἔνι προαλεῖ, φθάνει δέ τε καὶ τὸν ἄγοντα·
ὣς αἰεὶ Ἀχιλῆα κιχήσατο κῦμα ῥόοιο,
καὶ λαιψηρὸν ἐόντα· θεοὶ δέ τε φέρτεροι ἀνδρῶν.
265 ὁσσάκι δ' ὁρμήσειε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς
στῆναι ἐναντίβιον, καὶ γνώμεναι, εἴ μιν ἅπαντες
ἀθάνατοι φοβέουσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
τοσσάκι μιν μέγα κῦμα Διιπετέος ποταμοῖο
πλάζ' ὤμους καθύπερθεν· ὁ δ' ὑψόσε ποσσὶν ἐπήδα
270 θυμῷ ἀνιάζων· ποταμὸς δ' ὑπὸ γούνατ' ἐδάμνα

V. 260. προ ῥεοντ. V. προῤῥέοντος V. L. ap. Eust. 1235, 64. — Ib. ὑποψηφίδες Ald. sec. et all. — V. 262. προάλεϊ grammat. pars. — Ib. φθανέει Z. — V. 265. οἰμήσειε V. L. ap. schol. AB. — V. 269. πλάσσε V. L. ap. schol. Victor., ut videtur. — Ib. καθ' ὕπ. V. — V. 271. ποδοῖσιν Lips. — V. 272. ἐς οὐρανὸν

V. 260. Eustathius προῤῥέοντος alios per synizesin trisyllabum numerasse refert; Barnesius inde προῤῥεῦντος exsculpsit. Neutro opus esse bene animadvertit Heynius, vid. v. 366 et alibi. Praepositionem verbo suspensam teneri schol. B. et Eustath. 1235, 64. affirmant; ψηφῖδας, de cuius mensura idem Eustathius disserit, magis explicat ἔχματα praecedentia, vid. Etym. M. 818, 26.

V. 265. Schol. AV.: ὁρμήσειε· γράφεται καὶ οἰμήσειε. προκρίνει δὲ τὴν διὰ τοῦ ρ̄ γραφὴν Ἀρίσταρχος, at schol. B.: τινὲς ἀντὶ τοῦ διανοήσειε. γράφεται δὲ καὶ οἰμήσειε. προκρίνει δὲ Ἀρίσταρχος τὴν διὰ τοῦ ῑ γραφήν. Alterum utrum horum falsum esse apparet; Heynius quidem οἰμήσειε magis poeticum habet, sed librorum dissensione retardatus nihil mutat, et schol. B. verba mende affecta esse suspicatur; cf. Eustath. 1235, 14., qui proxima comparando vulgatam scienter exponit.

V. 269. Etymum verbi incertum putatur, aliis ad πλάζω, aliis ad πελάζω respicientibus, vid. scholl. BV. et Eust. 1234, 18., ubi nobis eligendi potestatem fecit, ait enim: ἔπλαζε δὲ καὶ τοὺς ὤμους καθύπερθεν, ἤγουν εἰς τοὺς ὤμους ἐπέλαζεν, ἢ ἐπλάνα καὶ διεσάλευεν αὐτούς, ὅπερ ἀντιπαράκειται πρὸς τὸ τὴν κόνιν τῶν ποδῶν ὑπερέπτεσθαι, ἵνα ἐκ ποδῶν ἄχρι καὶ ἐς κεφαλὴν καὶ ἐκ τῶν ἔμπροσθεν δὲ καὶ ὄπισθέν περιστοιχίζῃ τὸν Ἀχιλλέα ὁ κίνδυνος. Recentiores non minus fluctuant: prius magis placet Heynio et Bothio, cll. 12, 285 κῦμα δέ μιν προσπλάζον ἐρύκεται. Ea vero quum a nostris aliquanto distent, haud scio, an alterum sit praeferendum. Vid. Passov. sub v. et Damm. 946. a.

V. 273. Achilles pro insita animi magnitudine non tam mortem quam mortis ignominiam deprecatur, cf. schol. B. et Eust. 1237, 1. E quibus ille τὸν ἀκλεῆ (l. ἀκλεᾶ) θάνατον ὀδύρεται, καὶ

λάβρος, ὕπαιθα ῥέων, κονίην δ' ὑπέρεπτε ποδοῖιν.
Πηλείδης δ' ᾤμωξεν ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν·
Ζεῦ πάτερ, ὡς οὔτις με θεῶν ἐλεεινὸν ὑπέστη
ἐκ ποταμοῖο σαῶσαι· ἔπειτα δὲ καί τι πάθοιμι.
ἄλλος δ' οὔτις μοι τόσον αἴτιος Οὐρανιώνων,
ἀλλὰ φίλη μήτηρ, ἥ με ψεύδεσσιν ἔθελγεν·
ἥ μ' ἔφατο Τρώων ὑπὸ τείχεϊ θωρηκτάων
λαιψηροῖς ὀλέεσθαι Ἀπόλλωνος βελέεσσιν.
ὥς μ' ὄφελ' Ἕκτωρ κτεῖναι, ὃς ἐνθάδε γ' ἔτραφ' ἄριστος·
τῷ κ' ἀγαθὸς μὲν ἔπεφν', ἀγαθὸν δέ κεν ἐξενάριξεν.
νῦν δέ με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι

Vind. ed. ol. vulgo. — V. 278. λαιψηροῖσιν ὀλέσθαι schol. ad Soph. Philoct. 334. — V. 279. τέτραφ' ἄρ. Vindd. Eust. 1236, 25. V. L. ap. schol. et vulgo. — V. 280. ἀγαθὸν μὲν — ἀγαθὸς δὲ Eustath. 1236, 43. Rom. all. — V. 281. εἵμαρτο ὀλέσθαι Vind. un. —

Λεωνίδας ὁ Λάκων τὴν χεῖρα βληθεὶς ἀποθνήσκων ὠδύρετο, ὅτι μὴ ἔχων τὴν χεῖρα τελευτᾷ. Idem tum ab Eustathio tum a schol. Victor., cuius Heynius mentionem iniicit, relatum legimus. Heynius alium quenquam de Leonida ista tradere non meminit, nec mihi res aliunde innotuit. Itaque crediderim Homeri interpretes Leonidam et Callicratem Spartanum, qui ad Plataeas occubuit, confudisse; de hoc certe Herodotus in Calliope LXXII. sic narrat: καὶ δὴ οἱ μὲν ἐμάχοντο, ὁ δ' ἐξενηνεγμένος ἐδυςθανάτεέ τε καὶ ἔλεγε πρὸς Ἀρίμνηστον, ἄνδρα Πλαταιέα, οὐ μέλειν οἱ, ὅτι πρὸ τῆς Ἑλλάδος ἀποθνήσκοι, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐχρήσατο τῇ χειρί, καὶ ὅτι οὐδέν ἐστί οἱ ἀποδεδεγμένον ἔργον ἑωυτοῦ ἄξιον, προθυμευμένου ἀποδέξασθαι.

V. 279. Quanta veteribus de verbi ἔτραφ' tempore et forma fuerit dubitatio, scholl. BA. memoriae produnt. Ex horum autem commentariis triplex emergit varietas: τέτραφ' ἄριστος ad Eustathium, Dion. Or. XI, 368. et libros plerosque propagata, ἐτράφ' ἄριστος Herodiani iudicio, de quo litigari potest (vid. ad 14, 21.), confirmata, denique ἔτραφ' ἄριστος a Wolfio et novissimis quibusque eo iustius recepta, quo saepius apud Homerum obtinet ista aoristi vis, cf. Buttmann. gr. ampl. §. 114. p. 241 sq. Matth. gr. Gr. § 252. Passivo enim brevem vocalem, ut Thiersch. in gr. Gr. 215, 45. arbitratur, noviter et insolenter fuisse inditam a veri specie abhorret.

V. 280. Eustathium quominus sequamur, Ven. Vindd. et omnes propemodum libri una cum editionibus priscis intercedunt.

V. 281. Usitatum et librorum Eustathiique suffragio, quibus Etym. M. 561, 30. accedit, tutum praestatur et poetae ipsius ori concinit, vid. Od. 5, 312. 24, 34.

ἐρχθέντ' ἐν μεγάλῳ ποταμῷ, ὡς παῖδα συφορβόν,
ὅν ῥά τ' ἔναυλος ἀποέρσῃ χειμῶνι περῶντα.
Ὣς φάτο· τῷ δὲ μάλ' ὦκα Ποσειδάων καὶ Ἀθήνη
285 στήτην ἐγγὺς ἰόντε, δέμας δ' ἄνδρεσσιν ἐΐκτην·
χειρὶ δὲ χεῖρα λαβόντες ἐπιστώσαντ' ἐπέεσσιν.
τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε Ποσειδάων ἐνοσίχθων·
Πηλείδη, μήτ' ἄρ τι λίην τρέε, μήτε τι τάρβει·
τοίω γάρ τοι νῶϊ θεῶν ἐπιταῤῥόθω εἰμέν,
290 Ζηνὸς ἐπαινήσαντος, ἐγὼ καὶ Παλλὰς Ἀθήνη·
ὡς οὔ τοι Ποταμῷ γε δαμήμεναι αἴσιμόν ἐστιν·
ἀλλ' ὅδε μὲν τάχα λωφήσει, σὺ δὲ εἴσεαι αὐτός.
αὐτάρ τοι πυκινῶς ὑποθησόμεθ', αἴ κε πίθηαι·
μὴ πρὶν παύειν χεῖρας ὁμοιΐου πολέμοιο,

V. 282. ἐρχθέντα Massiliens. ἐρχθέντες Moschopul. 54, 6. — V. 283. ἀποέρσει Vind. ed. Et. M. 377, 42. Hesych. I, 146. Eust. 1236, 26. et ol. vulgo. — V. 285. ἰόντο Herodian. περὶ λέξ. μον. 30, 9. ἰόντες Ald. sec. — V. 286. χερσὶ δὲ Vind. quint. — V. 288. ἄρτι ol. vulgo et Both. μήτ' ἔτι Vind. quint. — V. 291. ὡς ἤτοι Etym. M. 824, 38. — V. 294. ὁμοιόφι Bentl.

V. 282. Spiritus lenis Ionum, asper Atticorum proprius est, vid. schol. B. Eust. 1236, 25. Apoll. in Lex. 298. schol. ad Aristoph. Ach. 329. Etym. M. 377, 44. Hesych. I, 1452. et alios.

V. 283. Subiunctivum, rei accomodatiorem, Ven. obtulit; verbum iam in Il. 6, 348. lectum et infra v. 329. repetitum alii ab alia stirpe ducunt, vid. Buttm. in Lexil. II, 169 sqq.

V. 285. Dualem tum praemissa tum librorum suffragia tuentur, isque futuro Herodiani editori erit restituendus.

V. 288. Barnesius, codicibus fretus, ἄρτι Atticum adverbium, quod Bothius male reduxit, prudenter reiecit. Verum id esse non solum libri optimi, sed interpretes etiam antiqui, ut schol. B. et Eustath. 1237, 28., qui Il. 10, 249. apte contendit, nobis testantur.

V. 290. Quod Neptunus humana forma indutus et proinde Achilli ignotus prima de se loquitur persona, versum ut ineptum obelo notarunt critici Alexandrini. Excusat eum interpres Victor. hisce: ἡμάρτηται, ὅτι τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα οὐ προςέθηκε. κατὰ τὸ σιωπώμενον δὲ ἴσως ἐκελεύσθησαν. Pertinent haec ad quaestionem de diis in hominum conspectum venientibus. Heynius quidem deos a mortalibus haud impune conspici obiicit, id vero arctioribus includendum esse finibus poeta ipse monet, vid. 13, 72. Od. 7, 201. 10, 571 sqq. Sed de his copiosius disputare nunc minus vacat.

V. 294. Nec Bentleii coniecturae his et similibus illatae ullus exstat sponsor, nec proximum duplici consona, quam rece-

πρὶν κατὰ Ἰλιόφι κλυτὰ τείχεα λαὸν ἐέλσαι
Τρωϊκὸν, ὅς κε φύγῃσι. σὺ δ' Ἕκτορι θυμὸν ἀπούρας
ἂψ ἐπὶ νῆας ἴμεν· δίδομεν δέ τοι εὖχος ἀρέσθαι.
Τὼ μὲν ἄρ' ὣς εἰπόντε μετ' ἀθανάτους ἀπεβήτην.
αὐτὰρ ὃ βῆ — μέγα γάρ ῥα θεῶν ὤτρυνεν ἐφετμή —
ἐς πεδίον· τὸ δὲ πᾶν πλῆθ' ὕδατος ἐκχυμένοιο·
πολλὰ δὲ τεύχεα καλὰ δαϊκτομένων αἰζηῶν
πλῶον καὶ νέκυες. τοῦ δ' ὑψόσε γούνατ' ἐπήδα
πρὸς ῥόον ἀΐσσοντος ἀν' ἰθύν· οὐδέ μιν ἴσχεν
εὐρυρέων ποταμός· μέγα γὰρ σθένος ἔμβαλ' Ἀθήνη.
οὐδὲ Σκάμανδρος ἔληγε τὸ ὃν μένος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον
χώετο Πηλείωνι, κόρυσσε δὲ κῦμα ῥόοιο
ὑψόσ' ἀειρόμενος· Σιμόεντι δὲ κέκλετ' ἀΰσας·

[...]iiect. — Ib. πτολέμοιο V. et [...]. vulgo. — V. 295. Ἰλιόφιν [...]. Vindd. et al. vulgo. — V. [2]96. ἀπηύρας Harl. — V. 301. [κ]αὶ κταμένων V. schol. A. et H. — V. 302. πλῶεν Apoll. in Lex. 556. — V. 303. ἔσχεν V. Vindd. et vulgo. — V. 305. τεὸν μένος Ald. sec. et all. — V. 306. κόρυσσε V. male. — V. 307. ὑψόσ' ἀειρόμενον libr. pauci. —

[...]et Vindob. quintus, velim oneratum.

V. 295. Literam paragogicam, librorum et Eustath. 1231, [...]5. consensu sustentatam, tanquam inutilem resecuerunt editores.

V. 296. Medio in versu graviorem desiderari interpunctio[n]em, post quam nova exordiatur sententia, scholl. Veneti admo[n]ent. Postea Harleiani scriba tempus finitum et participium com[m]iscuit, vid. Od. 13, 270. cll. Il. 6, 17. 10, 495. 11, 115. 16, 28. 17, 236. 20, 290 21, 179, 201. 24, 50. Od. 11, 203.; da[t]ivum rarius adiunctum stabilivit Matth. in gr. Gr. §. 418. [a]nnot.

V. 301. Interpretes Veneti, quod compositi vis nihilo auge[re]tur, hic et infra 301. singula distraxerunt, et 22, 72 Ἀρηϊ κτα[μέ]νῳ similiter exararunt. Obstant autem Ἀρηΐφατος et alia eius [g]eneris plura. Quare quum dativus compositioni persaepe habe[a]tur commodus, nihil recessi ab usu consuetudine sancito, eumque [n]obis permittunt Vindd. alii. et Eustath. 1237, 39.

V. 302. Apoll. l. all. πλῶεν· ἔπλεον corruptela laborare vel [i]nterpretamentum significat, add. Eustath. 1237, 42. Hesych. [...], 983. Phavor. 1593, 24.

V. 303. Schol. B. ἀνὰ τὴν ἀναφορὰν τοῦ ὕδατος ὁρμῶντος, [v]id. dissert. de vi et usu praeposit. ἀνά et κατά apud Homer. §. [...] p. 10. Ἔσχεν, tametsi cum libris convenit Eustath. 1237, [...]1. Aristarcheo tamen posthabendum est; vid. 5, 90. 17, 750. [...]3, 657., et alibi.

V. 305. Verbi structuram expediunt schol. Vict. et Eustath. [1]237, 45., vid. ad 18, 424.

Φίλε κασίγνητε, σθένος ἀνέρος ἀμφότεροί περ
σχῶμεν· ἐπεὶ τάχα ἄστυ μέγα Πριάμοιο ἄνακτος
310 ἐκπέρσει, Τρῶες δὲ κατὰ μόθον οὐ μενέουσιν.
ἀλλ' ἐπάμυνε τάχιστα, καὶ ἐμπίπληθι ῥέεθρα
ὕδατος ἐκ πηγέων, πάντας δ' ὀρόθυνον ἐναύλους·
ἵστη δὲ μέγα κῦμα· πολὺν δ' ὀρυμαγδὸν ὄρινε
φιτρῶν καὶ λάων, ἵνα παύσομεν ἄγριον ἄνδρα,
315 ὃς δὴ νῦν κρατέει, μέμονεν δ' ὅγε ἶσα θεοῖσιν.

V. 310. κακὸν θεὸν schol. Vict. V. L. — V. 313. ὀρυμ. ἐπῆρε V. L. ap. schol. B. ad v. 319. — V. 314. παύσομαι Vind. ed. — V. 315. μέμηνε δ' ὄγ' Vind. quint. — V. 318. ἰλύοφι Ben[tl.] coniect. — V. 319. ἰλύσω L. ap. schol. Vict. et Apoll. Lex. 362. Eustath. 1238, 4. Ib. χεράδος Vind. ed. et ol.

V. 308 cum initio proximi in suam convertit utilitatem Pla-
to in Protag. p. 340. A.

V. 310. Schol. Victor.: γράφεται κακὸν θεόν, οἷον ἐπίκαι-
ρον Τρῶες οὐ μενέουσιν, ἀλλ' ἐξευλαβείας χρεία πρὸς τὸ σῶσαι αὐ-
τούς. Quae si vera et sincera sunt, Scamandrum apparet Simo-
enti dicere celeritate opus esse, quod, nisi properaverit, Tro[es]
fuga sint dilapsuri. Neptuni, ad quem Heynius ista referen[da]
putat, nulla fit mentio. Longe autem melius quadrat vulgare;
conf. 18, 159, 537.

V. 315. Vindob. quinto, etsi Achilli caede implenti campu[m]
μέμηνε possit quadrare, plerique tamen obstant, vid. 5, 483. [9,]
247. Od. 15, 15. Extremis cognata sunt Od. 11, 304, 484.
15, 520.

V. 318. Bentleii ἰλύοφι (certe scribendum erat ἰλυόφι)
temere credunt Heynius et Bothius: recepti fidem augent
schol. A. Etym. M. 477, 18. Drac. de metr. 50, 6., vid. de
vers. Gr. her. 84.

V. 319. Schol. Victor. ἰλύσω coeno obducam significare
dicit, εἰλύσω, i. e. εἰλήσω, involvam reddit. De priore recte
iudicavit Tollius ad Apoll. Lex. 362., quanquam Aristarchus
id praetulisse minus constat; εἰλύσω vero non modo arcta cum
priore cognatio et nomen, quod praecedit, ψαμάθοισιν tuentur,
sed poeta ipse sibi expetit; vid. Od. 14, 136; neque aliter legit
Apollonius Al. de synt. II, 19, 142. et de pronom. 362, 6.
Idem clausulam versus superioris bis adscripsit, ib. 307. a. et de
adverb. 550, 31. Insuper duo alia minus explorata et definita
versus noster suppeditat: primum enim interpunctio, Venet. au-
ctore, ab Heynio probata, neque Vindd. est, neque Hermanno
in Opusc. I, 326. vera videtur. Per se utrumque dici posse:
ipsum autem arena obtegam affatim, et ipsum arena
obtegam, sabulo affatim circumfuso, immenso, nemo
non perspicit, sed alterum poetae mori ac verborum proprietati
magis conducere existimaverim. Itaque prioribus et Hermanno
recte, ut spero, morem gessi. Deinde χέραδος, cuius loco et plurimi

ρημὶ γὰρ οὔτε βίην χραισμησέμεν, οὔτε τι εἶδος,
ὔτε τὰ τεύχεα καλά, τά που μάλα νειόθι λίμνης
κείσεθ᾽ ὑπ᾽ ἰλύος κεκαλυμμένα· κὰδ δέ μιν αὐτὸν
ἰλύσω ψαμάθοισιν, ἅλις χέραδος περιχεύας,
υρίον, οὐδέ οἱ ὀστέ᾽ ἐπιστήσονται Ἀχαιοὶ
ἀλλέξαι· τόσσην οἱ ἄσιν καθύπερθε καλύψω.
αὐτοῦ οἱ καὶ σῆμα τετεύξεται, οὐδέ τί μιν χρεὼ
ἔσται τυμβοχόης, ὅτε μιν θάπτωσιν Ἀχαιοί.

ρ. — Ib. περιχεύσας schol. ad Pindar. Pyth. VI, 13. — V. 321. ἀνλέξαι Ar. — V. 322. αὐτοῦ οἱ καὶ μέτρα τ. Etym. M. 169, 18. — Ib. οὐδέ τέ μ. Steph. margo. — V. 323. τυμβοχοῆσ᾽, ὅτε V. Ar. τυμβοχοῆς Vindd. vulgo. W. H. Both. — Ib. θάπτουσιν Harl. Lips. —

t Hermannus ipse χεράδος paroxytonum elegerunt, maiores etiam te graviores peperit lites, quae quum Homerum tum Pindarum et alios attingunt. Opinabar quidem ab initio certis grammaticorum testimoniis τὸ χέραδος, cui reliqua egregie conspirant (vid. Passov. in Lex. v. χέραδος), tutum esse ac firmum, sed multiplex eruditorum dissensio et controversia (cf. Steph. Thes. Gr. ling. VIII, 10491, d., Heyn. ad h. l. et Boeckh. in annot. crit. ad Pind. Pyth. VI, 13.), effecerunt, ut rem aleae plenam Excurs. XXXII. comprehendere satius ducerem.

V. 321. Nisi putaveris Aristarchum compositum nota manifesta designaturum fuisse, cur liquidam geminari voluerit, vix assequere. Contrarium suadent et libri cum Eustath. 1237, 57. et magis firmant 23, 253 ἄλλεγον ἐς χρυσέην φ. Od. 2, 105 ἀλλύεσκον et horum similia. Postea quae feruntur crebro adduxere grammatici; vid. Apoll. in Lex. 169. Et. M. 153, 24.

V. 322 sq. Homerici dii non minus quam principes satis dicaces adversarios toties solent irridere et liberius perstringere (vid. 5, 421. 13, 374. 16, 745.), toties porro monumenti cippive in caesorum honorem erecti fit mentio, ut in Scamandri verbis, quibus se non solum Achillis arma et ossa arenae et sabuli acervo obtectorum, verum etiam defuncto sentinae tumulum aggesturum esse minatur, indolis Homericae gnarus nihil fucati subditive possit deprehendere. Itaque Bothius Heynio nimis suspicaci temere credidit, duobusque versibus tanquam adulteratis sine idonea causa obelum appinxit, eo insuper falsus, quod sepulturam et tumulum sepultis exstructum in unum quasi confundit, vid. Od. 12, 12 sq.

V. 323. Aoristi infinitivum, quem ex Aristarchi, Ptolemaei Ascalonitae aliorumque decreto interpretes Veneti et Eust. 1238, 16. nominis genitivo anteferendum iudicarunt, e prava grammaticorum sedulitate ortum censet Hermannus ad hymn. in Merc. 133., cui Buttmann. in gr. Gr. ampl. §. 30. annot. 5. Matth. in gr. §. 521. annot. 1. et Thiersch. in gr. §. 164, 2. annot. 1. et 232, 160. fere concinunt. Neque aliud huius elisionis exemplum

Ἦ, καὶ ἐπῶρτ' Ἀχιλῆϊ κυκώμενος, ὑψόσε θύων,
325 μορμύρων ἀφρῷ τε καὶ αἵματι καὶ νεκύεσσιν.
πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα Διιπετέος ποταμοῖο
ἵστατ' ἀειρόμενον, κατὰ δ' ᾕρεε Πηλείωνα.
Ἥρη δὲ μέγ' ἄϋσε περιδδείσασ' Ἀχιλῆϊ,
μή μιν ἀποέρσειε μέγας Ποταμὸς βαθυδίνης.
330 αὐτίκα δ' Ἥφαιστον προσεφώνεεν, ὃν φίλον υἱόν·
Ὄρσεο, Κυλλοπόδιον, ἐμὸν τέκος· ἄντα σέθεν γὰρ
Ξάνθον δινήεντα μάχῃ ἠΐσκομεν εἶναι·

V. 328. περιδείσας Vind. quint. περὶ δείσ. et πέρι δ. Heyn. et Bentl. coniecturae. — V. 330. προσεφώνεε φίλον υἱ. editt antiqq. — V. 334. ἀργέστας Vind. ed. Apoll. in Lex. 161. auct. de vit. Hom. 332. vulgo W. H. et Both. — V. 336. ἴσομαι Etym. M. 306, 14. — Ib. ὀρέουσ

reperire licet, neque infinitivus sententiae melius quadrat. Ut enim genitivus eius rei proprius est, vid. Il. 9, 75, 608. 10, 43. 11, 606. Od. 9, 136., ita accusativus, si quando iungitur, verbo tenetur suspensus, cf. Il. 11, 409. 18, 406. Od. 4, 707.; in Iliade autem 23, 308. alia obtinet ratio. Illud acute perspexit Dammius in Lex. Hom. 1119, 6., eaque de causa μιν dativum esse ponit. Longe vero simplicior et poetae consuetudini aptior erit genitivus, quem iam Steph. in Thes. ling. Gr. VI, 9702. a. commendavit. Ne quid autem insoliti in tenore relinquatur, cum Cratete et Hesych. II, 1433 τυμβοχόης scribere licebit; vid. schol. A. et Lobeck. ad Phryn. 498.

V. 325. Apollonius in Lex. 561. vel nostra vel Il. 18, 403. ob oculos habuit. Poetae magniloquentiam et verborum ornatu et sententiae gravitate insignem praedicant scholl. BV.

V. 326. Initium horum repetitur in Od. 11, 243. Non tam verba quam rem commemoravit schol. ad Od. 3, 6.

V. 330. Pronomen ad numerorum integritatem necessarium, duce Romana, e fuga retraxerunt, neque illud a libris abest.

V. 331. Versum spurium esse habitum et schol. A. narrat, et obelus in Ven. appictus comprobat. Ille autem quum subiiciat Aristarchum κυλλοπόδιον ut ὀλβιόδαιμον scripsisse προπαροξυτόνως, versum ab eo notatum, nec tamen statione deiectum esse poterit coniici. At sunt qui secus iudicent, aut, ut Heynius voluit, ἀθετεῖσθαι vituperare exponant. Verum enim vero utrique rationi res ipsa non minus quam veterum notationes repugnant. Quare vix erit dubium, quin versui, in suspicionem vocato, aliud quidpiam, quod ignoramus, fuerit substitutum: eum enim prorsus defuisse parum erit credibile. Aristarcho, si ita censuit, Plutarchum, qui de aud. poet. VI, 116. [T II. p. 35. C.] Homerum corporis et fortunae bona parvi aestimare hoc ipso exemplo declaravit, adversari iam Heynius docuit.

ἀλλ' ἐπάμυνε τάχιστα, πιφαύσκεο δὲ φλόγα πολλήν.
αὐτὰρ ἐγὼ Ζεφύροιο καὶ ἀργεστᾶο Νότοιο
εἴσομαι ἐξ ἁλόθεν χαλεπὴν ὄρσουσα θύελλαν,
ἥ κεν ἀπὸ Τρώων κεφαλὰς καὶ τεύχεα κήαι
φλέγμα κακὸν φορέουσα. σὺ δὲ Ξάνθοιο παρ' ὄχθας
δένδρεα καῖ', ἐν δ' αὐτὸν ἵει πυρί· μηδέ σε πάμπαν
μειλιχίοις ἐπέεσσιν ἀποτρεπέτω καὶ ἀρειῇ·
μηδὲ πρὶν ἀπόπαυε τεὸν μένος, ἀλλ' ὁπότ' ἂν δὴ
φθέγξομ' ἐγὼν ἰάχουσα, τότε σχεῖν ἀκάματον πῦρ.

auct. vit. Hom. 332. ὄρσασα Z. — V. 336. ἤ κεν id. — Ib. κήαι schol. A. — V. 339. ἠ̃ ἀρειῇ Eustath. 1238, 36. — V. 340. πρίν γ' ἀπόπ. Thiersch. in gr. Gr. §. 343, 8. c. — V. 341. φθέγξομ' ἐγὼ Lips. φθέγξωμαι ἰάχ. Heyn. coniect. —

V. 331 sq. Frustra hic laborant viri docti. Nihil enim offensae est in oratione inversa, qua Iuno, quum Vulcanus Xantho par esset dicendus, fluvium filio parem appellat. Veteres subtilitate nimis arguta ignem aquae oppositum volunt (cf. Eustath. 1238, 48. et schol. B.); tum iidem, num εἶναι ὑπάρχειν an ire significet, incerti sunt, sed prius aeque bonum erit ac posterius: nam ἄντα τινὸς εἶναι μάχῃ nihil aliud potest indicare nisi in proelio contra aliquem stare, vid. Excurs. XVII; denique Eustath. 1238, 28 εἴσκομεν non ut scribendi varietatem, sed interpretamenti loco adiecisse censendus est.

V. 334. Vid. ad 11, 306.

V. 335. Zenodotus εἴσομαι ab alia stirpe repetitum γνώσομαι explicat, teste schol. A., unde versu proximo disiunctivum et infinitivum eius fuisse sequitur. Melius vero plerique εἴσομαι reddunt πορεύσομαι. Iuno enim tempestatem advocatura est, neque eam expertura. Perverse afferuntur nostra tum in Hesych. Lex. I, 246 ἄλλοθεν ἐκ τῆς θαλάσσης, tum in Apoll. lib. de adverb. 623, 30. In illo duas glossas in unum coaluisse Bentleii acumen perspexit, add. Etym. M. l. all.

V. 336. Infinitivum a Iunonis mente alienum non approbare debebat schol. A.; optativum κήαι tuentur Vindd. Eust. 1238, 33. et plurimi. Vid. Excurs. XV. §. 1. p. 51.

V. 337. Nomen φλέγμα rarius igni vel flammae imponitur, unde plurimi hunc usum notaut, cf. Eust. 1239, 5. Hesych. II, 1511. auct. de vit. Hom. 292. et Apoll. Lex. 692., cuius lacunam explere student editores.

V. 341. Heynius, soloecismum esse ratus, coniunctivum repetit. Sed ut silentio praetermittam modum, quem desiderat, adesse (vid. Thiersch. gr. Gr. §. 168, 11. 323, 4. et Matth. gr. §. 521. not.), ne futurum quidem prorsus ineptum erit habendum, Hermanno iudice in dissertat. de partic. ἂν I, 8. sive in

Ὣς ἔφαθ'· Ἥφαιστος δὲ τιτύσκετο θεσπιδαὲς πῦρ.
πρῶτα μὲν ἐν πεδίῳ πῦρ δαίετο, καῖε δὲ νεκροὺς
πολλούς, οἵ ῥα κατ' αὐτόθ' ἅλις ἔσαν, οὓς κτάν' Ἀχιλλεύς·
345 πᾶν δ' ἐξηράνθη πεδίον, σχέτο δ' ἀγλαὸν ὕδωρ.
ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς Βορέης νεοαρδέ' ἀλωὴν
αἶψ' ἀνξηράνῃ· χαίρει δέ μιν ὅςτις ἐθείρῃ·
ὣς ἐξηράνθη πεδίον πᾶν, κὰδ δ' ἄρα νεκροὺς

V. 343. δαῖε δὲ ν. Eust. 1239, 46. V. L. — V. 344. αὐτὸν ἅλις V. Vindd. ol. vulgo. αὐτὸ Bentlei. coniect. — V. 346. ὡς δ' ὅταν ὀπ. Drac. de metr. 41, 10. — Ib. νεοαλδέ'. ἀλ. V. L. ap. Apoll. in Lex. 474. — V. 347. ἂν ξηραίνῃ Vind. ed. et ol. vulgo. ἂν ξηράνῃ V. Vind. quint. edd. prisc. H. ἐξαυήνῃ Aristoph. — Ib. χαίρει γε μὲν Voss. h.

Opusc. IV, 29. Elisionem vero Eust. 1289, 27 sqq. agnoscit, de quo cf. Excurs. XIII, §. 1. p. 30.

V. 344. Pronomen nomini infestum Bentlei. mutavit, Wolfius sustulit. Heynius et Bothius versum e superioribus, vid. 236., allectum iudicarunt. Nec negaverim id fieri potuisse: libris vero consentientibus nec quidquam dubii moventibus, Wolfio sum adstipulatus. Aliam quaestionem, quomodo evenerit, ut, flamma omnia populante, Achilles salvus et intactus evadat, veteres admodum varie solvere et explicare student.

V. 346. Agrum recens irrigatum Boreae flamina cito exsiccant, cf. Eustath. 1240, 10. schol. Victor. Etym. M. 600, 51. et Apoll. l. all., qui, quum solus νεοαλδέ' ἀλωὴν commemoret, minus persuadet.

V. 347. Haec ut recte et plene diiudicemus, veterum notationes enumeremus necesse est. Iam schol. A. ἀνξηράνῃ Aristarchi fuisse dicit, neque id latuit Eustathium 1240, 7 αἶψ' ἂν ξηράνῃ ἤγουν ἀναξηράνῃ. Victor. ita commentatur: μετὰ τοῦ ν. καὶ θερμήνῃ μέν φησιν (Il. 14, 7.), ἀλλ' οὐ ξηρήνῃ διὰ τὸ κακόφωνον, ὡς ψαρῶν καὶ ψῆρας (Il. 16, 583). Ἀριστοφάνης δὲ γράφεται (αἶψ' ἐξαυαίνειν). Eius loco prudenter, ut puto, Heynius, ἐξαυήνῃ legendum suasit (vid. Herod. IV, 151, 1. et 173.), neque exordium horum ab omni parte sanum ad nos pervenit; corrigo igitur μετὰ τοῦ ᾱ. Id enim, ut sonum ter repetitum depelleret, Aristarchum praetulisse exemplum, quod affert, manifesto indicat, vid. Matth. gr. Gr. §. 185. Neque ἂν ξηράνῃ, quod libros plurimos occupavit, Aristarcho probatum fuisse apparet. Quibus causis motus Wolfio accessi, praesertim quum praesens, sive ei cum Vindob. Alteri particulam adieceris, sive cum Vratisl. uno et Galen. de temper. I, 2. detraxeris, sequentibus parum respondeat. In postremis Vossius γε μὲν ἐθ., cui Vratisl. unius γέ μιν ansam dedisse videtur, numeris accommodatius statuit ad hymn. Hom. in

κῆεν· ὃ δ' ἐς ποταμὸν τρέψε φλόγα παμφανόωσαν,
350 καίοντο πτελέαι τε καὶ ἰτέαι ἠδὲ μυρῖκαι,
καίετο δὲ λωτός τε ἰδὲ θρύον ἠδὲ κύπειρον,
τὰ περὶ καλὰ ῥέεθρα ἅλις ποταμοῖο πεφύκει·
τείροντ' ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες, οἳ κατὰ δίνας,
οἳ κατὰ καλὰ ῥέεθρα κυβίστων ἔνθα καὶ ἔνθα,
355 πνοιῇ τειρόμενοι πολυμήτιος Ἡφαίστοιο.

ad Cer. 432. — Ib. ἔθειρει Vind. quint. Eust. 1240, 8. et al. vulgo. — V. 350. αἶδε μυρῖκαι Lips. — V. 351. δὴ λωτὸς Vind. ed. Ald. sec. — Ib. τ' ἠδὲ θρ. Vind. ed. et al. vulgo. τε ἠδὲ θρ. Eustath. 1239, 51. — Ib. κύπαιρον V. L. ap. schol. A. — V. 352. τὰ προτὶ Bentl. conj. — V. 355. ῥιπῇ τ. V. L. ap. schol. A. —

Cer. 432. Equidem, si singula, ut par est, uno verborum ambitu incluseris, nihil plane dissimilitudinis subesse crediderim. Subiunctivum denique quum libri plerique, velut Ven. Harl. aliique, tum schol. B. Apoll. in Lex. 242. et Hesych. 1, 1092. confirmant.

V. 350. Lipsiensi omnes repugnant; add. Heracl. allegor. Hom. 424.

V. 351. Cum Ven. Vind. quint. et plurimis Homeri manum redintegravi, vid. ad 6, 491. et Voss. ad h. in Cer. 191.; ea dominatur apud alios, ut in Heracl. allegor. l. all. Schol. ad Nic. Ther. 200 ἡμὲν θρύον ἠδὲ κύπειρον memoriter dedit. Schol. A.: αἱ ἐκ τῶν πόλεων ἠδὲ κυπάρων (leg. cum Vict. κύπαιρον) εἶχον.

V. 353 sq. Prioris bis meminit Athen. VII, 298., d. et 299., posteriorem adiunxit Maxim. Tyr. dissert. XXXII, 132., neque is ab ullo vel libro abest, vel a quoquam fuit impugnatus. Sed Bothii sagacitatem hominis inepti fraus non fefellit. Illi enim et ἀσύνδετον displicet, et Homerum, naturae peritissimum, pisces interdiu aquas non persultare, nisi quietas et per sudum, sed in fundo latere, utpote animalia nocturna et magnam partem carnivora, haud ignorasse scribit. Itaque stultus quidam, qui priora οἳ κατὰ δίνας non assequeretur, iis adiecit κυβίστων, deinde vel ipse vel alius eiusdem farinae integrum versum importune et audacter agglutinavit. At relativum bis positum neminem magnopere offendere potest (vid. Matth. gr. Gr. §. 477.), deinde poetam rem exaggerare et divinam in maius augere iam schol. Vict. bene animadvertit, porro pisces aqua fervida superfusa trepidare et salire vel Herodotus IX, 120. ostendit. Poetam vero κυβίστων de piscibus ignis aestu nunc ex undis sublatis nunc eas subeuntibus significanter et vere posuisse schol. B. et Eustath. 1239, 64. consentiunt. Quae quum ita sint, cum omnibus aliis insanire quum cum Bothio sapere malui.

καίετο δ' ἲς Ποταμοῖο, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν·
Ἥφαιστ', οὔτις σοίγε θεῶν δύνατ' ἀντιφερίζειν,
οὐδ' ἂν ἐγὼ σοίγ' ὧδε πυρὶ φλεγέθοντι μαχοίμην.
λῆγ' ἔριδος· Τρῶας δὲ καὶ αὐτίκα δῖος Ἀχιλλεὺς
360 ἄστεος ἐξελάσειε. τί μοι ἔριδος καὶ ἀρωγῆς;
Φῆ πυρὶ καιόμενος· ἀνὰ δ' ἔφλυε καλὰ ῥέεθρα.

V. 356. καί ἑ τόδ' ἶς Ptolemaeus Pindarjo apud schol. Vict. — V. 357. ἰσοφαρίζειν Harl. — V. 360. ἄστ. εἰςελάσειεν Bentl. coniect. — V. 362. ἔνδον ζεῖ Apoll. in Lex. 432. — V. 363. κνίσσῃ

V. 356. Ptolemaeus, cuius emendationem schol. Vict. attulit: καί ἑ τότ' ἶς Π. refinxisse videtur. Cf. Il. 5, 454. 15, 220. 16, 666. Od. 2, 348. 4, 461, 542. 7, 178. 8, 428. alibi.

V. 357. Harleiani lectio, nisi glossam esse putaveris, Eustathio 1240, 39. innotuit; contrarium vides in Apoll. Lex. 136.

V. 361. Poetam naturae veritatem et aquae ferventis sonitum imitari testificantur interpretes, cf. schol. B. Eustath. 1240, 6. Etym. M. 200, 51. 796, 41. Orion. 158, 29. Apoll. in Lex. 135, 314. Idem vero 238 ἔβλυε aliunde assumpsit, ad Etym. M. l. all. Hesych. I; 372. cll. 1062., nostra insuper recitant Suid. III, 63. et schol. ad Aristoph. Vesp. 85.

V. 362. Ordinem verborum nemo praeter Apollonium transposuit; cf. Etym. M. 559, 10. Athen. I, 25. d.

V. 363. Priusquam ad singula, quae in disceptationem veniunt, me convertam, Lehrsii iniquitatem paucis refutare liceat. Nam quum ad Il 1, 66. ita scripsissem: „κνίσης ubique dat Ven., idque Aristarchum, Herodianum aliosque veterum magistros praecepisse schol. A. testatur“, vir doctissimus me, ut hominem imperitum ac vaniloquum, mendacii insimulat, et ad ea, quae scholl. ABC. ad Il. 1, 315. de suo tradiderint, remittit. Iam ut alias saepe cum magno meo damno expertus sum, ita brevitatis studium hanc calumniandi opportunitatem avide arreptam obtulit. Sed schol. A. ad 1, 66. sic refert: Ἀρίσταρχος τὸ κνίσης ἑνικῶς κατὰ γενικὴν πτῶσιν ἄνευ τοῦ ῑ, ad versum, de quo nunc agimus: κνίσην, inquit, οὕτως Ἀρίσταρχος, ἄλλοι δὲ κνίσῃς. Aristarchum ergo, si interpretibus Venetis tanta est fides, quantam iis plerique statuunt, sibila simplici contentum fuisse sequitur. Scio quidem scholl. BL. ad Il. 2, 423. ad eundem auctorem τὰ κνίση referre, rumorem vero incertum et haud dubie falsum (cf. Bekker. in cens. 130.), eo magis silentio premendum duxi, quod non scholiastarum sectabar rivulos, sed veri simillima quaeque investiganda erant et ad lucem protrahenda. At de Herodiano certe nihil admonent scholia, fateor, nec tamen eius nomen Aristarcho sine causa idonea adiunxi. Repetito enim Eustathii testimonio fretus id feci; vid. ad Il. 49, 31. et ad Od. 1819, 39. alibi. Neque illud scholion, quod a suo eruditionis penu mihi munifice suppeditat Lehrsius, aut neglexi aut ignoravi. Provocavi enim iam in libr. de vers. Graec. her. 94 sq. ad Apollon. Lex. 408. et eius editores, illius memores, add. de pros. Gr. §. 17, 11. annot.

ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ,
κνίσην μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο,
πάντοθεν ἀμβολάδην, ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκανα κεῖται·
365 ὣς τοῦ καλὰ ῥέεθρα πυρὶ φλέγετο, ζέε δ' ὕδωρ·
οὐδ' ἔθελε προρέειν, ἀλλ' ἴσχετο· τεῖρε δ' ἀϋτμὴ
Ἡφαίστοιο βίηφι πολύφρονος. αὐτὰρ ὅγ' Ἥρην

μελδόμεν. Vindd. Apoll. in Lex. 450. Kust. 1245, 9. vulgo et W. κνίσσης V. L. ap. schol. A. — Ib. ἀπαλητρεφέος Vind. quint. — V. 366. ἠδ' ἔθελε Vind. quint. — Ib. προχέειν Harl. —

Quae si respicere voluerint, iudices aequiores istam praeceptoris Regiomontani doctrinam, aliis fortasse novam et inauditam, mihi certe tritam et longo ex usu cognitam fuisse non negabunt. Restat, ut versum, qui varias peperit difficultates, propius intueamur. In controversia autem sunt positi tum nominis casus, tum verbi significatus. Atque hoc quidem, utpote a μέλη et ἔδειν compositum (vid. Etym. M. 576, 20. Apoll. Lex. l. all. et schol. B.) τήκειν sive liquefacere solent reddere; alii vero, in quibus Porphyrius fuit, Od. 18, 70 μέλε' ἤλδανε ποιμένι λαῶν admoniti verbum ab etymo μέλη et ἄλδειν sive ἀλδαίνειν repetunt, et internas lebetis partes μέλη sive μέρη adipe liquefacto iunctas pinguescere censent. Haec vero explicatio et artificiosior est et poetarum aliorum usu refellitur (cf. Callim. fr. 309. Nicandr. Ther. 108. Maneth. Apotel. VI, 464.), proinde μελδόμενος liquescens vel liquefaciens indicet necesse erit, add. Eustath. 1241, 28. Haec si vere sunt dicta, iis qui κνίσῃ vel κνίσσῃ scripserunt, lebetem adipe liquefactum, i. e. irrigatum et inunctum, fervere putarunt, cf. Eust. 1241, 30 sqq. Sed accusativum exspectari tum Eustathius dicit, tum Aristarchum sic iudicasse Ven. schol. perhibet, additque μελδόμενος idem esse atque μέλδων sive τήκων. Quo probato, nihil, quod vituperes, residebit, et sententia erit haec fere: ut lebes intus fervet, vi ignis urguente, adipem porci saginati liquefaciens. Heynius solus lebetem adipem liquefacientem intus fervere negat, unde lebetem positum esse vult pro eo, quod in lebete est, ideoque μελδόμενος passive sumit, et, si κνίσσῃ liquescit, ipsum lebetem liquescere (κατὰ τὴν) κνίσσην, quae in eo est, existimat. Sed alterum vulgare et obvium, alterum poeticum et reconditum esse nemo non videt, cf. Quint. Sm. Posthom. V, 380 sqq. Tantum igitur abest, ut Aristarchum errasse iudicemus, ut eius ratio Homeri menti satisfaciat egregie. Genitivus autem, nisi simul refinxeris μελδομένης explicari nequit. Ea denique, quae ab Hermogene et aliis de neutro pluralis, Homero ignoto et inusitato, monentur, huc non pertinent.

V. 364. Vid. Od. 18, 308. et Etym. M. 482, 34.

V. 366. Notum poetarum usum et alibi saepe et hic tangunt veteres, cf. scholl. AB. Eustath. 1241, 40. scholl. ad Od. 3, 121. 8, 223. Apoll. Lex. p. 344. Qui nobis argumento erunt et Harleiano et Vindobonensi quinto inhaerere vitium.

πολλὰ λισσόμενος ἔπεα πτερόεντα προςηύδα·
"Ηρη, τίπτε σὸς υἱὸς ἐμὸν ῥόον ἔχραε κήδειν
370 ἐξ ἄλλων; οὐ μέν τοι ἐγὼ τόσον αἴτιός εἰμι,
ὅσσον οἱ ἄλλοι πάντες, ὅσοι Τρώεσσιν ἀρωγοί.
ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼν ἀποπαύσομαι, εἰ σὺ κελεύεις·
παυέσθω δὲ καὶ οὗτος· ἐγὼ δ' ἐπὶ καὶ τόδ' ὀμοῦμαι,
μήποτ' ἐπὶ Τρώεσσιν ἀλεξήσειν κακὸν ἦμαρ,
375 μηδ' ὁπότ' ἂν Τροίη μαλερῷ πυρὶ πᾶσα δάηται
δαιομένη, δαίωσι δ' Ἀρήϊοι υἷες Ἀχαιῶν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τόγ' ἄκουσε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
αὐτίκ' ἄρ' Ἥφαιστον προςεφώνεεν, ὃν φίλον υἱόν·
Ἥφαιστε, σχέο, τέκνον ἀγακλεές· οὐ γὰρ ἔοικεν
380 ἀθάνατον θεὸν ὧδε βροτῶν ἕνεκα στυφελίζειν.

V. 368. πολλά ἑ λισσόμ. Barnes. πολλά γε λ. Bentl. coniect. — V. 372. ἀποπαύομαι Vind. quint. — V. 375. δάμηται Both. coniect. — V. 376. καιομένη, καίωσι V. Vindd. vulgo. W. H. et Both. — V. 379. ἀγακλέες Vind. ed. St. H. — Ib. οὐδὲ ἔοικεν Bentl. coniect. — V. 380. στυφελίζειν pauc. libr. — V. 382. κατέσχετο schol. brev. — V. 386. σφίσιν ἐνὶ φρ. editt. antiqq. — V. 387. ὁμά-

V. 368. Inscius, ut videtur, Gerhard. in lect. Apoll. 108. in Barnesii vestigia incurrit. Medelam vero quamlibet et libri respuunt, et exempla cognata aversantur, cf. Wolf. praef. ed. nov. 55.

V. 369 cum proximi initio recitat Apoll. in Lex. 269.

V. 375. Vid. ad 20, 316.

V. 376. Iam Heynius miratur poetam ab eo, quod in Il. 20, 317. habuimus, recessisse, et Bekkerus ad id nos redire iubet; vid. l. all. 170. Ei igitur, Harlei. et Mosq. accinentibus, obtemperavi: etenim verbum de Vulcani ardore toties lectum librariis fraudi fuisse a veri specie non abhorret.

V. 379. Tenorem in syllaba ultima ponendum esse iam cognovimus ad 17, 716.

V. 382. Scholiastam brevem, qui fluvium super ripas exspatiatum in animo habuit, parum memorem ignis aestu undam et alveum exaruisse refellunt plurimi, recte igitur Eust. 1242, 6.: ὅτι γαλήνης φραστικὸν τὸ ἀψοῤῥὸν κατὰ κῦμα κατέσσυτο.

V. 385. Pugnam deorum, ut inutilem et poetae vel pietati vel indoli contrariam, in dubium vocarunt Heynius et Payn. Knightius, quibus Bothius obviam ivit. Veterum nemo, etsi plures, ut Homerum impietatis crimine liberent, a rerum coelestium et naturalium scientia auxilium petunt, eo processit audaciae, ut totam narrationem adventiciam haberet. Quapropter lites ea de re agitatas in praesens vel retractare vel dirimere noluerim.

Ὣς ἔφαθ᾽· Ἥφαιστος δὲ κατέσβεσε θεσπιδαὲς πῦρ·
ἄψοῤῥον δ᾽ ἄρα κῦμα κατέσσυτο καλὰ ῥέεθρα.
αὐτὰρ ἐπεὶ Ξάνθοιο δάμη μένος, οἳ μὲν ἔπειτα
παυσάσθην· Ἥρη γὰρ ἐρύκακε χωομένη περ.
385 Ἐν δ᾽ ἄλλοισι θεοῖσιν ἔρις πέσε βεβριθυῖα,
ἀργαλέα· δίχα δέ σφιν ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἄητο·
σὺν δ᾽ ἔπεσον μεγάλῳ πατάγῳ, βράχε δ᾽ εὐρεῖα χθών·
ἀμφὶ δὲ σάλπιγξεν μέγας οὐρανός. ἄϊε δὲ Ζεὺς
ἥμενος Οὐλύμπῳ· ἐγέλασσε δέ οἱ φίλον ἦτορ
390 γηθοσύνῃ, ὅθ᾽ ὁρᾶτο θεοὺς ἔριδι ξυνιόντας.
ἔνθ᾽ οἵγ᾽ οὐκέτι δηρὸν ἀφέστασαν· ἦρχε γὰρ Ἄρης
ῥινοτόρος, καὶ πρῶτος Ἀθηναίῃ ἐπόρουσεν
χάλκεον ἔγχος ἔχων, καὶ ὀνείδειον φάτο μῦθον·
Τίπτ᾽ αὖτ᾽, ὦ κυνάμυια, θεοὺς ἔριδι ξυνελαύνεις

δῳ Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 388. ἐσάλπιγξεν Eust. 1242, 16. Rom. — V. 390. ὁρῶτο editt. antiqq. — V. 391. οὐκ ἔτι V. Vindd. ol. vulgo et H. — V. 393. ὀνείδιον Eust. 1242, 64. St. all. — V. 394. τίπτ᾽ αὖ Vind. ed. et ol. vulgo. — Ib. κυνόμυια Vind. ed. Ambros. ol. vulgo. Both. κυνάμυια V. L. ap. Eust. 1243, 26. —

V. 387. Schol. A.: πατάγῳ· γράφεται ὁμάδῳ, Eustath. 1242, 15.: σὺν δ᾽ ἔπ. μεγ. πατάγῳ ἢ ὁμάδῳ: idque omnes propemodum libros occupavit. At illi et coeli fragor et terrae strepitus melius convenit, et diis singulis ad certamen descendentibus ὅμαδος parum erit aptus. Verendum igitur est, ne hoc illius glossa contineatur.

V. 388. Coeli sonitum cum tubae clangore incommode et exiliter comparari Demetr. de eloq. §. 84. et Aristid. de music. II, 84. censuerunt, etsi hic cum Longino de sublimit. IX, §. 6. verborum gravitatem ad rerum magnitudinem praedicat, cf. ad 20, 61. Praeterea versus noster exstat in Apoll. Lex. 61. et apud Dionem Cass. LXXVIII, 30., qui augmentum, ut Eustathius fecit, verbo adiunxit.

V. 392. Martis cognomen in Iliade semel obvium Apoll. in Lex. 587. enotavit.

V. 393. Schol. Lips. ὀνείδιον vitiose scribi tradit, neque diphthongum voci legitimam respuunt Ven. Vindd. et optimi quique, vid. ad 1, 519.

V. 394. Vocali instante, τίπτ᾽ αὖτ᾽, ὦ κυνάμυια Ven. Vindd. Harl. aliique scite iusserunt reduci. Tum Veneris epitheton poetice κυνάμυιαν, ex usu communi κυνόμυιαν scribi attestantur plerique, velut Eustath. 1243, 21. Etym. M. 102, 23. 796, 17. Apoll. in Lex. 424, add. Lobeck. ad Phryn. 689.; temere igi-

395 θάρσος ἄητον ἔχουσα, μέγας δέ σε θυμὸς ἀνῆκεν;
ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε Τυδείδην Διομήδε᾽ ἀνῆκας
οὐτάμεναι; αὐτὴ δὲ πανόψιον ἔγχος ἑλοῦσα
ἰθὺς ἐμεῦ ὦσας, διὰ δὲ χρόα καλὸν ἔδαψας;
τῷ σ᾽ αὖ νῦν ὀΐω ἀποτισέμεν, ὅσσα μ᾽ ἔοργας.
400 Ὣς εἰπὼν οὔτησε κατ᾽ αἰγίδα θυσσανόεσσαν,
σμερδαλέην, ἣν οὐδὲ Διὸς δάμνησι κεραυνός·
τῇ μιν Ἄρης οὔτησε μιαιφόνος ἔγχεϊ μακρῷ.
ἡ δ᾽ ἀναχασσαμένη λίθον εἵλετο χειρὶ παχείῃ
κείμενον ἐν πεδίῳ, μέλανα, τρηχύν τε μέγαν τε,

V. 395. ἀήττητον Vind. quint. — V. 397. ὑπονόσφιον Antimach. πανόπλιον coniect. Both. — V. 400. κατ᾽ ἀσπίδα V. et. W. — V. 401. δάμνησι all. et H. — V. 403. Παλλὰς Ἀθήνη V. L. ap. schol. A. — V. 405. τὸν δ᾽ ἄνδρες πρότερον Apoll. in Lex. 518. — V. 407. ἐκόνισσε Vind. ed. ol. vulgo et H. — V. 408. ἀμφ᾽ ἀραβ. V. — V. 409. καὶ

tur adversatur Bothius. Celerum schol. A. Homericum sic interpretatur: ἡ διπλῆ, ὅτι αὐτὸς ἐσχημάτισε τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ κυνὸς καὶ τῆς μυίας· ὁ μὲν γὰρ κύων ἀναιδής, ἡ δὲ μυῖα θρασεῖα, cf. Etym. M. 545, 48., quod eadem fere apponit.

V. 395. Vid. Apoll. Lex. 47. Buttmannus in Lexil. I, 233 sqq. ἀητὸν oxytonum, nemine accedente, commodius existimavit, vid. ad 18, 410.

V. 397. Schol. A.: Ἀρίσταρχος πανόψιον, τὸ οἱονεὶ πανόρατον καὶ λαμπρὸν καὶ ἐπιφανές. δύναται δὲ καὶ τὸ πάντων τελευταῖον ἀκούεσθαι, ἵνα τὸ ὀψὲ ἐγκέηται καὶ μὴ τοῦ ἔγχους δεχώμεθα, ἀλλὰ τοιοῦτον νοῶμεν, τὸ δὲ πάντων ἔσχατον αὐτὴ τὸ ἔγχος λαβοῦσα ἐπ᾽ ἐμὲ ὦσας, add. Etym. M. 650, 40. Eustath. 1243, 38. Hesych. II, 854. Zonar. II, 1513. Apoll. Lex. 530. Prius autem tum etymologia tum rei ipsius ratio tuebitur, unde nec Bothii πανόπλιον, quod in ensem solum minus cadit, neque Antimachi ὑπονόσφιον, obscure et ambigue dictum, potest probari.

V. 399. Pronomen delendum censet Heynius ill. 2, 57. Verum illic diversa obtinet ratio, nec quisquam isti Heynii iudicio accedit, vid. 22, 347.

V. 400. Minervam aegide instructam vidimus 5, 738. 18, 204., unde Heynius vulgare restituendum censuit, nec schol. A. et Eust. 1243, 50. id ignorant. Accedit, quod ἀσπίδα e locis similibus originem possit repetere, cf. 11, 434. 17, 43.

V. 401. Cf. ad 5, 746.

405 τόν ῥ' ἄνδρες πρότεροι θέσαν ἔμμεναι οὖρον ἀρούρης·
τῷ βάλε θοῦρον Ἄρηα κατ' αὐχένα, λῦσε δὲ γυῖα.
ἑπτὰ δ' ἐπέσχε πέλεθρα πεσών, ἐκόνισε δὲ χαίτας·
τεύχεά τ' ἀμφαράβησε· γέλασσε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη,
καί οἱ ἐπευχομένη ἔπεα πτερόεντα προςηύδα·
410 Νηπύτι', οὐδέ νύ πώ περ ἐπεφράσω, ὅσσον ἀρείων
εὔχομ' ἐγὼν ἔμεναι, ὅτι μοι μένος ἰσοφαρίζεις.
οὕτω κεν τῆς μητρὸς ἐρινύας ἐξαποτίνοις,
ἥ τοι χωομένη κακὰ μήδεται, οὕνεκ' Ἀχαιοὺς
κάλλιπες, αὐτὰρ Τρωσὶν ὑπερφιάλοισιν ἀμύνεις.
415 Ὣς ἄρα φωνήσασα πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινώ.

μιν ἐπ. V. et W. — V. 410. οὐδέ πω δή Eustath. 1244, 22. Rom. — V. 411. ἀντιφερίζεις V. L. ap. schol. A. et ol. vulgo. — V. 412. Ἐριννύας Vind. ed. Eust. 1244, 27. ol. vulgo. H. W. Both. — V. 414. ἀρήγεις V. L. ap. schol. A. — V. 415. πάλιν τράπεν Vind. ed. Rom. —

V. 403. Manum plenam ac firmam deae indecoram putarunt alii, eamque nomine substituto expulerunt: iniuria, vid. infra v. 424. et 14, 385. Cum nostris fere concordant 7, 264 sq.

V. 405. Apollonio duplex insidet mendum: alterum libri abstergunt, alterum iidem et Homeri usus eximunt, cf. 4, 308. 23, 332, 790. Od. 8, 223. 11, 629. et aliorum exempla, quae de versu Gr. her. 61. contuli. Ultima recitavit Etym. M. 642, 35.

V. 407. Vocalem natura productam agnoscit Eustath. 1243, 58., cf. ad 14, 145.

V. 409. Schol. A.: καί μιν· γράφεται καί οἱ· Quod, ut minus usitatum, in commune abiisse Heynius putat. At illud, quo Venet. utitur, Homero potius inauditum erit dicendum, cf. 16, 829. 21, 121. Nihil ergo est dubium, quin dativus, structurae ambiguitate male depulsus, sit restituendus.

V. 410. Numerorum ratio Romanam, quae Eustathium ducem male sequitur, redarguit.

V. 411. Ἀντιφερίζειν glossam redolens alterius locum saepe occupavit; illud vero damnant Ven. Harl. Vindd. et libri plurimi.

V. 412. Cf. ad. 9, 454.

V. 414. Utrumque Homeri consuetudini aptum est, vulgari tamen et libri adsunt et Eust. 1244, 30. praesidium fert.

V. 415. Dialecti differentiam, ea in forma rarius conspicuam (cf. 13, 3, 7.), tollunt V. Vind. quint. et Eust. 1244, 32., priorum haud oblitus.

τὸν δ' ἄγε χειρὸς ἑλοῦσα Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη
πυκνὰ μάλα στενάχοντα· μόγις δ' ἐσαγείρετο θυμόν.
τὴν δ' ὡς οὖν ἐνόησε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
αὐτίκ' Ἀθηναίην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·

420 Ὢ πόποι, αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, Ἀτρυτώνη,
καὶ δ' αὖθ' ἡ κυνάμυια ἄγει βροτολοιγὸν Ἄρηα
δηΐου ἐκ πολέμοιο κατὰ κλόνον· ἀλλὰ μέτελθε.
Ὣς φάτ'· Ἀθηναίη δὲ μετέσσυτο, χαῖρε δὲ θυμῷ.
καί ῥ' ἐπιεισαμένη πρὸς στήθεα χειρὶ παχείῃ

425 ἤλασε· τῆς δ' αὐτοῦ λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ.
τὼ μὲν ἄρ' ἄμφω κεῖντο ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ·
ἡ δ' ἄρ' ἐπευχομένη ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευεν·
Τοιοῦτοι νῦν πάντες, ὅσοι Τρώεσσιν ἀρωγοί,
εἶεν, ὅτ' Ἀργείοισι μαχοίατο θωρηκτῇσιν.

V. 416. φιλομμειδὴς Ἀφρ. V. L. ap. schol. A. — V. 417. ἐσαγείρατο Vind. ed. et ol. vulgo, ἐς ἀγείρετο V. — V. 421. κυνόμυια Vind. ed. all. et Both. — V. 426. κ. ποτὶ χθονὶ Vind. ed. ol. vulgo et H. — V. 427. προσηύδα Vind. quint. Lips. et V. L. ap. schol. A. — V. 429. θωρηκτοῖσιν Ald. sec. St. all. —

V. 416. Venus utrum Iovis filia an φιλομμειδὴς vocetur, parum interest. Diplen adiectam censet Veneti interpres, quod, qui Iliadem et Odysseam non ab eodem poeta profectas existimarunt, Venerem in Iliade Martis, in Odyssea vero Vulcani coniugem esse posuerunt. Addit autem haec: λέγειν δὲ δεῖ, ὅτι οὐχ οἱ αὐτοὶ χρόνοι ἦσαν τῆς συμβιώσεως.

V. 417. Scholl. BV. παρατατικὸν δὲ τὸ ἐσαγείρατο (imo ἐσαγείρετο) Ἀρίσταρχος, vid. ad 15, 240. Eustath. 1244, 34.

V. 424. Cf. schol. A. et ad 11, 361.

V. 426. Ad hiatum evitandum ποτί, verbo parum idoneum, plures adsciverunt; ἐπί, a Ven. aliis, Eust. 1244, 38. et Heraclid. in allegor. Homer. 480. suppeditatum, de Homeri more recte instauravit Wolfius, vid. 3, 195. 11, 161. 13, 654. 17, 85. 18, 461. 20. 483. Od. 13, 284.

V. 429. Aldina secunda demum θωρηκτοῖσιν perperam induxit. Ei vero et libris paucis, vitii huius sociis, obviam eunt Ven. Vindd. ac plurimi, add. poetam ipsum 12, 317. 15, 689, 739. 21, 277.

V. 431. Dativi formam ambiguam ad v. 212. notavimus. Veneri Martis auxiliari ἐπίκουρος bene quadrat; ἐπίουρος, alias commode dictum, vid. ad 13, 450., huic sententiae haud expedit.

V. 433. Aristarchum Ἴλιον — πτολίεθρον, quod praeter schol. Ven. Draco de metr. poet. 126, 1. servavit, praeferendum iudicasse ad Il. 2, 133. diximus, libris plerisque obnitentibus.

ὧδέ τε θαρσαλέοι καὶ τλήμονες, ὡς Ἀφροδίτη
ἦλθεν Ἄρει ἐπίκουρος, ἐμῷ μένει ἀντιόωσα·
τῷ κεν δὴ πάλαι ἄμμες ἐπαυσάμεθα πτολέμοιο,
Ἴλιου ἐκπέρσαντες ἐΰκτίμενον πτολίεθρον.
Ὡς φάτο· μείδησεν δὲ θεὰ λευκώλενος Ἥρη.
αὐτὰρ Ἀπόλλωνα προςέφη κρείων Ἐνοσίχθων·
Φοῖβε, τίη δὴ νῶϊ διέσταμεν; οὐδὲ ἔοικεν,
ἀρξάντων ἑτέρων· τὸ μὲν αἴσχιον, αἴ κ' ἀμαχητὶ
ἴομεν Οὔλυμπόνδε, Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ.
ἄρχε· σὺ γὰρ γενεῆφι νεώτερος· οὐ γὰρ ἔμοιγε
καλόν, ἐπεὶ πρότερος γενόμην, καὶ πλείονα οἶδα.
νηπύτι', ὡς ἄνοον κραδίην ἔχες· οὐδέ νυ τῶνπερ
μέμνηαι, ὅσα δὴ πάθομεν κακὰ Ἴλιον ἀμφὶ
μοῦνοι νῶϊ θεῶν, ὅτ' ἀγήνορι Λαομέδοντι

V. 431. Ἄρῃ V. Lips. Ald. sec. all. — Ib. ἐπίουρος V. L. ap. schol. A. — V. 433 Ἴλιον Ar. — V. 436. ἀφέσταμεν V. L. in un. Vrat. — V. 438. Διὸς προτὶ Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 440. πρῶτος lib. un. — V. 441. ἴσχες Ald. sec. — V. 442. ἀμφὶς lib. pauc. —

V. 434. Venet. Harl. et alii quidam carent versu, quo resecto transitus ad Apollinis et Neptuni altercationem durior est et praefractior. In aliis quibusdam verbis leviter immutatis fuit: ὣς ἔφατ'· ἡ δ' ἐγέλασσε θεὰ λευκώλενος Ἥρη, neque ei Iunonis decus obstabit, vid. supra v. 408. Sed id ipsum vulgaris fidem augere consequens est, cf. 1, 595. 14, 222.

V. 436. Schol. A.: διέσταμεν· ἀντὶ τοῦ ἀφέσταμεν: altero igitur alterum explicari patet. Sed proprie διεστάναι pugnam singularem refugere, ἀφεστάναι bellum quodcunque detrectari significat. Hoc in omnes cadit ignavos, eamque ob causam saepe legitur (vid. ad 15, 675), illud singulare certamen respiciens semel invenitur. Hinc bene Eustathius 1245, 1: ὅτι ὁ τῶν ἄλλων μαχομένων προκαλούμενος καὶ αὐτὸς ἀντίπαλόν τινα ἐρεῖ οὕτω· τί δὴ νῶϊ, τουτέστιν ἡμεῖς, διέσταμεν ἤγουν ἰδίᾳ ἱστάμεθα καὶ οὐ συμπλεκόμεθα πρὸς ἔριν;

V. 440. Unum de duobus πρότερον, de pluribus sive omnibus πρῶτον dici constat. Quare illud vel sine librorum ope erat anteferendum, cf. 13, 355. 19, 219.

V. 441 Neque ἄνοοον, quod barbarum et soloecum est, quisquam scripsit, neque imperfectum praesentis vice fungitur. Neptunus enim Apollinis levitatem, qua, Laomedontis iniurias oblitus, sibi adversarius sit progressus, castigat. Recte id perspexit schol. B: ἔχες, ἀντὶ τοῦ εἶχες; vid. ad 14, 25. et infra v. 475 sqq.

V. 442. Verbi formam, ut Iados propriam, commemoravit Et. M. 484, 29.

πὰρ Διὸς ἐλθόντες θητεύσαμεν εἰς ἐνιαυτὸν
445 μισθῷ ἔπι ῥητῷ· ὁ δὲ σημαίνων ἐπέτελλεν.
ἤτοι ἐγὼ Τρώεσσι πόλιν πέρι τεῖχος ἔδειμα
εὐρύ τε καὶ μάλα καλόν, ἵν' ἄῤῥηκτος πόλις εἴη·
Φοῖβε, σὺ δ' εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέεσκες
Ἴδης ἐν κνημοῖσι πολυπτύχου ὑληέσσης.
450 ἀλλ' ὅτε δὴ μισθοῖο τέλος πολυγηθέες Ὧραι
ἐξέφερον, τότε νῶϊ βιήσατο μισθὸν ἅπαντα
Λαομέδων ἔκπαγλος, ἀπειλήσας δ' ἀπέπεμπεν.
σοὶ μὲν ὅγ' ἠπείλησε πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν

V. 445. ἐπιῤῥήτῳ et ἐπιρρητῷ libr. pauc. — V. 446. πόλει Aristoph. πόλιν καὶ τ. Vind. ed. Rom. et al. vulgo. — V. 450. πολυγηθέος V. L. ap. Eust. 1246, 8. — V. 453. σὺν μὲν ὅγ' ἠπ. V. Vind. quint. Harl. Lips. all. — V. 454. θηλυτεράων V. L. ap. schol. A. — V. 455. στεῦτο δέ τ' vel δέ γ' ὅγ' Heyn. conl.

V. 445. Mercedem pacti Neptunus Troianis moenia condidit, Apollo regis pavit armenta; vid. ABV. et Eust. 1245, 56. Inde apparet singula esse dirimenda; cf. 10, 304. h. in Cer. 173.

V. 446. Romana suum hausit ex Eustathii commentariis 1245, 26, nec discrepant Vindd. Neptunum vero urbem exstructam muro circumdedisse propius verum est, communique famae assentit Pausan. VII, 20, 2. Hinc praepositio, quam verbo iungendam dicit schol. A., aptius coibit cum nomine. Ceterum repugnare videtur poeta iis, quae 7, 452 sq. tradidit. Qua discordia moti versui diplen fuisse appictam schol. A. refert hisce: ἡ διπλῆ πρὸς τὴν ἐν τοῖς ἐπάνω ἀθέτησιν, ὅτι διαφωνεῖ ταῦτα ἐν οἷς φησι „τὸτ' ἐγὼ καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων ἥρῳ Λαομέδοντι." Observatio autem ista, si qua olim adfuit, e schol. Venet. evanuit, quanquam totum locum aliis de causis suspectum habuerunt Alexandrini; cf. ad 7, 443.

V. 450. Horae mercedis diem afferentes recte appellantur laetificae, vid. schol. B. et Eust. 1246, 6. Sensu latiore idem praedicat Theocr. in Adoniaz. v. 104 sq., ubi similia collegit Valckenarius.

V. 451. Accusativum duplicem acutius explicat Eust. 1246, 16, cf. Matth. gr. Gr. §. 418, e.

V. 453. Cum pluribus libris si receperis σὺν μὲν ὅγ' ἠπειλ. Heynii ratio, qua tres versus impugnavit, concidit. Verum enim vero σὺν — ἠπείλησε raro atque insolenter dictum videtur, neque σύν, quemadmodum Heynius id reddit, praeterea significat. Haec autem Apollinem solum spectare indicant proxima, unde σοὶ μέν, quod Vind. editi, Eustath. 1245, 33. aliorumque est, servare praestat; vid. Wolf. praef. ed. nov. 52.

V. 454. Schol. A.: οὕτως Ἀρίσταρχος τηλεδαπάων, αἱ ἀπὸ τῶν πόλεων θηλυτεράων: ita insulas fertilitate insignes appel-

δήσειν, καὶ περάαν νήσων ἔπι τηλεδαπάων·
στεῦτο δ' ὅγ' ἀμφοτέρων ἀπολεψέμεν οὔατα χαλκῷ.
νῶϊ δὲ τ' ἄψοῤῥοι κίομεν κεκοτηότι θυμῷ,
μισθοῦ χωόμενοι, τὸν ὑποστὰς οὐκ ἐτέλεσσεν.
τοῦ δὴ νῦν λαοῖσι φέρεις χάριν· οὐδὲ μεθ' ἡμέων
πειρᾷ, ὥς κεν Τρῶες ὑπερφίαλοι ἀπόλωνται
πρόχνυ κακῶς σὺν παισὶ καὶ αἰδοίῃς ἀλόχοισιν.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων·
Ἐννοσίγαι', οὐκ ἄν με σαόφρονα μυθήσαιο
ἔμμεναι, εἰ δὴ σοίγε βροτῶν ἕνεκα πτολεμίξω,

— Ib. ἀποκόψειν V. W. ἀποκοψέμεν Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 459. πειρᾷς Vind. quint. Harl. Lips. — Ib. ὥς κε Τρ. W. et nunc vulgo. — V. 463. πτολεμίζω V. ol. vulgo. W. πολεμίζω. Vind. ed. Aldd. πολεμέξω libr. pauci. —

lari Heynius ex Etym. M. 451, 6. docte probavit. Prius, librorum consensu firmatum, idem affert 36, 42. ex Il. 22, 45.

V. 455. Pronomen repetitum immerito offendit Heynium, quandoquidem eo Laomedontis atrocitas declaratur. Verbum στεῦτο Aristarchus et eius schola „in animum inducebat" reddidit, ideoque Od. 11, 584. obelo confodit, vid. Lehrs. de Ar. stud. Hom. 106 sq. Postea ἀπολεψέμεν οὔατα non modo schol. A. testimonio stabilitur, sed pluribus etiam ab Eustath. 1246, 26 sqq. illustratur, cll. Il. 1, 236. Metaphora vero ab arborum cortice traducta auribus ita bene convenit, ut verbum rarum et poeticum revocandum duxerim; vid. Hesych. I, 470. Suid. I, 278. Tertium, quod Eust. 1246, 38. adduxit: ἀπολουσέμεν ἤτοι κολοβώσειν. λοῦσον γάρ, φασί, παρὰ Κυπρίοις τὸ κολοβόν, nulla idonea nititur auctoritate.

V. 456. Bentleius dualem κεκοτηότε θυμῷ inconsultius reposcit, cf. Od. 9, 501. 19, 71. 22, 477. Etym. M. 501, 3.

V. 459. Medium, Homero familiare, Ven. Vind. ed. et alii plures stabiliunt. Paullo post particulae literam finalem dant Ven. Vindd. et libri omnes, eaque numerorum concinnitati erit apta, cf. ad 6, 69.

V. 463. Apollo modestior, quam ut cum patruo in mortalium gratiam manus conserat, bello abstinet. Qui quo diutius et constantius Troianis opem tulerit, eo minus opus esse futuro Bothius censet. At tempus illud tum structurae (vid. Hermann. Opusc. I, 279), tum Phoebi menti consentaneum erit. Quare cum libris Anglicis, editionibus priscis, Eustath. 1246, 47. et Heynio id revocavi. Consonam autem geminam numeri sibi expetunt. Poetam generis humani imbecillitatem vivide describentem respiciunt Plutarch. in consolat. ad Apollon. VI, 397. [T. II.

δειλῶν, οἳ φύλλοισιν ἐοικότες ἄλλοτε μέν τε
465 ζαφλεγέες τελέθουσιν, ἀρούρης καρπὸν ἔδοντες,
ἄλλοτε δὲ φθινύθουσιν ἀκήριοι. ἀλλὰ τάχιστα
παυσώμεσθα μάχης· οἱ δ' αὐτοὶ δηριαάσθων.
"Ὣς ἄρα φωνήσας πάλιν ἐτράπετ'· αἴδετο γάρ ῥα
πατροκασιγνήτοιο μιγήμεναι ἐν παλάμῃσιν.
470 τὸν δὲ κασιγνήτη μάλα νείκεσε, πότνια θηρῶν·
["Ἄρτεμις ἀγροτέρη, καὶ ὀνείδειον φάτο μῦθον·]
Φεύγεις δή, Ἑκάεργε, Ποσειδάωνι δὲ νίκην
πᾶσαν ἐπέτρεψας, μέλεον δέ οἱ εὖχος ἔδωκας;

V. 464. μέντοι Plutarch. l. all. — V. 466. ἄλλοτε δ' αὖ φθ. V. L. ap. schol. A. Lips. ol. vulgo H. B. — V. 467. παυώμεσθα V. Vind. quint. Lips. — V. 469. δαμήμεναι V. L. ap. schol. A. —

p. 104.] et Stob. in floril. tit. 98, 52, qui, Homericis suo proposito accommodatis, πτολεμίζειν exhibent.

V. 465. Adiectivum ζαφλεγέες hinc transtulit Apoll. in Lex. 318, add. schol. B. Eust. 1246, 55. Hominum fragilitatem vitaeque vicissitudinem quum alii multi deplorant, tum ad nostra proxime accedunt Moschus in epitaph. Bionis 109 sqq. Nonn. Dionys. III, 249 sqq., quo auctore ea stabiliuntur, quae ad σ, 149. disputavimus.

V. 466. Cum Veneto, Vindob. quinto et Wolfio sentiunt Plutarchus ac Stobaeus. Particula gemina etsi oppositorum rationi congrua possit haberi, Homerus tamen ea non ita raro caret, cf. Il. 11, 65, 568. 23, 369. 24, 11, 530.

V. 467. Aliquoties extritum vidimus futuri σ̄, crebrius autem in eo omnes propemodum testes conveniunt, hic ei succurrunt Vind. ed. et Eust. 1247, 6. Libri quidam, ut Vind. quint., παυώμεθα vel παυσώμεθα, metro labante, offerunt. Plutarchus de suo, ut opinor, priorem nova subornavit clausula: οὐδέ τις ἀλκή, quae e vers. 528. traducta esse videtur.

V. 469. Discrepantia, cuius interpres Vict. meminit, a re aliena est, cf. 13, 286. 14, 386.

V. 471. Versum ut supervacaneum notat schol. A. hisce: ἀθετεῖται, ὅτι περισσός· — τίς δὲ κασιγνήτη θεός, εἰ μὴ Ἄρτεμις; Ac revera eius, qui prius dicta obscuriora habuit, additamentum esse crediderim: eo autem ambiguitatem in maius augeri vel ex Eustathii commentariis 1247, 8. licet cognoscere. Dianae cognomen ἀγροτέραν, i. e. rusticam sive silvestrem, illustrarunt scholl. Vict. et Eustath., add. Iacobs. ad Philostr. Imag. p. 45, 28.

V. 475 sqq. Tres versus, utpote Apollinis et indoli et verecundiae adversarios, originis spuriae convincunt. Etenim qui cum patruo confligere noluerit, eum in Olympo semper ad pugnam evocasse Neptunum absurdum censent, neque Apollinem bello dedi-

νηπύτιε, τί νυ τόξον ἔχεις ἀνεμώλιον αὔτως;
μή σευ νῦν ἔτι πατρὸς ἐνὶ μεγάροισιν ἀκούσω
εὐχομένου, ὡς τὸ πρὶν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
ἄντα Ποσειδάωνος ἐναντίβιον πολεμίζειν.
Ὣς φάτο· τὴν δ' οὔτι προςέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων,
ἀλλὰ χολωσαμένη Διὸς αἰδοίη παράκοιτις·
0 [νείκεσεν Ἰοχέαιραν ὀνειδείοις ἐπέεσσιν·]
Πῶς δὲ σὺ νῦν μέμονας, κύον ἀδδεές, ἀντί' ἐμεῖο
στήσεσθαι; χαλεπή τοι ἐγὼ μένος ἀντιφέρεσθαι,

V. 471. ὀνείδιον Vind. ed. et all. — V. 477. πολεμίξειν editt. antiqq. — V. 482. στήσασθαι Eust. 1248, 11. St. Cl. — Ib. ἀντιφερίζειν St. in marg. —

tum, sed cithara chorisque oblectari dicunt. In prioribus autem coniungendis existimatores illos errasse Heynius demonstravit, quandoquidem Diana nihil aliud affirmat, nisi Apollinem in Olympo gloriatum esse se Neptuno parem esse in acie. Id vero nec Phoebi iuvenili audaciae repugnat, neque a potautium more abhorret, vid. 8, 231. Alii, ut schol. Vict., haec ad Il. 1, 396. similitudinem expressa putarunt.

V. 480. Abfuit hic a Ven. Harl. aliis, editt. priscis et Eustathio, unde Wolfius cancellos adiecit. Eustathium eum in suis exemplaribus non legisse inde apparet, quod verbi defectum a commotiore Iunonis animo repetendum censet hisce: ὅτι καὶ ἐνταῦθα κεῖται σχῆμα ἐλλειπτικὸν ἐν τῷ „ἀλλὰ χολ. Δ. κ. παράκοιτις· πῶς — — ἀντιφέρεσθαι ἢ ἀντιφερίζειν“· λείπει γὰρ ἐν τούτοις τὸ ἔφη· ἵνα λέγῃ, ὅτι χολωσαμένη Ἥρη κατ' Ἀρτέμιδος ἔφη· τί δὲ σὺ νῦν μέμονας, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ σημείωσαι, ὅτι αὐτὸς ὁ ποιητὴς ἐνταῦθα συσχηματισθεὶς οἷον τῷ πράγματι ὑπεσημήνατο τὴν τοῦ λόγου ἔλλειψιν προςφυῶς γενέσθαι τῷ χόλῳ τῆς Ἥρας, οὗ ἴδιον μὴ κρατεῖν ὀρθῆς φράσεως, ᾧ συνεξωμοίωσε τὴν οἰκείαν φράσιν καὶ αὐτός. ἀτελῶς γὰρ ἔφρασε τὸ χολωσαμένη Διὸς παράκοιτις, μηδέν τι πλέον προςθεὶς εἰς ἔννοιαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ οἰκείου λόγου φράσιν ἀφεὶς, ὡς εἴπερ ἐχολώθη αὐτός, ὡς καὶ τοῦ χόλου ἐλλειπτικῶς ποτε φράζοντος. Cui Eustathii iudicio obloquitur Dugas-Montbelius, qui eiusmodi ellipsin Homericam esse pernegat. Quod etsi vero congruat, defectum tamen verbi, quod proxime praecessit, minus aegre feram: vid. Eust. 1248, 1. Quare versum tot exemplaribus ignotum a suspicione liberare nolui, quamquam Vindd. et Aldd. eius sunt sponsores.

V. 481. Nemo, quantum investigare potui, ἀντὶ ἐμεῖο protulit. Falluntur ergo qui ad istum voculae usum stabiliendum hunc versum excitant, vid. Excurs. XVII, §. 1.

V. 482. Futuro Ven. Harl. Lips. Vindd. et optimi quique fidem conciliant. Stephani ἀντιφερίζειν ex Eustathii commentariis erit depromptum.

τοξοφόρῳ περ ἐούσῃ· ἐπεί σε λέοντα γυναιξὶν
Ζεὺς θῆκεν, καὶ ἔδωκε κατακτάμεν ἥν κ' ἐθέλῃσθα.
485 ἤτοι βέλτερόν ἐστι κατ' οὔρεα θῆρας ἐναίρειν,
ἀγροτέρας τ' ἐλάφους, ἢ κρείσσοσιν ἶφι μάχεσθαι.
εἰ δ' ἐθέλεις πολέμοιο δαήμεναι· ὄφρ' εὖ εἰδῇς,
ὅσσον φερτέρη εἴμ', ὅτι μοι μένος ἀντιφερίζεις.
Ἦ ῥα, καὶ ἀμφοτέρας ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἔμαρπτεν
490 σκαιῇ, δεξιτερῇ δ' ἄρ' ἀπ' ὤμων αἴνυτο τόξα·
αὐτοῖσιν δ' ἄρ' ἔθεινε παρ' οὔατα μειδιόωσα

V. 484. κατακτάμεν' ἣν V. ol. vulgo et H. — Ib. ἥν κ' ἐθέλ. Harl. — V. 488. ὅτε Heyn. coniect. — V. 492. ἐντροπαλιζομένη V. L. ap. schol. B. — V. 493. ἔπειτα θεὰ Vindd. V. L. ap. schol. A. et al. vulgo. —

V. 483. Hoc exemplo nituntur qui femininum λέαινα Homero incognitum dicunt; cf. ad 18, 318.

V. 485. Ἐναίρειν non modo spoliare (σκυλεύειν), sed etiam occidere (φονεύειν) significare hoc testimonio comprobant schol. A. et Eust. 1248, 20. Quae quidem observatio et ad lexicographos dimanavit, et ad Sophocl. schol. in Aiac. 26, eodem exemplo usum.

V. 487. Alios aliter interpunxisse interpretes Ven. tradunt. Ut enim apodosis haud deesset, commate post ἐθέλεις distinguendo δαήμεναι pro imperativo acceperunt; sed conf. Matth. gr. Gr. §. 517, a. Specie, nec vero re congruunt 6, 150. 20, 113.

V. 488. Heynius ὅτε commodius existimat. Ut vero utrumque possit ferri, causali tamen nec sententia repugnat, nec librorum consensus quidquam mutat.

V. 492. Schol. B. ἐντροπαλιζομένη· ἐξ ὑποστροφῆς ἀνθισταμένη (ἀποστρ. ἀνθισταμένης Villois.). τινὲς δὲ κατ' αἰτιατικὴν ἤκουσαν, ἵν' ᾖ ἐκτρέπουσαν τὰς ὄψεις πρὸς τὰς τῆς χειρὸς καταφοράς. Retulit ergo qui nominativum tenuit ad Iunonem, arcu derepto in Dianam conversam et eo ipso aures illius percutientem. Quo posito, genitivo ἐντροπαλιζομένης, ab Heynio et Bothio coniectura illato, minime egebimus. Ἐντροπαλιζομένην vero cum dea pedetentim recedente et adversariae ictus declinante rectius iungemus, cf. schol. A. et Eust. 1248, 44, Homerica latius interpretatum, vid. ad 17, 109.

V. 493. Exquisitius et poeticum sesserat quotidiano; illud reduci iusserunt Ven. Vict. et all., nec vero schol. A. latuit ἔπειτα, cuius fidem infringunt 15, 520. 21, 271. 22, 141, vid. Lehrs. de Arist. stud. Hom. 123.

V. 495. Poetam ipsum χηραμὸν explicatione, quam alias sub-

ἐντροπαλιζομένην· ταχέες δ' ἔκπιπτον ὀϊστοί.
δακρυόεσσα δ' ὕπαιθα θεὰ φύγεν, ὥςτε πέλεια,
ἥ ῥά θ' ὑπ' ἴρηκος κοίλην εἰςέπτατο πέτρην,
5 χηραμόν· οὐδ' ἄρα τῇγε ἁλώμεναι αἴσιμον ἦεν·
ὣς ἡ δακρυόεσσα φύγεν, λίπε δ' αὐτόθι τόξα.
Λητὼ δὲ προςέειπε διάκτορος Ἀργειφόντης·
Λητοῖ, ἐγὼ δέ τοι οὔτι μαχήσομαι· ἀργαλέον δὲ
πληκτίζεσθ' ἀλόχοισι Διὸς νεφεληγερέταο·
10 ἀλλὰ μάλα πρόφρασσα μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν,

V. 495. οὐ δ' ἄρα H. — V. 497. Λητῶ Vind. ed. — V. 498. οὔτοι μ. Ald. sec. — Ib. μαχέσσομαι Harl. — Ib. ἀργαλέον γάρ V. et all. quid. — V. 500. πρόφρασα Lips. et editt. antiqq. —

iungere solet, praecurrente κοίλην πέτρην reddidisse schol. A. et Eusth. 1248, 53. indicant. Nomen ipsum grammaticorum exercuit diligentiam. E quibus Apoll. in Lex. 710: χηραμός· ἡ κατάδυσις. καὶ ἔστιν οἷον χωραμός, εἰς ἣν χωρητικῶς πέλει· χηραμὸν δὲ κυρίως τὴν τῶν ὄφεων κατάδυσιν, ὅτι μόνον χωρεῖ τὸν ὄφιν, vid. Hesych. II, 1552. Suid. III, 670. Zon. II, 1851 all. Vitio autem Apollonii verbis inhaerenti medicam manum admoverunt Tollius et Bothius, quorum alter εἰς ἣν χωρεῖται ἡ πέλεια, alter εἰς ἣν χωρεῖ τις, ὡς πέλεια coniecit. Hoc scopum fere attingere crediderim; Zonaras enim, qui addit: οἷον χωραμοί, εἰς οὓς χωρεῖ τι, idem apud Apollonium obtinuisse efficiet, verba autem ὡς πέλεια ex Homeri narratione accesserunt. Ceterum χηραμὸς, ὁ et ἡ, et χηραμά, τά, poetis usu cognita fuisse scimus; vid. Iacobs ad Achill. Tat. 34, 29. Bachmann. ad Lycophr. Al. 181 et Osann. ad Philem. 202, 288, qui de Etym. Gud. 563, 45: Χειά, παρὰ τὸ χωρεῖν, ἀλλὰ καὶ χηραμὸς ἡ κατάδυσις τῶν Ῥωμαίων ὁ φωλεὸς τῶν μυρμήκων fallitur, nam nihil est dubium, quin τῶν ὄφεων, vid. 564, 56, sit restituendum; τῶν ἐρήμων ab Osanno inventum nihil prorsus expedit. Eust. 1248, 51 sq. recentioribus χηλαμοὺς τὰς περὶ θάλασσαν ῥωγάδας πέτρας κατά τινα παραφθορὰν appellari scribit. Virgilii sive imitationes sive rei similes imagines auctas et amplificatas Ernestius et alii compararunt. Nec minus Quint. Smyrn. Homerica et dilatavit et novo exornavit incremento in Posthom. XII, 12 sqq.

V. 497. Λητῶ cum Vindob. scripsit Barnesius contra grammaticorum praecepta, vid. ad 2, 262. 18, 255. Nec Vindob. liber quidquam efficit, quod alias a regula non dissidet, ut 5, 447. 20, 40.

V. 500. Consonam duplicem et istorum consuetudo sibi postulat, et libri optimi cum magistris eruditissimis vindicant, cf. 10, 290.

εὔχεσθαι ἐμὲ νικῆσαι κρατερῆφι βίηφιν.
Ὣς ἄρ' ἔφη· Λητὼ δὲ συναίνυτο καμπύλα τόξα,
πεπτεῶτ' ἄλλυδις ἄλλα μετὰ στροφάλιγγι κονίης.
ἡ μὲν τόξα λαβοῦσα πάλιν κίε θυγατέρος ἧς.
505 ἡ δ' ἄρ' Ὄλυμπον ἵκανε, Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ·
δακρυόεσσα δὲ πατρὸς ἐφέζετο γούνασι κούρη,
ἀμφὶ δ' ἄρ' ἀμβρόσιος ἑανὸς τρέμε· τὴν δὲ προτὶ οἷ
εἷλε πατὴρ Κρονίδης, καὶ ἀνείρετο ἡδὺ γελάσσας·
Τίς νύ σε τοιάδ' ἔρεξε, φίλον τέκος, Οὐρανιώνων;
510 [μαψιδίως, ὡς εἴ τι κακὸν ῥέζουσαν ἐνωπῇ;]
Τὸν δ' αὖτε προςέειπεν ἐϋστέφανος Κελαδεινή·
σή μ' ἄλοχος στυφέλιξε, πάτερ, λευκώλενος Ἥρη,

V. 503. πεπτεότ' ἄλλ. Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 507. προτὶ οἷ libr. pauc. προτί οἱ Both., male. — V. 508. ἀνήρετο Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 513. νεῖκος ἐτύχθη V. L. ap. schol. Victor. νεῖκος ἐφ. V. Vindd. ol. vulgo, W. H. et Both. — V.

V. 502 sq. Poetam arcum et sagittas commiscuisse schol. A. perhibet, quod καμπύλα arcum significet, βέλεα autem huc et illuc disiecta a Latona matre colligantur. Vocalem longam Ven. et Harlei. scite retinuerunt, aliis, quod in Vindob. quinto comparet, schol. A. πεπτῶτα tribuit, ō denique Vindd. reliquos obsidet.

V. 503. Vid. Il. 16, 775. Od. 24, 39 et Apoll. Lex. 616, in quo τῇ συστροφῇ cum Villoisonio erit refingendum.

V. 506. Diana ut puella blanda et timida patris insidet genibus, vid. Eust. 1249, 23., eaque de causa rem, alias virginibus indecoram, excusat schol. A., cf. ad 9, 455.

V. 507. Schol. Victor.: τὴν ἀντωνυμίαν ὀρθοτονοῦσιν, οὐ διὰ τὴν πρόθεσιν, ἀλλ' ὅτι εἰς σύνθετον παρελαμβάνετο, προςελάβετο ἑαυτῷ, τουτέστι προςεπτύξατο, cf. ad v. 174. et Od. 24, 347. Bothius horum discrimine minus perspecto tenorem sinistre inclinavit.

V. 510. Una cum praegresso adfuit 5, 373, ubi vid. Hic autem a Ven. Vind. quint. et al. Harl. Lips. Mosq. uno, Vratisl. duob. et Eustathio omittitur. Quare suspicio oritur eum e superioribus postliminio huc esse transfusum.

V. 511. Schol. A. novum ex his ducit argumentum, quo versum 471 convincat. Nam quum nomine deae oppresso epitheta proposita satisfaciant, ne illic quidem eo opus esse iudicat.

V. 513. Aristarchum νείκεα scripsisse uno ore confitentur scholl. ABV. Utrum autem ἐφῆπται an ἐτύχθη eius fuerit, mihi quidem parum liquet. Hoc reperiri apud schol. Victor. et Townl. Heynius narrat, illud Venet. interpres tuetur. Neque intelligo, cur Heynius ac Bothius νείκεα refugiant; exempla enim, quae

ἐξ ἧς ἀθανάτοισιν ἔρις καὶ νείκε' ἐφῆπται.
Ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον. —
αὐτὰρ Ἀπόλλων Φοῖβος ἐδύσετο Ἴλιον ἱρήν·
μέμβλετο γάρ οἱ τεῖχος ἐϋδμήτοιο πόληος,
μὴ Δαναοὶ πέρσειαν ὑπὲρ μόρον ἤματι κείνῳ.
οἱ δ' ἄλλοι πρὸς Ὄλυμπον ἴσαν θεοὶ αἰὲν ἐόντες,
οἱ μὲν χωόμενοι, οἱ δὲ μέγα κυδιόωντες·
κὰδ δ' ἷζον πὰρ Ζηνὶ κελαινεφεῖ. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
Τρῶας ὁμῶς αὐτούς τ' ὄλεκεν καὶ μώνυχας ἵππους.
ὡς δ' ὅτε καπνὸς ἰὼν εἰς οὐρανὸν εὐρὺν ἵκηται
ἄστεος αἰθομένοιο, θεῶν δέ ἑ μῆνις ἀνῆκεν·
πᾶσι δ' ἔθηκε πόνον, πολλοῖσι δὲ κήδε' ἐφῆκεν·

517. ὑπέρμορον libr. pauc. nunc vulgo, W. Both. — V. 520. παρὰ πατρὶ Vindd. V. L. ap. schol. A. et ol. vulgo. — V. 522. ἱκάνει V. Vindd. vulgo et W., ἱκάνοι Ald. sec. — V. 524. δὲ θῆκε Lips. H. —

excitant, ut Il. 12, 348. Od. 20, 267, nihil dirimunt: varios enim deos vario eventu conflixisse videmus. Quare νείκεα pugnae istius partes, ἔρις genus et discordiae causam significare a veri specie non abhorrebit.

V. 516. Schol. Victor. post οἱ distingui iubet, reliqua cum versu proximo coniuncturus. Nihil vero obstat, quominus, hyperbato duro reiecto, nomen ex antecedentibus repetamus.

V. 517. Omnes fere, ut Ven. Vindd. et alii, ὑπὲρ μόρον separant. Grammaticorum praecepta, quibus Wolfius obtemperavit, ad 20, 30. accuratius sunt allata.

V. 520. Venet. interpres: γράφεται παρὰ πατρί, idque e libris communibus in editiones transiit. Sed dei nomen a Veneto servatum aptius videbitur comparanti Od. 9, 552. 13, 25. Il. 1, 397. 6, 267. 24, 290.

V. 522. Subiunctivum e scholiastae Veneti annotatione Thierschio in gr. Gr. §. 322, 8. probatum, et Il. 18, 207 ratum efficit, neque Hermann. in Opusc. II, 50. repugnat.

V. 524. Bothius, Montbelio duce, versum tanquam adventicium cancellis circumscripsit. Uterque autem Vindob. quinti, qui eum omisit, auctoritate nituntur. Sed uni isti libro eo minus fidei erit habendum, quo facilius librarium ὁμοιοτέλευτα ter repetita in fraudem potuerunt impellere; tum comparatio, versu isto resecto, praeter Homeri morem manca erit et imperfecta. In sono autem iterato suavitatem potius quam inconcinnitatem esse quaerendam Eustathius, diligens huius rei scrutator, et alibi admonuit, nec nostra silentio praetermisit: nam 1249, 52: ὅρα δέ, inquit, καὶ τὰ καίρια πάρισα τὰ ἐν τῷ τέλει τῶν στίχων, τὸ ἀνῆκε καὶ ἐφῆκε καὶ ἔθηκεν, ὧν τὸ μὲν ἐφῆκεν ἀντὶ τοῦ ἔπεμψε, τὸ δὲ ἀνῆ-

525 ὣς Ἀχιλεὺς Τρώεσσι πόνον καὶ κήδε' ἔθηκεν.
Ἑστήκει δ' ὁ γέρων Πρίαμος θείου ἐπὶ πύργου,
ἐς δ' ἐνόησ' Ἀχιλῆα πελώριον· αὐτὰρ ὑπ' αὐτοῦ
Τρῶες ἄφαρ κλονέοντο πεφυζότες, οὐδέ τις ἀλκὴ
γίγνεθ'· ὃ δ' οἰμώξας ἀπὸ πύργου βαῖνε χαμᾶζε,
530 ὀτρυνέων παρὰ τεῖχος ἀγακλειτοὺς πυλαωρούς·
Πεπταμένας ἐν χερσὶ πύλας ἔχετ', εἰςόκε λαοὶ
ἔλθωσι προτὶ ἄστυ πεφυζότες· ἦ γὰρ Ἀχιλλεὺς
ἐγγὺς ὅδε κλονέων· νῦν οἴω λοίγι' ἔσεσθαι.

V. 525. φόνον κ. κ. V. Harl. et all. πολύστονα κ. θῆκε Vind. quint. — V. 526. εἰστήκει Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 530. ὀτρύνων Ar. — V. 531. εἰς ὅ κε V. — V. 534. ἀλέντες editt. antiqq. — V. 535. ἐπ' ἂψ θέμ. V. Vind. ol. vulgo et H. — V. 536. ἄληται V. nunc vulgo, W. et Both. — V. 539. ἀμύναι

κεν ἀντὶ τοῦ ἀνήγειρε καὶ ἀνέπεισεν, ὃ λαμβάνεται ποτε καὶ ἀντὶ τοῦ ἀνεβλάστησεν, ὡς ἐν τῷ ἀνῆκε ἡ γῆ βοτάνας. δὶς δὲ εἶπε τὸ ἔθηκε διὰ τὸ τῆς λέξεως καίριον. Praeterea schol. Victor. κήδε' ἔτευξεν, ab eo, qui soni mutationem expeteret, profectum adscripsit.

V. 525. Si ad v. 521. respexeris, φόνον rei congruum habere possis; comparationi vero usitatum magis idoneum erit. Troianis enim fuga effusa ad portas tendentibus, caede iam paene quiescente, laborem et aerumnas infert Achilles. Vindob. quintam suum, medium quasi et inter utrumque interiectum, ex Il. I, 445. hausit.

V. 526. Aristarchi iussu ī expulsum esse cognovimus ad Il. 4, 329.

V. 527. Πελώριον, Aiacis proprium, in causa fuisse, ut alii Ἀχιλλέα Πηλείωνα praeferrent, ex scholiis Victor. et Townl. narravit Heynius. Id autem, quomodo metro fuerit accommodatum, parum perspicio, neque alia, quae adiunguntur, eo pertinent, sed nomen πτολίπορθον spectant, vid. ad 15, 77. Quare schol. verba ad v. 550. retrahenda esse facile intelliges.

V. 530. Aristarchus praesens futuro substituendo Priamum inter custodes versantem eosque adhortantem facit. Haud scio, an hoc, librorum consensu propagatum, narrationi magis consentaneum sit. Apollon. in Lex. 401. nostra respexisse falso iudicavit Tollius: ille enim, ut exempla praemissa aperte monstrant, Od. 7, 202. adduxit. Nulla igitur opus est emendatione.

V. 534. Cf. ad 16, 403.

V. 535. Alter schol. Ven. editionibus quibusdam urbium ἐπ' ἂψ θέμεναι assignat. Id vero Vindd., libri plurimi et Eust. 1250, 88. ad alios transfuderunt; Aristarchi ἐπανθέμεναι Wolfius primus reduxit. In Etym. M. 354, 25. ἐπὰψ θέμεναι vitiosius quidem circumfertur, sed ita olim vulgo scriptum fuisse inde poterit colligi. Extremis Od. 2, 344. solus aequaliter respondet; alia, quae Heynius et Bothius cumularunt, aliquanto distant.

αὐτὰρ ἐπεί κ' ἐς τεῖχος ἀναπνεύσωσιν ἀλέντες,
535 αὖτις ἐπανθέμεναι σανίδας πυκινῶς ἀραρυίας·
δείδια γάρ, μὴ οὖλος ἀνὴρ ἐς τεῖχος ἄληται.
"Ως ἔφαθ'· οἱ δ' ἄνεσάν τε πύλας, καὶ ἀπῶσαν ὀχῆας·
αἱ δὲ πετασθεῖσαι τεῦξαν φάος. αὐτὰρ Ἀπόλλων
ἀντίος ἐξέθορε, Τρώων ἵνα λοιγὸν ἀλάλκοι.
540 οἱ δ' ἰθὺς πόλιος καὶ τείχεος ὑψηλοῖο,
δίψῃ καρχαλέοι, κεκονιμένοι, ἐκ πεδίοιο
φεῦγον· ὁ δὲ σφεδανὸν ἔφεπ' ἔγχεϊ· λύσσα δέ οἱ κῆρ

Vindd. libr. pauc. et V. L. ap. schol. A. — V. 541. δίψει libr. pars. — Ib. καρφαλέοι Vind. ed. all. et editt. antiqq. — V. 542. φεῦγον Vind. ed. — Ib. σφεδανῶν V. Vind. quint. et Ar., ut videtur, σφεδανὸν μέθ. all. —

V. 536. Spiritus ambiguitatem ex stirpe incerta prognatam angustioribus, quam plerique censent, finibus includendam esse ad 11, 192. vidimus, add. Matth. gr. Gr. p. 433. Bothio autem et origine diversa et usu disparia commiscenti fides erit deneganda, praesentim quum ἄληται commune priorum iudicium et Eustathii auctoritas stabiliant.

V. 538. Memorabilem Zenodoti inscitiam, qua motus duos, ut opinor, versus delendos esse pronuntiavit, schol. Venet. castigavit. Ille enim urbem sub dio positam portis demum reclusis luce collustrari ridiculum duxit, add. Eustath. 1250, 52. At nomine isto salutem valvis apertis refugientibus partam indicari nemo nescit, vid. Lehrs. de stud. Ar. Hom. 55.

V. 539. Vid. ad v. 138. Scholl. Veneti A. utrumque ita afferunt, ut alterum ἀλάλκοι, alterum ἀμύναι in suo exemplari legisse appareat.

V. 540. Vid. Apoll. Lex. 361.

V. 541. Nihil est mirum, si καρφαλέος et καρχαλέος tum potestate coniuncta tum parvo literarum discrimine secreta passim confunduntur. Huic vero Ven. Vind. quint. schol. B. Eust. 1250, 54. Apoll. in Lex. 383. Hesych. II, 158. Suid. II, 248. et alii lexicographi praesidium ferunt, idemque Apollonium Rhodium ex Homeri Iliade mutuatum esse Arg. IV, 1442 est indicio. Neque alii sequiores ab eo recesserunt. Vid. Wernick. ad Tryphiod. v. 615. et Wellauer. ad Apoll. Arg. I. all. At Etym. M. auctorem, quanquam vitium subesse videtur, p. 493, 1 ad Apoll. Arg. III, 1098. respicere non negandum fuit. Denique καρφαλέος non prorsus in oblivionem abiisse epigrammatum poetae docent, velut Alcaeus Mitylenaeus. et Bianor. Vid. Anthol. Pal. VII, 536, 4, IX, 272, 1. vel Iacobs. ad Anthol. Gr. IX, p. 8.

V. 542. Σφεδανῶν i. e. σφοδρῶς διώκων schol. Par., a Ruhnken. in praef. ad Hesych. IX. allatus, ab Aristarcho repetit, eique schol. Leid. scholl. Ven. A. et Eustath. 1250, 55, qui Apio-

αἰὲν ἔχε κρατερή, μενέαινε δὲ κῦδος ἀρέσθαι.
Ἔνθα κεν ὑψίπυλον Τροίην ἕλον υἷες Ἀχαιῶν,
545 εἰ μὴ Ἀπόλλων Φοῖβος Ἀγήνορα δῖον ἀνῆκεν,
φῶτ', Ἀντήνορος υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόν τε.
ἐν μέν οἱ κραδίῃ θάρσος βάλε, πὰρ δέ οἱ αὐτὸς
ἔστη, ὅπως θανάτοιο βαρείας Κῆρας ἀλάλκοι,
φηγῷ κεκλιμένος· κεκάλυπτο δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ.
550 αὐτὰρ ὅγ' ὡς ἐνόησεν Ἀχιλλῆα πτολίπορθον,
ἔστη, πολλὰ δέ οἱ κραδίη πόρφυρε μένοντι·
ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν·
Ὤ μοι ἐγών, εἰ μέν κεν ὑπὸ κρατεροῦ Ἀχιλῆος

V. 548. βαρ. χεῖρας V. Vind. ol. vulgo et H. — V. 550. Ἀχιλλέα Πηλείωνα V. L. ap. scholl. AV. — V. 551. πόρφυρε κιόντι libr. un. — V. 553. ἀπὸ κρ. Ald. sec., perperam. — V. 554. φοβέονται Vindd. ol. vulg. et V. L. ap. Eust. 1275, 5. — V.

nem et Herodorum nominat, consentiunt. Sed etymologiam non minus quam significationem veteribus dubiam et obscuram fuisse Hesych. II, 1322. Zon. II, 1698. Phavor. 1718, 36. indicant: hi enim omnes σφεδανῶν, tanquam e pronomine σφε et δανῶν i. e. κτείνων (vid. Sturz. de dial. Mac. 38), conflatum φονῶν, ὀλλύς reddunt. Quare si qui omnes vel tenuissimas Aristarchi particulas colligendas et restaurandas putaverint, σφεδανῶν cum Heynio scribant necesse est; sin verisimillima quaeque scrutati fuerimus, adverbium σφεδανόν, et aliis exemplis tutum, et, Eustathio auctore, plurimorum suffragiis receptum, magis consentaneum habebimus, vid. ad 11, 165.

V. 545. Postrema horum recitat Apoll. in Lex. 452.

V. 546. Heynius et Bothius interpuncto sublato φῶτα δῖον connectunt, sed ei coepto Homeri obstat usus, vid. Wolf. praef. ed. nov. 81 et Matth. in gr. Gr. §. 430, 6. Clausulam subinde lectam vidimus 4, 89. 5, 169. 18, 55, add. hymn. in Ap. 100.

V. 548. Mortis manus Homeri ignotas solus Clarkius defendit, reliqui omnes Barnesii coniecturam probabilem et commodam receperunt vel certe probarunt. Contra in Il. 1, 97. nec Marklandi suspicio neque Aristarchi Δαναοῖσιν ἀεικέα λοιγὸν ἀπώσει recipi potest. Illa quidem, lyrico facile condonanda, ab Homeri simplicitate abhorret; hoc verbi potestas, quae nunquam non propria esse solet, ab aditu arcet. Accedit, quod λοιγὸν ἀμύνειν sive ἀλαλκεῖν sexcenties lectum Aristarchum refutat. Spero autem fore, ut haec Lehrsio, obsignatis quasi tabellis mecum in annal. philol. Darmstad. ann. 1834. p. 139 agenti, satisfaciant; sin minus, alii certe intelligent me non sine aperta causa ita statuisse.

φεύγω, τῇπερ οἱ ἄλλοι ἀτυζόμενοι κλονέονται,
55 αἱρήσει με καὶ ὥς, καὶ ἀνάλκιδα δειροτομήσει.
εἰ δ' ἂν ἐγὼ τούτους μὲν ὑποκλονέεσθαι ἐάσω
Πηλείδῃ Ἀχιλῆϊ, ποσὶν δ' ἀπὸ τείχεος ἄλλῃ
φεύγω πρὸς πεδίον Ἰλήϊον, ὄφρ' ἂν ἵκωμαι
Ἴδης τε κνημούς, κατά τε ῥωπήϊα δύω·
60 ἑσπέριος δ' ἂν ἔπειτα λοεσσάμενος ποταμοῖο,
ἱδρῶ ἀποψυχθεὶς, ποτὶ Ἴλιον ἀπονεοίμην.
ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός;
μή μ' ἀπαειρόμενον πόλιος πεδίονδε νοήσῃ,
καί με μεταΐξας μάρψῃ ταχέεσσι πόδεσσιν:

556. ὑπὸ κλον. H. — V. 558. Ἰδήϊον Crates ap. schol. AV. εὐλήϊον Both. coniect. — V. 561. ἰδρῷ ἀπο ψ. V. — Ib. προτὶ V. Vind. quint. — V. 563. πόλεως Barn. Cl. —

V. 551. Similia Odysseae testimonia, cf. 4, 427, 572. 10, 309, fraudi fuerunt librario.

V. 554. Vid. ad v. 4.

V. 556. Compositum, cui Heynius diffidit, praeter Homerum in Quint. Smyrn. Posthom. XIV, 572. reperitur.

V. 558. Cratetis Ἰδήϊον, cuius derivatum Ἰδαῖον sonat, iam schol. A. improbavit. Bothii εὐλήϊον, noviter procusum, fugienti etiam impedimenta obiiceret. Recte explicat vulgare interpres Venet. hisce: οὕτως Ἰλήϊον διὰ τοῦ λ, ἀντὶ τοῦ Ἰλιακόν: per campum autem in Idae latebras evadere voluit Agenor.

V. 559. Interpunctio iam veteribus negotia creavit; ita schol. B. διὰ τὸν εἰ σύνδεσμον ὑποστικτέον μετὰ τὸ ῥωπήϊα δύω, τοῦ ἑξῆς συνδέσμου περιττεύοντος τοῦ δέ. δύναται δὲ καὶ στίζεσθαι ἐπὶ τὸ δύω, τοῦ εἰ συνδέσμου κειμένου ἀντὶ τοῦ ἄρα διαπορητικοῦ. ἔσται δὲ οὕτως ὁ ἂν περιττός, add. Eustath. 1251, 19 et Matth. gr. Gr. §. 617, a. Sed Wolfius, colo in fine huius versus posito, aposiopesin haud insolitam subesse censuit.

V. 561. Veneto neque alius quisquam suffragatur, et sibi ipsi repugnat, vid. 11, 621.

V. 562. Heynius versu aliquoties repetito Agenoris sermonem intempestive interrumpi arbitratur. At implacabilem Achillis indolem animo eius inter spem metumque suspenso maiorem sollicitudinem ac timorem iniecisse credibile erit.

V. 563. Imaginem alii a navigantibus, alii ab avium volatu petitam censent. Neutra egemus, si quidem Agenor se cursu ab urbe quasi ad campum ablatum cogitat. Genitivus Iados proprius mala editorum sedulitate loco erat pulsus.

565 οὐκέτ' ἔπειτ' ἔσται θάνατον καὶ Κῆρας ἀλύξαι·
λίην γὰρ κρατερὸς περὶ πάντων ἔστ' ἀνθρώπων.
εἰ δέ κέν οἱ προπάροιθε πόλιος κατεναντίον ἔλθω·
καὶ γάρ θην τούτῳ τρωτὸς χρὼς ὀξέϊ χαλκῷ,
ἐν δὲ ἴα ψυχή, θνητὸν δέ ἑ φασ' ἄνθρωποι
570 [ἔμμεναι· αὐτάρ οἱ Κρονίδης Ζεὺς κῦδος ὀπάζει].
Ὣς εἰπὼν Ἀχιλῆα ἀλεὶς μένεν· ἐν δέ οἱ ἦτορ
ἄλκιμον ὡρμᾶτο πτολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι.
ἠΰτε πάρδαλις εἶσι βαθείης ἐκ ξυλόχοιο
ἀνδρὸς θηρητῆρος ἐναντίον, οὐδέ τι θυμῷ

V. 565. οὐκ ἔτ' ἔπ. V. Vind. et al. vulgo. — V. 566. λίαν et κρατερῶς Vind. quint. — V. 567. πόληος Lips. Vind. ed. Ald. sec. πόλεως Barn. Cl. πόλεος Vind. quint. editt. antiqq. H. — Ib. κατέναντι V. κατ' ἐναντ. Eustath. 1251, 53. — V. 569. ἐν δέ τ' ἴα Heyn. coni. — V. 571. ἀλὲς Ald. sec. et all. — V. 573. πόρδαλις V. Harl. et nunc vulgo. — V. 574. ἐναντίη Ald. sec.

V. 567. Venetum scribae festinatione vel operarum negligentia mendum invasit. Neque erat, cur Bothius κατεναντίον oppugnaret, quod etsi Homero alias non usurpatur, epicorum tamen consuetudine sustentatur, vid. Hesiod. scut. Herc. 73. Apoll. Arg. II, 360. Quint. Sm. I, 511. XII, 173. Plus dubitationis et litis nomen attulit, quod genitivum πόλιος bisyllabum esse negarent plurimi. Sed in eo Ven. Vind. un. alii libr. Heyn. Eust. 1250, 53. cum Rom. Ald. sec. et plures conveniunt, quorum auctoritate eo magis erit standum, quod πόλεος ad aliam stirpem est referendum, πόλεως vero ab epicorum sermone recedit. Nec virorum doctorum coniecturis multum proficimus: etenim Heynii προπάροιθε πόληος ἐναντίος ἔλθω displicet, et Bothius minus etiam probabilia tentat. Ut enim eligendi facultas nobis esset data, triplicem proponit emendationem: vel εἰ δέ κέν οἱ προπάροιθε πόληος ἐναντίον ἔλθω, vel εἰ δέ κ' ἐναντίον οἱ ἔλθω προπάροιθε πόληος, vel denique εἰ δέ κέν οἱ προπάροιθε πολὺς κατεναντίος ἔλθω. Harum prima tolerabilis quidem, sed supervacanea; altera durior et violentior; postrema falsa et paene ridicula est habenda. Tragicorum enim sermo, quo Bothius nititur, ne suppeditat quidem impetuosi ac vehementis notionem ab illo expetitam, Homeri vero Il. 7, 156. πολλὸς γάρ τις ἔκειτο corporis magnitudinem solam declarat; porro προπάροιθε, tempori non minus quam loco congruum, ante urbem sive in campo Scamandrio nec significat nec significare potest. Quae quum ita sint, Veneti causam nondum deserendam esse sequitur.

V. 569. Vid. Apoll. Lex. 356.

V. 570. Scholl. AV. grammaticorum iussu versum existimant spurium, quod quis orationi suspensae et imperfectae opem laturus ea subiecerit, quibus Agenoris argumentatio evertitur. Addi

575 τάρβεῖ, οὐδὲ φοβεῖται, ἐπεί κεν ὑλαγμὸν ἀκούσῃ·
εἴπερ γὰρ φθάμενός μιν ἢ οὐτάσῃ ἠὲ βάλησιν,
ἀλλά τε καὶ περὶ δουρὶ πεπαρμένη οὐκ ἀπολήγει
ἀλκῆς, πρίν γ' ἠὲ ξυμβλήμεναι ἠὲ δαμῆναι·
ὣς Ἀντήνορος υἱὸς ἀγανοῦ, δῖος Ἀγήνωρ,
580 οὐκ ἔθελεν φεύγειν, πρὶν πειρήσαιτ' Ἀχιλῆος·
ἀλλ' ὅγ' ἄρ' ἀσπίδα μὲν πρόσθ' ἔσχετο πάντοσ' ἐΐσην,
ἐγχείῃ δ' αὐτοῖο τιτύσκετο, καὶ μέγ' ἄϋτει·
Ἦ δή που μάλ' ἔολπας ἐνὶ φρεσί, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ,
ἤματι τῷδε πόλιν πέρσειν Τρώων ἀγερώχων.

— V. 575. κυνυλαγμὸν Z. et all. — V. 576. φθάμενός τις Vind. quint. et V. L. ap. schol. Vict. — V. 577. ἀλλά γε Heyn. coni. ἢ ῥά γε Aelian. Histor. An. XVII, 43. — V. 580. πειρήσετ' Ἀχ. Rom. — V. 581. ἀλλ' ὃ γὰρ V. Lips. Vind. ed. Ald. sec. — Ib. πρόσθε σχέτο Harl. Heyn. — V. 583. ἤδη V. L. ap. schol. A, et Eust. 1252, 11. —

potest maiorem partem aliis ex locis esse translatam, vid. 8, 141. 12, 255. 15, 327. 17, 566. Od. 19, 161.

V. 573. Vind. ed. πάρδαλις cum editionibus plurimis, idque Aristarchi iudicio confirmari uberius exposui ad 13, 103. Nec Heynius dissentit, quod de femina acriore et pugnaciore poeta loquatur, cui differentiae grammaticorum acumine excogitatae parum fidei erit addicendum.

V. 575. Zenodotum aliosque, Aristarcho referente, κυνυλαγμόν, i. e. canum latratum, tanquam compositum in unum iunxisse scholl. DVB. et Eust. 1251, 60. tradunt, et Stesichorum in Συοθήραις, quemadmodum Heynius suspicatur, usum esse adiiciunt. Eandem vero vim singulis inesse interpretes recte animadverterunt.

V. 576. Schol. Vict. αἱ ἀπὸ τῶν πόλεων φθάμενός τις. Cui Vindob. quint. patrocinatur; singularis autem praegressus vulgari magis favet.

V. 577. Heynium aliorum usum in Homerum transtulisse ad Il. 2, 754 probavi; ut autem libri, ita auct. de poes. Hom. 321. τε integrum servavit.

V. 580 sq. Rom. futurum ex operarum negligentia inhaeret. Versu proximo et initium et verbi augmentum omnes propemodum tuentur, cf. ad 13, 803.

V. 583. Schol. A: τινὲς τὸ ἤδη χρονικὸν ἐκδέχονται καὶ παροξύνουσιν, οὐκ εὖ· ἄμεινον γὰρ περισπᾶν ἐκ παραλλήλου τοῦ συνδέσμου κειμένου, quocum scholl. BV. faciunt, vid. 1, 518, 573. 2, 272, 337. 14, 53. 15, 467. 17, 538. 24, 518. Od. 1, 253. 5, 182.

585 νηπύτι'· ἦ τ' ἔτι πολλὰ τετεύξεται ἄλγε' ἐπ' αὐτῇ.
ἐν γάρ οἱ πολέες τε καὶ ἄλκιμοι ἀνέρες εἰμέν,
οἳ καὶ πρόσθε φίλων τοκέων, ἀλόχων τε καὶ υἱῶν,
Ἴλιον εἰρυόμεσθα· σὺ δ' ἐνθάδε πότμον ἐφέψεις,
ὧδ' ἔκπαγλος ἐὼν καὶ θαρσαλέος πολεμιστής.
590 Ἦ ῥα, καὶ ὀξὺν ἄκοντα βαρείης χειρὸς ἀφῆκεν·
καί ῥ' ἔβαλε κνήμην ὑπὸ γούνατος, οὐδ' ἀφάμαρτεν.
ἀμφὶ δέ μιν κνημὶς νεοτεύκτου κασσιτέροιο
σμερδαλέον κονάβησε· πάλιν δ' ἀπὸ χαλκὸς ὄρουσεν
βλημένου, οὐδ' ἐπέρησε· θεοῦ δ' ἠρύκακε δῶρα.
595 Πηλείδης δ' ὡρμήσατ' Ἀγήνορος ἀντιθέοιο
δεύτερος· οὐδέ τ' ἔασεν Ἀπόλλων κῦδος ἀρέσθαι,

V. 585. ἦ μάλα V. Harl. — Ib. τετεύξεαι Harl. Vind. quint. Lips. et all. — Ib. ἐπ' αὐτῆς Lips. — V. 586. ἐν γάρ τοι Vind. quint. Lips. et all. — Ib. ἄνδρες ἔνειμεν Vind. quint. et V. L. ap. schol. A. — V. 587. οἵ κε πρ. V. et nunc vulgo, οἵ κεν πρ. Vindd. et editt. vulg. — Ib. ἀλόχ. τοκ. τε V. L. ap. Eust. 1252, 18. τεκέων Lips. — V. 588. εἰρυσσόμεσθα Vind. ed. et editt. antiq. — Ib. ἐφ' ἕψεις V. — V. 590. παχείης V. L. ap. schol. A. — Ib. ἀφ' ἧκε V.

V. 585. Veneto obloquitur cum plurimis schol. A. et Eust. 1252, 11; postea τετεύξεται et Agenoris sententia et rei veritas sibi flagitant, vid. 12, 345. 21, 322.

V. 586. Pronomen cum urbe esse iungendum intelligitur; deinde compositum, quo orationis vis intenditur, Aristarchi fuisse crediderim, nec tamen libri ei conspirant, cf. ad 2, 131.

V. 587. Agenor fortium virorum manus et animos in mulierum, parentum et liberorum tutelam incursiones hostiles ab urbe repellere eamque integram servare praedicat. Itaque maiore virtutis istius fiducia loquitur, quam ut opus sit particula hypothetica; restitui igitur cum Aristarcho οἳ καὶ πρόσθε φ.; nec multum absunt alia, ut 9, 524. Si cui autem οἵ κεν πρόσθε φ. melius fuerit visum, ei certe ν finale cum longe maiore et scriptorum et editorum parte erit revocandum, cf. ad v. 459.

V. 588. Eustath. 1252, 12: εἰρυόμεθα ἢ εἰρυσσόμεθα. Heynius, sensu invito, εἰρύμεσθα proponit. At nec futuro neque ulla alia machina egemus, Aristarcho adstipulati. Tenoris inclinationi, quam Nicias suasit, intercedit schol. A., vid. Od. 24, 471. Quint. Sm. XIII, 195.

V. 590. Schol. A. varietatem insuper adduxit Eustath. 1252, 20. Poetae quum utrumque sit familiare, nihil erit mutandum, cf. Il. 13, 410. 11, 235. 17, 48. 1, 219. 5, 81.

ἀλλά μιν ἐξήρπαξε, κάλυψε δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ,
ἡσύχιον δ' ἄρα μιν πολέμου ἐκ πέμπε νέεσθαι.
αὐτὰρ ὃ Πηλείωνα δόλῳ ἀποέργαθε λαοῦ.
αὐτῷ γὰρ Ἑκάεργος, Ἀγήνορι πάντα ἐοικώς,
ἔστη πρόσθε ποδῶν· ὃ δ' ἐπέσσυτο ποσσὶ διώκειν.
ἕως ὃ τὸν πεδίοιο διώκετο πυροφόροιο,
τρέψας πὰρ ποταμὸν βαθυδινήεντα Σκάμανδρον,
τυτθὸν ὑπεκπροθέοντα· δόλῳ δ' ἄρ' ἔθελγεν Ἀπόλλων,
ὡς αἰεὶ ἔλποιτο κιχήσεσθαι ποσὶν οἷσιν·
τόφρ' ἄλλοι Τρῶες πεφοβημένοι ἦλθον ὁμίλῳ
ἀσπάσιοι προτὶ ἄστυ· πόλις δ' ἔμπλητο ἀλέντων.
οὐδ' ἄρα τοίγ' ἔτλαν πόλιος καὶ τείχεος ἐκτὸς

— V. 596. οὐδὲ ἴασεν Hermann. in Opusc. I, 227. ἴασσεν Ald. sec. et all. ἴασεν ἄναξ Διὸς υἱὸς Ἀπ. V. L. ap. schol. A. — V. 598. ἔκπεμπε V. et ol. vulgo. — V. 600. γάρ ῥ' Ἑκ. Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 602. εἵω ὃ Voss. ad h. in Cer. 138. — V. 603. στρέψας Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 604. δόλῳ γὰρ Flor. St. — V. 607. πύλας Rhian. Antimach. — Ib. ἔπλητο Vind. quint. — Ib. ἀλέντων Ald. sec. — V. 608. πόλεως Vind. ed. Barnes. —

V. 594. Vid. ad 20, 266.

V. 598. Ven. et omnes omnino libri cum Heynio et plurimis ἔκπεμπε νέεσθαι conflant, neque diversi quiddam fuit in Il. 24, 681. Od. 18, 336. 20, 361. Wolfium tacitus sequitur Bothius; verbum autem proxime cum infinitivo sequente iungendum recte separari Rost. in Damm. lex. Hom. 352, c. prudenter iudicavit. Quod si verum habueris, accentum adiiciendum esse patet. In Vind. quinto versus non comparet.

V. 600. Particulam, Aristarcho duce, eiecerunt Ven. et Lips., cf. schol. A.

V. 602. Numerorum defectum vario modo supplere studuerunt viri docti, cf. ad 19, 189. Nec Vossii ratio, sermonis Graeci analogiae adversaria, aliis est probabilior.

V. 603. Verba cognata et levi discrimine seiuncta aliquoties permisceri vidimus ad 12, 249. Sed τρέψας tum codicum auctoritate tum poetae usu certum et fixum est, cf. 22, 16.

V. 604. Eust. 1252, 54. nihil discrepat a vulgari ad omnes diffuso.

V. 607. Antimacho et Rhiano nomen subinde repetitum tantae fuit offensioni, ut varietati consulendum putarent, libris invitis, add. Eust. 1252, 52.

μεῖναι ἔτ' ἀλλήλους, καὶ γνώμεναι, ὅς τε πεφεύγοι,
610 ὅς τ' ἔθαν' ἐν πολέμῳ· ἀλλ' ἐσσυμένως ἐσέχυντο
ἐς πόλιν, ὅντινα τῶνγε πόδες καὶ γοῦνα σαώσαι.

V. 610. ἀσπασίως V. L. ap. schol. A. — V. 611. σάωσιν V. Vindd. et vulgo. —

V. 611. Schol. A: Ἀρίσταρχος εὐκτικῶς σαώσαι ἀντὶ τοῦ σαώσειεν, idemque scholl. Victor. et Townl. assensu confirmari Heynius scribit. Optativo vero, a libris communibus spreto, quod duplex nomen praecessit, et tota orationis conformatio et usus poetae legitimus plus fidei conciliant, vid. 2, 188. 6, 58. 10, 489. 12, 268. Od. 19, 511. Indicativi autem alia est ratio, ut docent 7, 74. 11, 612, 650. 22, 382. Od. 2, 124. 3, 16. 4, 714. Dicit autem Homerus eos, quoscunque pedum pernicitas e discrimine praesenti eripuerit, salvos et integros in urbem patentem irruisse.

ΙΛΙΑΔΟΣ X.

Troianis in urbem compulsis et Achivis ad moenia accedentibus, Achilles, ab Apolline persequendo redux, Hectori, qui solus extra portas substitit, appropinquat. Hoc conspecto Priamus et Hecuba filium, ut se recipiat, multis implorant precibus v. 1 — 89. Ille vero animo obfirmato Achillem manet, varia secum volutans consilia v. 90 — 130. Sed irruentis adspectu territus fugam capessit et, Achille insequente, ter circa Troiae moenia agitur. Iovem Hectoris misertum eo impellit Minerva, ut sententia mutata filiae ad Achillem proficiscendi copiam faciat v. 131 — 187. Dea Achillem Hectori instantem, postquam lancibus a Iove examinatis mors illi erat appensa, convenit, eiusque animum victoriae spe accendit, tum Hectorem Deiphobi fratris specie fallit, et ad pugnandum cohortatur v. 188 — 247. Iam Hector cum Achille congressus, sed Minervae dolo medio in certamine delusus pro patria mortem occumbit v. 248 — 330. Cuius casu gloriatus Achilles moribundo arma detrahit, corpusque a Myrmidonibus foedatum currui alligat et ad castra raptat v. 331 — 404. Filii caedem ingenti prosequuntur lamentatione tum Priamus senex, tum Hecuba mater v. 405 — 436. Andromacha tumultu audito ad turrim properat, et repentino mariti abstracti adspectu exanimata, postquam in vitam rediit, infelicem sui ipsius et Astyanactis pueri sortem flebiliter deplorat v. 437 — 515.

Ἕκτορος ἀναίρεσις.

Ὣς οἱ μὲν κατὰ ἄστυ πεφυζότες, ἠΰτε νεβροί,
ἱδρῶ ἀπεψύχοντο, πίον τ', ἀκέοντό τε δίψαν,
κεκλιμένοι καλῇσιν ἐπάλξεσιν· αὐτὰρ Ἀχαιοὶ
τείχεος ἆσσον ἴσαν σάκε' ὤμοισι κλίναντες.

V. 2. ἱδρῷ V. Ib. ἀνεψύχοντο V. L. ap. scholl. ABV. — V. 3. καλοῖσιν Vind. quint. — V. 5. ὀλοὴ Harl. Vindd. Lips. all. Eust. 1254, 16. vulgo et W. — Ib. Μοῖρα πέδησεν H. — V. 7. αὐτὰρ ὁ Π. Vind. un. et Ambros. ap. Buttmann. schol. ad Od. p. 594. — V. 11. ἤ νύ πω et μέλλει Rom. male. — Ib.

Priusquam ad singula me convertam, Hectoris ἀναίρεσιν a Valckenario anno seculi superioris XLVII, scholiis e libro Leidensi adiectis, Lugduni Batavorum in lucem esse emissam, et in eiusdem opusculis, Lipsiae anno 1809 profligatis, voluminis secundi initio repetitam exstare breviter erit significandum. Nam quum Valckenarius egregio mentis acumine, acerrimo literarum bonarum studio, accurata ac paene perfecta Graeci sermonis scientia fuerit insignis, ad eius iudicium subinde respiciamus oportebit.

V. 2. Schol. B: ἀντὶ τοῦ, inquit, τὸν ἱδρῶτα ἀνέμῳ ἀνεψύχοντο καὶ παρηγοροῦντο· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ἀνεψύχοντο γράφει. χαριέστερον δὲ τὸ ἀπεψύχοντο. Contrarium plane dicit schol. A, nisi, quod suspicari possis, vitio laboret, nam Victor. et Townl. prioribus concinere Heynius auctor est. Inter utrumque autem vel parum vel nihil interesse Eustath. 1253, 58. et Heynius censent. Quod etsi probabile videatur, Homeri tamen proprium est ἱδρῶ ἀποψύχεσθαι, vid. 11, 621. 21, 561, idque transit ad alios, velut ad Oppian. Cyneg. II, 429 ἱδρῶ ἀποψύχωσι, παρηγορέωσι δὲ θυμόν. Orph. Arg. 1096 Herm. ἱδρῶ ἀποψύχοντα. Nec secus iubent grammatici, cf. Hesych. I, 447. II, 22. Gregor. Cor. de dial. Ion. 462. et Heraclid. in alleg. Hom. 13, e quibus patet ἱδρῷ male ferri in Veneto. Quartum autem quum sententia sibi flagitat, tum etiam Hesychius et Gregorius dubio liberant. Paullo post, Eustathio teste 1253, 47, nonnullis placuit πίοντ', ἀκέοντό τε δίψαν, sed activo et libri et alii succurrunt sponsores, ut Draco de poet. metr. 73, 17 et Etym. M. 673, 3. Quanquam utrique vulnus inflixit scribarum negligentia, duobus Homeri versibus 22, 70 et 2, quibus Herodianus, horum auctor, usus erat, in unum temere conflatis.

V. 4. Vid. ad 13, 488.

V. 5. Venet. cum aliis ὀλοιή, cui fidem habent Vossius, Bothius, Boissonadius et Gerhardus in lection. Apoll.

Ἕκτορα δ' αὐτοῦ μεῖναι ὀλοιὴ Μοῖρ' ἐπέδησεν,
Ἰλίου προπάροιθε πυλάων τε Σκαιάων.
αὐτὰρ Πηλείωνα προςηύδα Φοῖβος Ἀπόλλων·
Τίπτε με, Πηλέος υἱέ, ποσὶν ταχέεσσι διώκεις,
αὐτὸς θνητὸς ἐὼν θεὸν ἄμβροτον; οὐδέ νύ πώ με
ἔγνως, ὡς θεός εἰμι, σὺ δ' ἀσπερχὲς μενεαίνεις.
ἦ νύ τοι οὔτι μέλει Τρώων πόνος, οὓς ἐφόβησας,
οἳ δ' ἤτοι εἰς ἄστυ ἄλεν, σὺ δὲ δεῦρο λιάσθης.
οὐ μέν με κτενέεις, ἐπεὶ οὔτοι μόρσιμός εἰμι.

Τρ. *φόνος* Bothii coniect. — V. 12. *οἱ δή τοι* V. Vindd. vulgo et H. — Ib. *ἄλεν* ol. vulgo. — Ib. *δεῦρ' ἐλιάσθης* V. et Rom. — V. 13. *οὐ γάρ με κτανέεις* Ambros. Vind. ed. St. et ol. vulgo, *οὐ μέν με κτανέεις* Ald. sec. *οὐ μὲν ἐμὲ κτ.* Bothii coniect. — Ib. *οὔτι μόρσιμος* schol. B. —

167, Wolfio obloquente in praef. ed. nov. 41, cf. ad 1, 342. Sub finem augmentum, poetae usui congruum (vid. 4, 517. Od. 3, 269. 11, 292), tutantur Ven. alii plurimi et Eust. 1254, 18.

V. 7. Articuli ad maiorem numerorum volubilitatem inserti nulla subest ratio, eumque ab Apollinis nomine alienum duxerim.

V. 10. Vid. 4, 32.

V. 11. Troas in fugam coniectos ab Achille imprudentius negligi deus obiicit. Quid vero *πόνος* significet, ambigunt interpretes; schol. quidem A. ad opus bellicum, cuius Achilles immemor sit, illud refert, Eustathius vero 1254, 34. Peliden aerumnarum Troum oblitum existimat, Bothius denique sic praecipit: „quis non videat ponendum esse *φόνος*? ironice Apollo: sane tibi curae non est Troianorum caedes, ut antea, qui me, non illos persequaris.“ Facillime quidem et saepissime utrumque permutari constat (vid. ad 17, 365. 21, 137), at Apollo, deus Troianorum tutelaris, rei atrocitatem leniore nomine consulto obtegit. Sufficit igitur *πόνος*, quo pugnam nec Troum labores poeta indicabit; cf. Toll. ad Apoll. Lex. 737. et Vossii interpretationem.

V. 12. Non modo libros, verum grammaticos etiam, ut Etym. M. 59, 4. *οἱ δή τοι* occupavit. Deo vero orationem ab Achille ad Troas, qui salvi evaserant, traducente Homericum erit recipiendum; vid. ad 10, 316. Quae postea sequuntur, iis medelam librorum ope partam dudum admoverunt, extremo vero augmentum detrahunt Vindd. et Eust. 1254, 35.

V. 13. Causalem expelli iusserunt Valckenarius, Ernestius, alii, neque iis obnituntur praestantissimi quique, velut Ven. Harl. Vindob. quint. Leid. et plurimi, add. Florent. et Eust. 1254, 22. quorum auctoritati recte cessit Wolfius, etsi in praef. ed. nov. 41, contra stare videtur. Utrumque [?] in unum coaluit apud Philostr. vit. Apoll. Tyanens. VIII, 5, p. 326, ubi

Τὸν δὲ μέγ' ὀχθήσας προςέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·
15 ἔβλαψάς μ', Ἑκάεργε, θεῶν ὀλοώτατε πάντων,
ἐνθάδε νῦν τρέψας ἀπὸ τείχεος· ἦ κ' ἔτι πολλοὶ
γαῖαν ὀδὰξ εἷλον, πρὶν Ἴλιον εἰςαφικέσθαι.
νῦν δ' ἐμὲ μὲν μέγα κῦδος ἀφείλεο, τοὺς δ' ἐσάωσας
ῥηϊδίως, ἐπεὶ οὔτι τίσιν γ' ἔδδεισας ὀπίσσω.
20 ἦ σ' ἂν τισαίμην, εἴ μοι δύναμίς γε παρείη.
Ὣς εἰπὼν προτὶ ἄστυ μέγα φρονέων ἐβεβήκει,
σευάμενος, ὥςθ' ἵππος ἀεθλοφόρος σὺν ὄχεσφιν,
ὅς ῥά τε ῥεῖα θέησι τιταινόμενος πεδίοιο·
ὣς Ἀχιλεὺς λαιψηρὰ πόδας καὶ γούνατ' ἐνώμα.

V. 15. *δολιώτατε* V. L. apud schol. BV. Leid. et Eust. 1254, 30. — V. 17. *εἰς ἀφικ.* V. — V. 18. *ἀφείλαο* Ambros. — V. 20. *ἢ σ' ἂν τισ.* Ald. sec. — V. 22. *ξὺν ὄχεσφιν*, ut solet, Bothius. — V. 23. *θέησι* Thiersch. in gr. Gr. §. 216, 49. — V. 25. 33. 37. *δὲ γέρων* Heyn. coniect.

praestigiatorem illum Domitiano imperatori, mortem minanti, Homerica reposuisse tradit; habent enim *οὐ γάρ με κτενέεις*. — Nobiscum vero sentiunt Suid. I, 616. et Tzetz. in Chiliad. II, 958., responsi eiusdem memores. Ceterum *ὀρθοτονούμενον*, quod Bothius requirit, divino et immortali Apollinis numini adversatur; deus enim se mortalem esse simpliciter negat.

V. 15. Grammatici quidam, Il. 21, 604. recordati, Apollinem *δολιώτατον* appellandum putarunt; male enim et apud Eustath. 1254, 30. et in schol. Leidens. *δολοώτατε*, a Dammio in Lex. Hom. 829, e. propagatum, legitur. Achilles spe deceptus deum *ὀλοώτατον*, i. e. sibi perniciosissimum, vocat, cf. Platon. de rep. III, 391. et Hom. Il. 3, 365. 23, 439 et Od. 20, 201.

V. 18. Ambrosiani errorem tangit schol. Victor. hisce: *τὸ δὲ ἀφείλεο διὰ τοῦ εο γραπτέον.*

V. 20. Quod Aldina secunda exhibet, antiquioribus haud ignotum fuisse schol. A. indicat hisce: *ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ἀναγνωστέον τοῦ ἢ ψιλουμένου*, neque ab eo discrepant alii, ut Plat. l. all. et Plutarch. de superstit. VI, 632. [T. II. p. 170. F.]

V. 22. Interpretes veteres quum Achillem non bigis, sed equo celeri vel cum bigis contendenti vel currui posthac iuncto, similem iudicassent, *σὺν ὄχεσφιν* a reliquis virgula separarunt. Vid. schol. A. Leid. et Eust. 1254, 42 seqq. Sed ipsa explicandi ambiguitas rationem illam contortam et principum Homericorum usui parum aptam refellit, add. 23, 518.

V. 23. Literam subscriptam ut inutilem expelli iubent Buttmannus et Thierschius, neque ea Ibyci, cuius a nomine figuram istam veteres appellare solent, propria fuisse videtur. Cf.

Τὸν δ' ὁ γέρων Πρίαμος πρῶτος ἴδεν ὀφθαλμοῖσιν
παμφαίνονθ', ὥςτ' ἀστέρ', ἐπεσσύμενον πεδίοιο,
ὅς ῥά τ' ὀπώρης εἶσιν· ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαὶ
φαίνονται πολλοῖσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ·
ὅντε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσιν·
30 λαμπρότατος μὲν ὅδ' ἐστί, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται,
καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν·
ὣς τοῦ χαλκὸς ἔλαμπε περὶ στήθεσσι θέοντος.
ᾤμωξεν δ' ὁ γέρων, κεφαλὴν δ' ὅγε κόψατο χερσὶν
ὑψόσ' ἀνασχόμενος, μέγα δ' οἰμώξας ἐγεγώνει,
35 λισσόμενος φίλον υἱόν· ὁ δὲ προπάροιθε πυλάων

— V. 28. ἄστρασι Vindd. libr. all. vulgo et W. — V. 29. κυνωρίωνος Demetr. Sidon. — Ib. ἐπίκλεσιν V. — V. 30. μὲν ὅγ' ἐστί Vindd. Eust. 1254, 55. Et. M. 484, 45. et ol. vulgo. — V. 33. λάζετο χέρα. Vind. quint. et Lips. —

Buttm. in gr. ampl. §. 106, ann. 6, schol. Ven. et Eustath. ad Od. 1577, 1. At in carminibus Homericis subiunctivum, cui soli incrementum illud adhaesit, libri nunquam aliter proferunt; vid. ad 5, 6.

V. 24. Eadem praedicantur de Hectore 15, 269. add. 10, 358. 22, 144.

V. 26 sq. Etym. M. 660, 32. apposuit.

V. 28. Ἄστρασι, tanquam e metaplasmo ortum, ad normam similium, qualia sunt ἔγκασι, προςώπασι, πρόβασι, plurimos grammaticorum, in quibus Philoxenus et Herodianus fuerunt, proparoxytonum habuisse referunt scholl. AV. Eust. 1255, 5. Etym. M. 310, 20. et Arcad. de acc. 138, 7. Illis obviam ivit Aristarchus, cui Heynius, Buttmannus et Lehrsius de Arist. stud. Hom. 311 recte, ut opinor, calculum adiecerunt. Nam paroxytonum et alibi obtinet (vid. Quint. Posthom. I, 37. V, 182) et finitimis aliis, velut ἀνδράσιν, υἱάσιν, poetae cognitis, magis etiam firmatur.

V. 29. Sidonium, duo in unum contrahentem, aliorum canum, qui a dominis appellantur, nominibus redarguit schol. A, ita Cerberum Plutonis, Orthrum Geryonae, Alcaenam Actaeonis vocari testatus, add. Eust. 1255, 20. et Apoll. in Lex. 426.

V. 30. Ven. Harl. et aliorum auspiciis demonstrativum, sententiae congruum, revocarunt.

V. 31. Nomen πυρετόν rarum ac nonnisi semel obvium scholl. et Eust. 1254, 58 seqq. illustrant; add. schol. Soph. ad OT. 27. et auct. de poes. Hom. 292 sq.

ἑστήκει ἄμοτον μεμαὼς Ἀχιλῆϊ μάχεσθαι·
τὸν δ' ὁ γέρων ἐλεεινὰ προςηύδα χεῖρας ὀρεγνύς·
"Ἕκτορ, μή μοι μίμνε, φίλον τέκος, ἀνέρα τοῦτον
οἶος ἄνευθ' ἄλλων, ἵνα μὴ τάχα πότμον ἐπίσπῃς
40 Πηλείωνι δαμείς· ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερός ἐστιν.
σχέτλιος, αἴθε θεοῖσι φίλος τοσσόνδε γένοιτο,
ὅσσον ἐμοί· τάχα κέν ἑ κύνες καὶ γῦπες ἔδοιεν
κείμενον· ἦ κέ μοι αἰνὸν ἀπὸ πραπίδων ἄχος ἔλθοι·
ὅς μ' υἱῶν πολλῶν τε καὶ ἐσθλῶν εὖνιν ἔθηκεν
45 κτείνων καὶ περνὰς νήσων ἔπι τηλεδαπάων.

V. 36. εἱστήκει Vind. ed. et ol. vulgo, — V. 38. Ἕκτωρ Lips. — V. 40. ἐπειὴ πολὺ vulgo W. H. et Both. — V. 42. ἔδονται V. Vindd. Eust. 1255, 53. vulgo et W. ἔδωνται Par. un. ἔδοιντο V. L. ap. schol. B. — V. 43. ἔλθῃ Harl. et all. — V. 44. εὔνιν grammat. pars. — V. 45. θηλυτεράων V. L. ap. schol.

V. 42. Schol. A: Ἀρίσταρχος ἔδοιεν. Schol. B. alios ἔδοιντο scripsisse, et Priamum, filii mortem abominatum, Achilli tristem exitum imprecari addit. Heynius ac Bothius ἔδονται vel subiunctivum habent vel eum refingi iubent, Hermannus contra in Opusc. II, 24. Aristarcho rectius accedit. Quod ut magis pateat, particulas τάχα κεν sive τάχα ἄν varie admodum a poeta coniungi tenendum est. In re quidem incerta et in sola cogitatione posita praecedente vel optativo vel indicativo legitimus est optativus; cf. Il. 2, 373. 4, 290. 7, 158. 16, 71, 723. Od. 2, 76. 15, 537. 17, 164. 19, 310. 21, 374. 22, 78, 134 et Il. 11, 654. Od. 12, 387. Si quid autem alia conditione eventurum fuisse aut dicitur aut negatur, indicativus praeteriti sequitur (vid. Il. 16, 617. 23, 606. et Od. 23, 23), idemque in Iliade 13, 676. particulae demonstrativae subnectitur. Coniunctivus semel deprehensus in Il. 1, 205. ad rem fortuitam et experientia demum cognoscendam refertur, vid. Hermann. in Opusc. IV, 81. Futurum denique spectat ad id, quod eventurum esse pro certo affirmatur; vid. Il. 17, 241, quocum Od. 21, 363. comparare licet. Haec si reputaveris, Priami menti nec futurum nec subiunctivum conducere intelliges; vulgare autem e locis, specie affinibus, re diversis immigravit. Vid. 4, 237. 16, 836. 18, 271, 283. 22, 509.

V. 44. Qui εὔνιν e numerali εἷς derivandum putarunt, idque μεμονωμένον reddunt, adspirationem ori Graeco insolitam appinxerunt. Vid. scholl. BV. Eust. 1256, 28. Apoll. Lex. 311. et Etym. M. 393, 40, in quo Homerica adscripta leguntur.

V. 45. Lemnum et Imbrum, reginarum imperio subiectas, νήσους θηλυτέρας appellari schol. Vict. arbitratur; melius et scitius intelligemus insulas agri fertilitate insignes, idque nec schol. neque alios fugit; cf. ad 21, 454.

καὶ γὰρ νῦν δύο παῖδε, Λυκάονα καὶ Πολύδωρον,
οὐ δύναμαι ἰδέειν, Τρώων εἰς ἄστυ ἀλέντων,
τούς μοι Λαοθόη τέκετο, κρείουσα γυναικῶν.
ἀλλ' εἰ μὲν ζώουσι μετὰ στρατῷ, ἦ τ' ἂν ἔπειτα
50 χαλκοῦ τε χρυσοῦ τ' ἀπολυσόμεθ'· ἔστι γὰρ ἔνδον·
πολλὰ γὰρ ὤπασε παιδὶ γέρων ὀνομάκλυτος Ἄλτης.
εἰ δ' ἤδη τεθνᾶσι, καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισιν,
ἄλγος ἐμῷ θυμῷ καὶ μητέρι, τοὶ τεκόμεσθα·
λαοῖσιν δ' ἄλλοισι μινυνθαδιώτερον ἄλγος
55 ἔσσεται, ἢν μὴ καὶ σὺ θάνῃς Ἀχιλῆϊ δαμασθείς.

Victor. — V. 47. ἀλέντων Ald. sec. — V. 48. οὕς μοι V. L. ap. schol. A. — V. 49. μετὰ στρατόν V. L. ap. Eust. 1255, 56. et alib. — V. 50. ἀπολύσομεν V. L. ap. schol. A. — V. 51. παιδὶ φίλῃ. V. L. ap. eund. — Ib. ὀνομακλυτὸς Vind. ed. vulgo W. et B. ὄνομα κλυτὸς H. — V. 54. λαοῖσι H. —

V. 48. Schol. A: οὕτως Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ τ, τούς· ἄλλοι δὲ οὕς. Aristarchum ducem sequuntur plurimi, ut Apoll. in Lex. 651. Postrema verba enotarunt Etym. M. 47, 7. Apoll. de adv. 583, 15.

V. 49. Haud scio, an Eustathius μετὰ στρατόν explicandi causa attexuerit; dativum enim noviter et inusitate dictum putat, cf. 1256, 41; illum vero longe aptiorem crediderim altero, qui, Heynio teste, in uno fuit Parisino.

V. 50. Medium poetae familiare bene tuetur Heynius (cf. 10, 378), activum vero eius est, qui captivum libertati reddit; vid. 1, 95. 6, 427. 10, 449. 24, 115, 136.

V. 51. Tenoris pravitas, ab Aristarcho merito damnata, editoribus, Valckenario excepto, fraudi fuit, sed ὀνομάκλυτον intelligentiorum iudicio inniti vidimus in Excurs. XI, §. 2, p. 24.; add. Lehrs. de stud. Ar. Hom. 311.

V. 52. De varia horum et interpunctione et explicatione vide Commentar.

V. 54. Literam finalem vocis λαοῖσιν ab omnibus libris abesse falso tradit Heynius, eam enim Ven. Vindd. et haud dubie plerique servant imminutam.

V. 55. Schol. A: ἡ διπλῆ πρὸς τὸ σχῆμα, ἀντὶ τοῦ ὑπὸ Ἀχιλλέως, ὡς „Τρωσὶ δαμείς“ (Il. 18, 461). Quam ob causam Homerica identidem proferunt grammatici, velut Apoll. de pron. 321, c. 328, c. 377, a., schol. ad Od. 18, 406, schol. Soph. ad Antig. 117.

ἀλλ' εἰςέρχεο τεῖχος, ἐμὸν τέκος, ὄφρα σαώσῃς
Τρῶας καὶ Τρῳάς, μηδὲ μέγα κῦδος ὀρέξῃς
Πηλεΐδῃ, αὐτὸς δὲ φίλης αἰῶνος ἀμερθῇς.
πρὸς δ' ἐμὲ τὸν δύστηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέησον,
60 δύςμορον, ὅν ῥα πατὴρ Κρονίδης ἐπὶ γήραος οὐδῷ
αἴσῃ ἐν ἀργαλέῃ φθίσει, κακὰ πόλλ' ἐπιδόντα,
υἷάς τ' ὀλλυμένους, ἑλκηθείσας τε θύγατρας,
καὶ θαλάμους κεραϊζομένους, καὶ νήπια τέκνα
βαλλόμενα προτὶ γαίῃ ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι,

V. 56. ἐμὸν θάλος V. L. ap. scholl. VB. — V. 57. Τρωϊάδας Plutarch. Consol. ad Apoll. VI, 433 sq. — V. 59. πρὸς δέ με Plutarch. l. l, et ol. vulgo. — Ib. ἔτι ζώοντ' ἐλ. V. L. ap. schol. Vict. φρονέων Vind. quint. — Ib. ἐλέαιρε Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 61. δύῃ ἐν ἀργ. Stobaeus Floril. tit. 104, 558. — Ib. πολλὰ ἰδόντα Bentl. coni. — V. 62. ἑλκυσθείσας Vind. ed. ol. vulgo et Dio Orat. XI, 320.

V. 56 sqq. Totum hunc locum usque ad versum 78. Plutarchus Consolat. ad Apoll. VI, 433 sq. [T. II. p. 113. 114.] inseruit, partem eius exhibent Dio Orat. XI, 320. et Stobaeus in Floril. tit. 104, 558.

V. 58. Praeter eos, quos modo nominavi, hoc versu utuntur Apoll. in Lex. 67. et Etym. M. 41, 9.

V. 59. Pronomen ὀρθοτονούμενον reposcit schol. A, Ven. Vindd. et aliis consentientibus, neque id Eustathio fuit ignotum 1255, 60. Postea poeticum ἐλέησον loco deiecerat vulgare ἐλέαιρε, librorum optimorum et Eustathii suffragiis iterum eiectum. Exemplaria deteriora ob oculos habuerunt Drac. de poet. metr. 140, 11. et Moschop. 46, 18. Ceterum octo orationis partes versui nostro illigatas esse schol. A. et Eustath. 1255, 61. admonent.

V. 61. Compositum, cui plus gravitatis est, nemo posthabuit simplici; vid. Eust. 1257, 4. Apoll. Lex. 59. Plutarch. Dion. et Stob. l. all.

V. 62. Eustathius 1257, 4. non minus quam libri praestantissimi, uti Ven. Harl. Lips. all., ἑλκηθείσας trito et vulgari obliteratum reduci iusserunt, neque ab eo deflectunt alii. Vid. Valckenar. et ad 17, 558.

V. 63. Vid. Apoll. Lex. 393.

V. 65. Versum, in quibusdam Plutarchi editionibus omissum, cupidius quam cogitatius proscribendum arbitratur Bothius. Illis enim, libris omnibus renitentibus, leve admodum pondus erit. Nec Priamo in tanta rerum perturbatione singula quaeque accurate et composite erant digerenda aut enumeranda.

V. 67. Ἐρύουσιν, a Bothio nuper spretum, Ven. Vindd.

65 ἑλκυμένας τε νυοὺς ὀλοῇς ὑπὸ χερσὶν Ἀχαιῶν.
αὐτὸν δ' ἂν πύματόν με κύνες πρώτῃσι θύρῃσιν
ὠμησταὶ ἐρύουσιν, ἐπεί κέ τις ὀξέϊ χαλκῷ
τύψας ἠὲ βαλὼν ῥεθέων ἐκ θυμὸν ἕληται,
οὓς τρέφον ἐν μεγάροισι τραπεζῆας θυραωρούς,
70 οἵ κ' ἐμὸν αἷμα πιόντες, ἀλύσσοντες περὶ θυμῷ,
κείσοντ' ἐν προθύροισι. νέῳ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν,
Ἀρηϊκταμένῳ, δεδαϊγμένῳ ὀξέϊ χαλκῷ,
κεῖσθαι· πάντα δὲ καλὰ θανόντι περ, ὅττι φανήῃ·

ἑλκυθ. Rom. — V. 67. ὠμησταὶ Tyrannio. — Ib. ἐρύσουσιν Vind. quint. Lips. et Both. ἐρύσωσι Plutarch. — V. 68. ἕλοιτο V. L. ap. schol. A. — V. 69. πυλαωροὺς V. Vindd. vulgo W. et Both. — V. 70. οὐκ ἐμὸν et ἀλύσσουσι Et. M. 71, 44 sq. — Ib. πέρι θ. H. W. B. — V. 72. Ἀρηϊ κταμ. V. Vindd. ol. vulgo et H. — V. 73. φανείη Vind. et Eust. 1257, 43. et ol. vulgo. —

libri plerique, editiones, schol. A. Eustath. 1257, 19. Apoll. in Lex. 303 aliique testatum reliquerunt, quanquam grammatici ad temporum confusionem, qua non opus est, solent perfugere; vid. ad 11, 454.

V. 68. Subiunctivi fidem auget praeter alios Draco de poet. metr. 87, 22.

V. 69. Priami aedibus non portas, sed fores fuisse Aristarchus perspexit, ideoque cum Herodiano θυραωρούς, quod plurimorum iudicio probatum testatur Eust. 1257, 36, Heynio concinente, praetulit. Nec Bothii valet ratio, quippe qui censeat Priamum canes domesticos πυλαωροὺς appellare non sine sarcasmo, quasi eos, quos tum solos superfuturos esse auguretur ianitores, portis Troiae effractis et occisis earum custodibus, totaque urbe direpta. Cui invento poetae verba aperte repugnant, nec minus obstant schol. B. acumini sic praecipientis: πάλαι δὲ ἔθος τηρεῖσθαι κυσὶ τοὺς πυλῶνας, ἵνα βαΰζοντες δηλοῖεν τοῖς ἔνδον τοὺς ξένους. Vid. Lehrs. de stud. Arist. Hom. 129. Apud Plutarchum hic versus cum quattuor proximis omitti solet.

V. 70. Mendum unum Etymologici auctor ipse emendat 673, 3, vid. ad v. 2, alterum libri pariter ac grammatici diluunt, vid. Apoll. in Lex. 91. Eust. 1257, 38. Hesych. I, 252. et scholl. Paullo post tenoris inversionem nec veterum quisquam novit, neque ea poetarum sermoni expedit, vid. de inclin. acc. partic. περί apud Homer. conced. p. 7 sqq.

V. 72. Ἀρηϊ κταμένους ferro occisos exponunt interpretes, ut Eust. 1257, 51, unde plerique disiungunt utrumque; sed vid. ad 21, 301.

V. 73. Subiunctivum nota manifesta distinxit Aristarchus; cf. Excurs. I. et Thiersch. in gr. Gr. §. 224. annot.

ἀλλ' ὅτε δὴ πολιόν τε κάρη, πολιόν τε γένειον,
75 αἰδῶ τ' αἰσχύνωσι κύνες κταμένοιο γέροντος,
τοῦτο δὴ οἴκτιστον πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν.
Ἦ ῥ' ὁ γέρων, πολιὰς δ' ἄρ' ἀνὰ τρίχας ἕλκετο χερσὶν,
τίλλων ἐκ κεφαλῆς· οὐδ' Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθεν.
μήτηρ δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ὀδύρετο δακρυχέουσα,
80 κόλπον ἀνιεμένη, ἑτέρηφι δὲ μαζὸν ἀνέσχεν·
καί μιν δακρυχέουσ' ἔπεα πτερόεντα προςηύδα·
Ἕκτορ, τέκνον ἐμόν, τάδε τ' αἴδεο, καί μ' ἐλέησον
αὐτήν· εἴ ποτέ τοι λαθικηδέα μαζὸν ἐπέσχον,
τῶν μνῆσαι, φίλε τέκνον· ἄμυνε δὲ δήϊον ἄνδρα
85 τείχεος ἐντὸς ἐών, μηδὲ πρόμος ἵστασο τούτῳ·
σχέτλιος· εἴπερ γάρ σε κατακτάνῃ, οὔ σ' ἔτ' ἔγωγε

V. 75. αἰσχύνουσι libr. pauc. — V. 83. εἴποτέ τοι vulgo et W. σοί V. L. ap. schol. A, ut videtur. — Ib. ἀνέσχον V. L. ap. Eust. 1258, 60. — V. 84. φίλον τέκνον Lips. et Ald. sec. — V. 85. ἐντὸς ἐών Vindd. Eust. 1259, 9. et ol. vulgo. — Ib. μὴ δὲ V. Valckenar. H. et all. — V. 86. κατακτανεῖ Harl. —

V. 75. Eustath. 1257, 48. cum plurimis indicativum, a sententiae conformatione abhorrentem, refutat.

V. 80. Quid sit ἀνιεμένη, pro quo Paris. unus inepte praebet ἐνιεμένη, passim explicant grammatici. Vid. schol. ad Od. λ, 300. Apoll. in Lex. 133. 410. Eust. 1258, 37. Hesych. I, 383 sq. II, 304. alios.

V. 83. Primum εἴ ποτε cum melioribus (vid. ad I, 39) separavi, tum e schol. verbis οὕτως διὰ τοῦ τ̄, εἴ ποτέ τοι, alios σοί habuisse suspicari licet. Heynium enim, qui ἤ ποτέ τοι lectum autumabat, in fraudem induxit Villoisonii negligentia, cuius ex editione τ̄ excidit. In fine ἐπέσχον proprium reique consentaneum esse Eustath. docet; παρέσχον e Parisino quodam ab Heynio enotatum glossam redolet. Illud autem poetarum aliorum exemplis firmare licet. Vid. Arat. Ph. 163, Eurip. Andr. 224. Ion. 1493. poetam incertum in Et. M. 372, 4, nec multum distant Apollon. Arg. III, 734 ἶσον ἐπεὶ κείνοις με τεῷ ἐπαείραο μαζῷ.

V. 85. Valckenarius ἐών duobus in libris repertum non ausus est reponere, id vero quum rei magis quadrat, tum Aristarchi aliorumque iudicio tutum est; vid. schol. AB. Verum postea μὴ δὲ hic et aliquanto saepius (vid. v. 57. 345) idem Valckenarius induxit, Veneto quidem concordante; at vereor, ne et prohibitivae plus ponderis inferatur, et mutandi libido suos excedat fines.

V. 86. Hecuba quum se filio ab Achille caeso iusta persoluturam esse neget, ἔτι, quod Venet. et Vratisl. unus praebuerunt,

κλαύσομαι ἐν λεχέεσσι, φίλον θάλος, ὃν τέκον αὐτή,
οὐδ' ἄλοχος πολύδωρος, ἄνευθε δέ σε μέγα νῶϊν
Ἀργείων παρὰ νηυσὶ κύνες ταχέες κατέδονται.
90 Ὣς τώγε κλαίοντε προςαυδήτην φίλον υἱόν,
πολλὰ λισσομένω· οὐδ' Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθον·
ἀλλ' ὅγε μίμν' Ἀχιλῆα πελώριον ἆσσον ἰόντα.
ὡς δὲ δράκων ἐπὶ χειῇ ὀρέστερος ἄνδρα μένῃσιν,
βεβρωκὼς κακὰ φάρμακ'· ἔδυ δέ τέ μιν χόλος αἰνός,
95 σμερδαλέον δὲ δέδορκεν ἑλισσόμενος περὶ χειῇ·
ὣς Ἕκτωρ ἄσβεστον ἔχων μένος οὐχ ὑπεχώρει,
πύργῳ ἔπι προὔχοντι φαεινὴν ἀσπίδ' ἐρείσας.
ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν·
Ὤ μοι ἐγών, εἰ μέν κε πύλας καὶ τείχεα δύω,
100 Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει,

Ib. οὔ σέ τ' ἔγωγε Vind. ed. ol. vulgo et H. — V. 87. φ. τέκος V. et all. — V. 91. πολλά ἑ λισσομ. Barnes. et Bentl. coni. — Ib. οὐ δ' Ἕκτορα H. — V. 93. ὀρέστερον et δοκεύῃ VV. LL. ap. schol. A. — V. 95. ἐλισσόμενος V. — V. 100. καταχεύει V. L. ap. Eust. 1260, 25. —

matris curae aptissimum erit, quanquam Eustath. 1258, 24 cum plurimis in vulgari acquiescit.

V. 87. Schol. A: γράφεται θάλος, eique Eust. 1258, 25. Vindd. et plerique suffragantur. Neque cum Heynio ideo improbaverim, quod Hecubae luctui sit minus idoneum, imo glossa expulit verum et sincerum, eo magis probandum, quo propius instat verbum commune reique proprium.

V. 88. Clausulam horum recitant Apollon. de adverb. 603, 30. et Apoll. in Lex. 127. una cum proximo.

V. 91. Pronomen recte damnat Heynius; cf. 21, 368. et de vers. Gr. her. 82. Grammatici, hyperbati ope singula digerentes ita: Ἕκτορι δὲ θυμὸν οὐκ ἔπειθον, Heynio coniectandi ansam obtulerunt; nihil autem eiusmodi artificiis lucramur.

V. 93. Schol. A. ἔνιαι δὲ τῶν κατὰ τὰς πόλεις διὰ τοῦ ν ὀρέστερον καὶ ἀντὶ τοῦ μένῃσι δοκεύῃ. Vulgari autem praeter libros accedunt Eust. 1259, 24. Apoll. in Lex. 708, etsi Valckenar. in commentariis ad Theocr. Adoniaz. 254. ὀρέστερον, cum Achille copulandum, putavit.

V. 95. Mendo Veneti iterato, vid. 12, 408. 18, 372, occurrunt plurimi, sicut Vindd. scholl. BVT. Eust. 1259, 26. alii.

V. 100. Eustathius l. all. πρῶτος ἢ πρῶτον, quorum alterum de suo adiecisse videbitur; libris enim, ut par est, addicunt scriptores huius versus memores, ut ter Aristotel. in Ethic. ad Nicom. III, 11. in Eth. magn. I, 21. et in Eudem. III, 1, bis Ci-

ὅς μ' ἐκέλευε Τρωσὶ ποτὶ πτόλιν ἡγήσασθαι
νύχθ' ὕπο τήνδ' ὀλοήν, ὅτε τ' ὤρετο δῖος Ἀχιλλεύς.
ἀλλ' ἐγὼ οὐ πιθόμην· ἦ τ' ἂν πολὺ κέρδιον ἦεν.
νῦν δ' ἐπεὶ ὤλεσα λαὸν ἀτασθαλίῃσιν ἐμῇσιν,
105 αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους,
μήποτέ τις εἴπῃσι κακώτερος ἄλλος ἐμεῖο·
Ἕκτωρ ἧφι βίηφι πιθήσας ὤλεσε λαόν.
ὣς ἐρέουσιν· ἐμοὶ δὲ τότ' ἂν πολὺ κέρδιον εἴη,
ἄντην ἢ Ἀχιλῆα κατακτείναντα νέεσθαι,
110 ἠέ κεν αὐτὸν ὀλέσθαι ἐϋκλειῶς πρὸ πόληος.

V. 101. ἐκέλευσε St. Cl. Valcken. — Ib. ἡγήσεσθαι Eustath. 1260, 26. — V. 105. Τρωϊάδας Lips. Vind. un. et editt. antiqq. — V. 107. ἶφι βίηφι Apoll. in Lex. 345. — V. 108. κάλλιον V. L. ap. schol. A. — V. 109. κατακτείναντι Harl. Eust. 1260, 33. et V. L. ap. schol. A. — V. 110. αὐτῷ ὀλ. V. Vindd. ol. vulgo et H. — V. 111. μὲν Lips. et editt. prisc. omittunt. — Ib.

cero in ep. ad Attic. II, 5. VII, 1, quorum alterum Clarkius, alterum Ernestius commemoravit. In posteriore autem Ciceronis loco codices quidam καταθήσει perperam exhibent, commixtum, ut opinor, e vulgari et Eustathii καταχεύει. Huius autem similia leguntur 23, 408. Od. 11, 433. 14, 38.

V. 101. Aoristum e Turnebiana a Stephano aliisque traductum refutant V. Vindd. scripti plerique et Eustath. 1260, 26.

V. 105. Versum integrum in Hectoris et Andromachae colloquio 6, 442. vidimus; initium eius ad se transtulit Cic. in epist. ad Attic. XIII, 13.

V. 107. Naevum Apollonii verbis inustum ipse detegit hisce: τῇ ἑαυτοῦ βίῃ πεισθείς, quorum ope Homericum restitui potest.

V. 108. Schol. A: αἱ κατὰ ἄνδρα κάλλιον, de qua re breviter admonuit Wolfius in proleg. 174 sq. Minus enim arridet Heynii suspicio, hic et in schol. Ven. ad 23, 88. κατὰ Ἀρίσταρχον proponentis. Primum enim Aristarchi recensio vel nunquam vel raro admodum ita indicatur, deinde Aristarchus Iliadi usitatissimum vix mutavit. Etenim κάλλιον semel adest 24, 52, Odyssea vero de eo, quod alicui decorum est, frequenter admittit. Cf. 3, 358. 6, 39. 7, 159. 17, 580. 18, 255. 19, 128.

V. 109. Eustathium expressit Romana, sed accusativo librorum consensu sustentato, dummodo singula recte iunxeris, nihil obstare Heynius prudenter intellexit.

V. 110. Si vulgare tenueris, haec dubie et ambigue esse scripta tum sua sponte apparet, tum interpretes ostendunt (vid. schol. A. et Eustath. 1260, 58.): etenim αὐτῷ et ad praecurrentia ἐμοὶ δὲ τότ' ἂν π. κ. εἴη et ad subsequens ὀλέσθαι poterit revocari. Illud si elegeris, Hectorem, sin hoc placuerit, Achillem eo indicari perspicuum est. Ad quam difficultatem removendam Wolfius ex Harl. Lips. et aliis αὐτὸν ὀλέσθαι induxit, neque id

εἰ δέ κεν ἀσπίδα μὲν καταθείομαι ὀμφαλόεσσαν
καὶ κόρυθα βριαρήν, δόρυ δὲ πρὸς τεῖχος ἐρείσας,
αὐτὸς ἰὼν Ἀχιλῆος ἀμύμονος ἀντίος ἔλθω,
καί οἱ ὑπόσχωμαι Ἑλένην καὶ κτήμαθ' ἅμ' αὐτῇ,
5 πάντα μάλ', ὅσσα τ' Ἀλέξανδρος κοίλῃς ἐνὶ νηυσὶν
ἠγάγετο Τροίηνδ', ἥτ' ἔπλετο νείκεος ἀρχή,
δωσέμεν Ἀτρείδῃσιν ἄγειν, ἅμα δ' ἀμφὶς Ἀχαιοῖς
ἄλλ' ἀποδάσσεσθαι, ὅσα τε πτόλις ἥδε κέκευθεν·
Τρωσὶν δ' αὖ μετόπισθε γερούσιον ὅρκον ἕλωμαι,
0 μή τι κατακρύψειν, ἀλλ' ἄνδιχα πάντα δάσασθαι·

καταθείωμαι ol. vulgo. — V. 112. ἐρύσας Vind. quint. — V. 116. Τροίην Vind. quint. — V. 117. ἅμα τ' ἀμφὶς Vind. et Eust. 1261, 1. et ol. vulgo. — V. 118. ἀποδάσασθαι editt. pars, ἀποδάσσασθαι V. Harl. Vindd. all. Valcken. et nunc vulgo, ἀποδάσεσθαι Eust. 1261, 1. — Ib. ὅσσα κτ. V. Vindd. St. et nunc vulgo. — V. 119. ὀμοῦμαι V. L. apud schol. A. —

poetae sermoni et usui contrarium habuerim. Vid. 6, 439. 10, 389. 12, 328. 13, 327, 456. 16, 12. 17, 181. Od. 1, 409. 4, 119. 6, 143. 9, 406. 11, 179, 496. 15, 168, 386. 16, 356. 22, 168.

V. 111. Metri vitium, codicibus ignotum, Eustathio et Romana ducibus, Turnebus primus sustulit, ille poeticum expositurus καταθείομαι ἤγουν καταθῶμαι habet. Structuram abruptam et apodosi carentem iam veteres notarunt; cf. scholl. AV. et Eustath. 1261, 4 sqq.

V. 116. Vid. 5, 63. 11, 604.

V. 117 sq. Plura in his negligentius sunt tractata neque accurate satis constituta. Primum omnes propemodum ἅμα δ' ἀμφὶς ratum faciunt, plus autem controversiae parit versus proximus. Aoristo enim a codicibus propagato Eustathii iussu futurum substituerat Stephanus, ad aoristum rediit Valckenarius, et scriptorum auspiciis fretus et permutatione temporum notissima impulsus. At vero aliam Aristarchi fuisse rationem schol. A. prodidit hisce: Ἀρίσταρχος ἀποδάσσεσθαι διὰ τοῦ ε, nec repugnat Victorinus, levi macula purgatus, ait enim, μέλλοντός ἐστι· διὸ διὰ τοῦ σ, imo διὰ τοῦ ε. His igitur sponsoribus futurum, Hectoris promissis magis idoneum, praetuli. Nam quod Valckenarius et Ernestius ad vers. 120. provocant, id levioris esse momenti intelliges, si memineris Hectorem opes in medium prolatas cum Achivis divisurum esse; vid. 18, 511. In fine autem cum eodem Valckenario, schol. A. et editionibus priscis ὅσα τε κτ. ἥδε κέκ. reduxi. Omnes enim divitias, quascumque urbs occulat, se inter Troas et Achivos partiturum esse Hector spondet; cf. v. 115.

V. 119. Aliis ex locis incommode transfusum est ὀμοῦμαι, vid. 1, 233. 9, 132. 21, 373. Od. 20, 229. Usitato adest Od. 4, 746.

[κτῆσιν ὅσην πτολίεθρον ἐπήρατον ἐντὸς ἐέργει·]
ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός;
μή μιν ἐγὼ μὲν ἵκωμαι ἰών· ὁ δέ μ' οὐκ ἐλεήσει,
οὐδέ τί μ' αἰδέσεται, κτενέει δέ με, γυμνὸν ἐόντα,
125 αὕτως, ὥςτε γυναῖκα, ἐπεί κ' ἀπὸ τεύχεα δύω.
οὐ μέν πως νῦν ἔστιν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης
τῷ ὀαριζέμεναι, ἅτε παρθένος ἠΐθεός τε,
παρθένος ἠΐθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιιν.

V. 123. ἱκῶμαι V. L. ap. schol. A. — Ib. μὲν om. Vind. quint. — V. 124. κτ. δ' ἐμὲ γ. Thiersch. in gr. Gr. §. 205, 15. — V. 126. νῦν ἐστὶν Vind. ed. Et. M. 123, 22. ol. vulgo et H. — V. 128. ἀλλήλοισιν St. et all. — V. 129. ὄφρα τάχιστα V. L. ap.

V. 121. Ven. praeteriit, unde eum e libr. 18, 512. temere adscitum iudicant.

V. 122. Schol. A.: οὕτως χωρὶς τοῦ δ, ἀλλὰ τίη μοι, quae spectant ad τίη δὴ et τίη δέ, alias obvia, cf. schol. Ven. B. ad Il. 12, 310. et Lexic. Homer.

V. 123. Nonnullos ἱκῶμαι, i. e. ἱκετεύσω, anteponendum existimasse schol. A. auctor est. Eo vero artificio minus erit opus. Vid. scholl. AB. Apoll. Lex. 361. et Eustath. 1261, 5.

V. 124. Pronomen plenum et tenore erectum sine idonea causa requirit Thierschius; Hector enim Achillis ferociam simpliciter denotat, neque eam suae opponit impotentiae. Accedit, quod nulla ὀρθοτόνου μένου vestigia exstant, vid. schol. ad Od. 1, 1, p. 8. et Bekker. in cens. ed. Wolf. l. all. 174.

V. 126 sqq. Wolfius a Bekkero p. 155. monitus accentum nuperrime retraxit. Proverbialem loquutionem obscuram et dubiam alii aliter interpretantur, id quod accuratius persequar in commentario. In praesens consulantur scholl. ABDV. Eust. 1262, 6 sqq. Heynius, Wolf. et Göttling. ad Hesiod. Theog. 35. Exordium proximi apposuit Etym. M. 612, 48., add. Apoll. in Lex. 487., verba autem intermedia ἅτε παρθένος Apoll. de adverb. 558, 32. 568, 3. Denique v. 128., propter ἐπαναλήψεως sive ἐπαναφορᾶς figuram aliquoties adductum veteribus, vid. Herodian. de figur. 193. schol. A. et Eust. 1262, 2, Hectoris et persona et conditione indignum habuerunt Wolfius ad Hesiod. Th. l. all., Heynius et Montbelius, quorum iudicium Bothium eo perpulit, ut obelo eum confoderet. Sed quum Wolfius consilio, ut videtur, mutato ab omni notatione abstinuerit, consideratae priorum tarditati obsequi malui. Etenim Hector immiti Achillis animo, nullo verborum lenocinio flectendo et expugnando, cum irrisione quadam blandos amantium susurros obiecit.

V. 129. Extrema et prioribus et posteriori adiungi posse iam schol. A. observavit, alios ὄφρα τάχιστα dedisse testatus. Huic

βέλτερον αὖτ' ἔριδι ξυνελαυνέμεν· ὅττι τάχιστα
εἴδομεν, ὁπποτέρῳ κεν Ὀλύμπιος εὖχος ὀρέξῃ.
Ὣς ὥρμαινε μένων· ὁ δέ οἱ σχεδὸν ἦλθεν Ἀχιλλεύς,
ἶσος Ἐνυαλίῳ, κορυθάϊκι πτολεμιστῇ,
σείων Πηλιάδα μελίην κατὰ δεξιὸν ὦμον,
δεινήν· ἀμφὶ δὲ χαλκὸς ἐλάμπετο εἴκελος αὐγῇ
ἢ πυρὸς αἰθομένου, ἢ ἠελίου ἀνιόντος.
Ἕκτορα δ', ὡς ἐνόησεν, ἕλε τρόμος· οὐδ' ἄρ' ἔτ' ἔτλη

schol. A. — V. 130. ὀρέξοι Vind. quint. et all. ὀρέξει Harl. — V. 133. Πηλειάδα Ald. sec. et Rom. — V. 134. ἴκελος Eustath. 1262, 35. Rom. et edit. antiqq. — V. 135. αἰθομένοιο ἢ Vind. ed. Ald. sec. et al. vulgo. —

plus confidunt Dorvillius et Heynius, exemplorum similitudine et copia moti. Cf. 4, 269, 465. 5, 690. 8, 9. 9, 621. 13, 326. 23, 197. Od. 1, 85. 3, 175. 4, 473. 6, 32, 289. 16, 293. Bothius vero, integrum versum uno ambitu complexus, asyndeto et affectum augeri et numerorum concinnitatem adiuvari opinatur. Nec dissimulandum est ὅ ττι τάχιστα plerumque ita subnecti; vid. 9, 659. 15, 146. 23, 71, 403, 414. Od. 5, 112. 8, 434. 16, 152. At primum libri aliique arbitri, ut auct. de poes. Hom. 246., isti coepto obnituntur, deinde haud scio, an concisa dicendi brevitas turbato Hectoris animo melius conveniat. Ait enim: „proinde melius (est) pugna dirimere; quam celerrime videamus, utri Iupiter victoriam sit oblaturus." Particula autem finali, quam et scholl. advocant et Vossius expressit, ne indigemus quidem. Vid. 23, 71. et Nitzsch. ad Od. 3, 17.

V. 132. Epitheti Hectori semel dati mentionem faciunt scholl. ad Od. 19, 177. 20, 27., neque alium locum respexit Etymologici magni scriptor 531, 38., etsi κορυθάϊκι πολέμῳ corrupte fertur. Paullo ante schol. Victor. ἶσος, inquit, τινὲς διὰ τῆς ει διφθόγγου ἀντὶ τοῦ ὅμοιος, ἐπεὶ καὶ τὸ εἰσάμενος ἀντὶ τοῦ ὁμοιωθείς.

V. 133. Vitium Romanae abstergit Eustath. 1262, 40. Verba huius transposita Ionicum a maiore, quem Sotadeum appellant, efficere schol. Vict. animadvertit cum aliis; cf. Heynium.

V. 134. Vid. ad 13, 53.

V. 135. Formam genitivi productam, numeris incommodam, V. Harl. alii plures cum Eustath. 1262, 36 et Stabaeo, in ecl. phys. I, 26. p. 540. resecari iusserunt. Schol. Victor. adiicit: ὑγρότερος ὁ στίχος ἐγένετο τῇ παραλληλίᾳ τῶν φωνηέντων.

V. 639 sqq. Non tam de lectione, quam de interpretatione horum in diversa abiere veteres. Nam primum πλήθει πρόσθε βαλόντες alii ad curruum multitudinem ab Actoris filiis in certamen missorum retulerunt, alii πλήθει numerum, quod Actoridae duo Nestori uni obviam iverunt, spectare censuerunt, vid. schol. A. et Eust. 1321, 21 sqq. Hoc cum Eustathio omnium simplicissimum ac verissimum iudicaverim. Etenim Bothius, qui πλήθει propter curruum multitudinem, quorum alter alterum impediebat, explicat, Homero nova quaedam nulloque idoneo auctore comprobanda affinxit. Tum vers. 640. παρ' αὐτόφι iure tuetur schol. A., vid. ad v. 147. et 13, 42., quod Molionides praemia equitibus proposita sibi acquirere studuerunt. Aliam denique controversiam excitavit nomen δίδυμοι, quo plerique quidem geminos significari voluerunt, Aristarchus vero et eius schola Molionidas corpore duplici eoque concreto sive διφυεῖς fuisse, Hesiodo praeeunte, statuerunt; cf. Apollon. Lex. 224. ibique Tollium. Neque istam Aristarchi rationem silentio praeterierunt scholl. ABV. At prudenter, ut opinor, Victor. interpres subiicit: δίδυμοι· συμφυεῖς, ὡς Ἀρίσταρχος. οὐκ ἔστι δέ.

V. 642. Diplen appositam ἐπαναλήψεως figuram, quae crebrius in Iliade, perraro in Odyssea conspiciatur, notare schol. A. testis est; vid. ad 20, 572.

V. 643. ὥς ποτ' ἔον quod libri pariter atque Eustath. 1321, 49 sq. incorruptum servarunt, intelligentissimi quique merito receperunt; cf. ad 11, 762.

V. 644. Versum pro varia syllabarum pronuntiatione vel hexametrum vel trimetrum iambicum efficere scholl. AV. animadverterunt. Horum alter simile adducit exemplum: σμύρνης ἀκράτου καὶ κέδρου νηλεῖ (νηλεῖ) καπνῷ.

645 πείθεσθαι, τότε δ' αὖτε μετέπρεπον ἡρώεσσιν.
ἀλλ' ἴθι καὶ σὸν ἑταῖρον ἀέθλοισι κτερέϊζε.
τοῦτο δ' ἐγὼ πρόφρων δέχομαι, χαίρει δέ μοι ἦτορ,
ὥς μευ ἀεὶ μέμνησαι ἐνηέος, οὐδέ σε λήθω
τιμῆς, ἧςτέ μ' ἔοικε τετιμῆσθαι μετ' Ἀχαιοῖς.
650 σοὶ δὲ θεοὶ τῶνδ' ἀντὶ χάριν μενοεικέα δοῖεν.
Ὣς φάτο· Πηλείδης δὲ πολὺν καθ' ὅμιλον Ἀχαιῶν
ᾤχετ', ἐπεὶ πάντ' αἶνον ἐπέκλυε Νηλείδαο.
αὐτὰρ ὁ πυγμαχίης ἀλεγεινῆς θῆκεν ἄεθλα·
ἡμίονον ταλαεργὸν ἄγων κατέδησ' ἐν ἀγῶνι
655 ἑξέτε', ἀδμήτην, ἥτ' ἀλγίστη δαμάσασθαι·
τῇ δ' ἄρα νικηθέντι τίθει δέπας ἀμφικύπελλον.
στῆ δ' ὀρθὸς καὶ μῦθον ἐν Ἀργείοισιν ἔειπεν·
Ἀτρείδη τε καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί,
ἄνδρε δύω περὶ τῶνδε κελεύομεν, ὥπερ ἀρίστω,

V. 648. ὅς μευ Vind. quint. — V. 649. τιμῆς, ἧτε Et. M. 758, 43. — Ib. μετ' Ἀχαιοὺς Apoll. in Lex. 648. et editt. antiqq. — V. 653. ἄεθλον Harl. all. ed. editt. prisc. — V. 655. ἑξετέ' ἀδμ. all. — Ib. ἀδμῆτιν editt. antiqq. — Ib. δαμάσσασθαι editt.

V. 648 sq. Schol. A.: ὥς μευ· γράφεται ὥς (imo ὅς) μευ. Alii enim relativum adoptasse videntur, id quod Vind. quint. prodit. Praeterea qua verborum compage singula sint adstringenda, iam veteres dubitarunt. Huc spectat schol. A. annotatio: τὸ ἐνηέος βέλτιόν ἐστι τοῖς ἑξῆς συνάπτειν, εἰ καὶ οὐχ Ὁμηρικὸν τὸ ὑπερβατόν, ἵνα ᾖ τὸ ἑξῆς, οὐδέ σε λήθω ἐνηέος τιμῆς, ἐὰν δὲ τοῖς ἄνω προςδῶμεν αὐτό, ὡς ἡ συνήθεια ποιεῖ, λείπειν φήσομεν τὸ ὡς, ἵν' ᾖ ὡς ἐνηέος. ἡ διὰ μέσου ἐστὶ τὸ οὐδέ σε λήθω. At neutra ratio Homeri perspicuitati congruit, melius igitur priora ad Nestorem referemus, τιμῆς vero cum verbo insequente copulabimus, hoc sensu: ut mei benevoli (i. e. meae benevolentiae) semper recordaris, neque honorem inter Achivos mihi debitum recusas. Quo dato, praepositione διὰ ad genitivum τιμῆς explicandum ab Eust. 1321, 57. extrinsecus advocata supersedere possumus, vid. Damm. Lex. Hom. 692. c. Etymologicum Magnum l. all. structuram Graecorum propriam, de qua bene praecipit Eust. 1321, 59., mutavit vulgari. In fine denique dativum, libris praestantioribus addicentibus, Stephanus reposuit.

V. 650. Ut clarius haec paterent, nonnulli virgula post ἀντὶ distingui iusserunt; vid. schol. A. et Eust. 1321, 56.

V. 653. Pluralem tum libri meliores, tum Apoll. in Lex. 43. suo assensu confirmant.

V. 655. Vid. quae ad v. 266. disserui.

660 πὺξ μάλ' ἀνασχομένω πεπληγέμεν. ᾧ δέ κ' Ἀπόλλων
δώῃ καμμονίην, γνώωσι δὲ πάντες Ἀχαιοί,
ἡμίονον ταλαεργὸν ἄγων κλισίηνδε νεέσθω·
αὐτὰρ ὁ νικηθεὶς δέπας οἴσεται ἀμφικύπελλον.
Ὣς ἔφατ'· ὤρνυτο δ' αὐτίκ' ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε,
665 εἰδὼς πυγμαχίης, υἱὸς Πανοπῆος, Ἐπειός·
ἅψατο δ' ἡμιόνου ταλαεργοῦ φώνησέν τε·
Ἄσσον ἴτω ὅςτις δέπας οἴσεται ἀμφικύπελλον·
ἡμίονον δ' οὔ φημί τιν' ἀξέμεν ἄλλον Ἀχαιῶν,
πυγμῇ νικήσαντ'· ἐπεὶ εὔχομαι εἶναι ἄριστος.
670 ἦ οὐχ ἅλις, ὅττι μάχης ἐπιδεύομαι; οὐδ' ἄρα πως ἦν
ἐν πάντεσσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι.
ὧδε γὰρ ἐξερέω, τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται·
ἀντικρὺ χρόα τε ῥήξω, σύν τ' ὀστέ' ἀράξω.
κηδεμόνες δέ οἱ ἐνθάδ' ἀολλέες αὖθι μενόντων,

pars. — V. 658. Ἀτρεΐδαι Vind. ed. ol. vulgo et Both. — V. 659. κελεύομαι lib. un. — V. 662. φερέσθω V. all. et H. — V. 670. ἦ οὐχ ἅλις Rom. et ol. vulgo. — V. 672. καὶ μὴν τ. V. L. ap. schol. A. — V. 674. αὖτι μεν. Ernest., male. —

V. 658. Singularem, cui Ven. aliique melioris notae succurrunt, non temere reiiciendum esse ad v. 233. demonstrare studui.

V. 660. Particula potentialis operarum negligentia excidit ex Ald. secunda, versui proximo inscite admixta.

V. 662. Heynius φερέσθω propter librorum multitudinem altero potius existimat, sed in victoris tentorium abducendo parum convenit, nec νεέσθω Vindd. plerique et Eustath. 1322, 25. ignorant, add. schol. A., qui subiicit: φερέσθω· ἐν ἄλλῳ νεέσθω.

V. 666. Augmento verbi praeter libros abstinet Apoll. in Lex. 338.

V. 667 sqq. Versum hunc una cum sequentis dimidio et 672 sq. enotavit Aristides Vol. II, 503., versum autem 670. Plutarchus de sui laude VIII, 150. attulit. Uterque non expers est mendorum: etenim Chaeronensis cum editionibus vulgaribus ἦ οὐχ, librorum ope expulsum, retinet, Aristides vero cum paucis et schol. A. καὶ μὴν τετ. ἴστω, aliunde transfusum arripuit; cf. 23, 410. Od. 16, 440.

V. 673. Integrum habes in Apollonii Lex. 123., nostro cognata offerunt Il. 12, 384. et Od. 12, 412.

675 οἵ κέ μιν ἐξοίσουσιν ἐμῆς ὑπὸ χερσὶ δαμέντα.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.
Εὐρύαλος δέ οἱ οἶος ἀνίστατο, ἰσόθεος φώς,
Μηκιστέος υἱὸς Ταλαϊονίδαο ἄνακτος,
ὅς ποτε Θήβασδ' ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο
680 ἐς τάφον· ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα Καδμείωνας.
τὸν μὲν Τυδείδης δουρικλυτὸς ἀμφεπονεῖτο
θαρσύνων ἔπεσιν, μέγα δ' αὐτῷ βούλετο νίκην.
ζῶμα δέ οἱ πρῶτον παρακάββαλεν, αὐτὰρ ἔπειτα
δῶκεν ἱμάντας ἐϋτμήτους βοὸς ἀγραύλοιο.
685 τὼ δὲ ζωσαμένω βήτην ἐς μέσσον ἀγῶνα·

V. 677. ἀνίσταται Vind. un. — V. 678. Μηκιστέως V. et ol. vulgo. — Ib. Ταλαονίδαο. Aldd. et antiqq., perperam. — V. 679. Θήβας Vind. et Eust. 1323, 26. Rom. et ol. vulgo, Θήβας δ' ἦλθε V., ut solet, Ald. sec. et H. — V. 681. ἀμφ' ἐπον. V. — V. 683. παρακάμβαλε Vind. ed. et all. — V. 684. ἐϋδμήτους Vind. ed. all. ol. vulgo et Etym. M. l. all. — V. 688. στρηνὴς

V. 677. Imperfectum in omnibus fere repertum Atticum narrandi consuetudo pariter ac vers. 685., ad quem interpres Victor. provocat, dubio liberant.

V. 678. Ut in Iliade 2, 566., ita hic quoque formam Atticam Ionicae praeponunt longe plurimi, add. schol. ad Od. 11, 275. Heynius tamen paucorum testimonio fretus Μηκιστέος restituit, nec Thierschii Bothiique Μηκιστῆος υἱὸς illo est melius.

V. 679. Primum quod Mecisteus ipse, neque Euryalus, eius filius, sicut Crates censuerat, ad certamina funebria Oedipi in honorem instituta Thebas fuerit profectus, diplen adiectam esse schol. A. perhibet, tum et idem et scripti loci adverbium, ab Eustathio aliisque spretum, reddunt certum, denique δεδουπότος Οἰδιπόδαο Aristarchum de Oedipo bello interfecto accepisse testis est Apoll. in Lex. 231., alii τετελευτηκότος id explicuerunt. Utcunque vero ea de re statuere libuerit, Homerus certe Oedipum expulsum et Athenis mortuum ignorat. Eadem propemodum, quae Apollonius habet, leguntur in Etym. M. 285, 11., add. schol. ad Od. 11, 275.

V. 681. Diomedem Euryalo, quod eius erat propinquus, operam praestare iam veteres observant, vid. schol. Vict. et Eustath. 1323, 51. Adrastus enim et Mecisteus, Euryali pater, erant fratres, Diomedes vero ex Deipyla, Adrasti filia, natus alteram eiusdem filiam, Aegialiam sive Euryaliam, in matrimonium duxerat; vid. Apollodor. I, 9, 13. et ad eum Heyn.

V. 683. Heynius requirit περικάββαλε, sed in communi libri non minus quam alii perstant; vid. Eustath. 1323, 62. Apoll. in Lex. 321. et Etym. M. 414, 28.

V. 684. Errore satis obvio ἐϋδμήτους in editionibus pleris-

ἄντα δ' ἀνασχομένω χερσὶ στιβαρῇσιν ἅμ' ἄμφω
σύν ῥ' ἔπεσον, σὺν δέ σφι βαρεῖαι χεῖρες ἔμιχθεν.
δεινὸς δὲ χρόμαδος γενύων γένετ', ἔῤῥεε δ' ἱδρὼς
πάντοθεν ἐκ μελέων· ἐπὶ δ' ὤρνυτο δῖος Ἐπειός,
90 κόψε δὲ παπτήναντα παρήϊον· οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν
ἑστήκειν· αὐτοῦ γὰρ ὑπήριπε φαίδιμα γυῖα.
ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ φρικὸς Βορέω ἀναπάλλεται ἰχθὺς
θίν' ἐν φυκιόεντι, μέλαν δέ ἑ κῦμα κάλυψεν·
ὣς πληγεὶς ἀνέπαλτ'. αὐτὰρ μεγάθυμος Ἐπειὸς
95 χερσὶ λαβὼν ὤρθωσε· φίλοι δ' ἀμφέσταν ἑταῖροι,
οἵ μιν ἄγον δι' ἀγῶνος ἐφελκομένοισι πόδεσσιν,

δὲ χρ. Etym. Or. 146, 15. — V. 689. ὄρνυτο Ald. sec. — Ib. θεῖος Ἐπ. ead. et libri quidam. — V. 691. εἱστήκειν Vind. ed. all. et ol. vulgo. εἱστήκει Vind. al. — V. 693. θῖν' ἔπι φ. Eust. 1324, 3. St. et ol. vulgo. — Ib. μέγα δέ ἑ V. W. et Both. — Ib. κῦμ' ἐκάλ. V. Eust. 1324, 3. et all. — V. 694. ἀνέπαλτο, ἀτὰρ Vind. quint. ἀνεπᾶλτ'. αὐτ. H. — V. 695. δὲ ἀφέσταν Vind. quint. —

que relictum fuit, cf. ad 7, 304. Verum reique congruum nobis transmiserunt Ven. Vind. un. alii Eustath. 1323, 63. Apoll. in Lex. 363. et Hesych. II, 49.

V. 685. Recitavit haec Dionys. Halic. Antiq. Rom. VII, 72. p. 1486.

V. 688. Schol. A.: χρόμαδος ὠνοματοποίησε τὸν ψόφον· ἅμα γὰρ τρίζουσιν οἱ πύκται ἐπάγοντες τὰς πληγάς, idemque nomen similiter exponunt plurimi; cf. Eust. 1324, 29. Apoll. Lex. 714. Etym. M. 815, 38. et Hesych. II, 1565. Quibus omnibus nihil innotuit discrepantiae eius, cuius memoria exstat in Etymologico Orioni inscripto.

V. 689. Epitheton Epeo additum evanuit in Vind. Alteri. Eust. 1324, 1. utrumque novit, Veneto vero Heynius falso dat θεῖος Ἐπ., quandoquidem is solemni poetae mori assentitur.

V. 690. Εἱστήκειν vulgares habent, Ionicum et proprium tuetur Eustath. 1324, 40.: τὸ δὲ ἑστήκειν δύναται μὲν καὶ δίχα τοῦ ν̄ κοινῶς γράφεσθαι, ἡ δὲ ἀκρίβεια τῆς ἀντιγραφῆς μετὰ τοῦ ν̄ γράφει ἀπὸ Ἰωνικοῦ ἑστήκεεν, ὡς εἶναι ὅμοιον τῷ ἤσκειν εἴρια καλά, vid. schol. A. et ad 3, 388.

V. 693. Venet. et praestabiliores θῖν' ἐν φυκ. pisci ex maris undis prosilienti accommodatius scribunt. Tum μέλαν κῦμα non modo Vindd., alii, Eustath. 1324, 3. et schol. ad Od. 3, 6. stabiliunt, sed poeta etiam sibi repetit; vid. Od. 5, 353. et de vers. Gr. her. 25.

V. 694. Heynius verbum ad stirpem ἀνεφάλλομαι referendum autumat. Qua de re disserui in Excurs. XVI. §. 1. p. 55 sq.

αἷμα παχὺ πτύοντα, κάρη βάλλονθ' ἑτέρωσε·
κὰδ δ' ἀλλοφρονέοντα μετὰ σφίσιν εἷσαν ἄγοντες·
αὐτοὶ δ' οἰχόμενοι κόμισαν δέπας ἀμφικύπελλον.
700 Πηλείδης δ' αἶψ' ἄλλα κατὰ τρίτα θῆκεν ἄεθλα
δεικνύμενος Δαναοῖσι παλαισμοσύνης ἀλεγεινῆς·
τῷ μὲν νικήσαντι μέγαν τρίποδ' ἐμπυριβήτην,
τὸν δὲ δυωδεκάβοιον ἐνὶ σφίσι τῖον Ἀχαιοί·
ἀνδρὶ δὲ νικηθέντι γυναῖκ' ἐς μέσσον ἔθηκεν,
705 πολλὰ δ' ἐπίστατο ἔργα, τίον δέ ἑ τεσσαράβοιον.
στῆ δ' ὀρθὸς καὶ μῦθον ἐν Ἀργείοισιν ἔειπεν·
Ὄρνυσθ', οἳ καὶ τούτου ἀέθλου πειρήσεσθον.

V. 697. βαλόνθ' ἑτ. V. L. ap. schol. A. — V. 698. μετὰ σφισιν ol. vulgo. — V. 701. λαοῖσι V. L. ap. schol. A. — V. 704. ἔθηκαν Harl. et all. — V. 705. τῖον Ald. sec. et Both. — V. 709. αὖ δ' Ὀδ. Both. coni. ἂν δ' Ὀδ. ol. vulgo et H. — V.

V. 697. Schol. A. varietatem Heynius ita exponit, ut κάρηνα βαλόνθ' ἑτέρωσε olim adfuisse coniiciat. At pluralis profecto ineptus est, suspicor igitur illum legisse κάρη δὲ βαλόνθ' ἑτ. Alius error scholiis ad Od. 19, 28. insidet, a Buttmanno emaculatus.

V. 698. Encliticum sensus respuit, commode igitur praecipit schol. A.: τὴν δὲ σφίσιν ὀρθοτονητέον· εἰς γὰρ σύνθετον ἡ μετάληψις. Quod Heynius, scholiastarum sermonis parum gnarus, immerito putat obscurius dictum. Verbum rarum ἀλλοφρονέων sensu proprio, ut videtur, in Od. 10, 374. legitur.

V. 700 sq. Clausulam huius et initium proximi commemoravit Etym. M. 260, 52., cuius iudicio Δαναοῖσι plerisque cognitum magis firmatur. Nostra et v. 653. in unum confudit Apoll. Lex. 43., ubi vid. interpretes.

V. 703. Pronomen, ut compositum, iterum tenore esse instruendum schol. A. et Apoll. in Lex. 624. animadverterunt, nec minus pretii adiectivum hinc enotavit idem p. 232.

V. 704. Bothius τῖον, quod, metro iubente, in libris recte fertur προπαροξυτόνως, incuriose reliquit, priori autem huius verbi mensuram esse ancipitem fugit neminem.

V. 707. Dualem, qui luctando est aptior, ab oblivione vindicant Ven. Vindd. all. et editiones principes, πειρήσεσθε e versu 753. temere huc venisse crediderim.

V. 709. Bothius, ἂν repetiti impatiens, αὖ δ' Ὀδ., i. e. ab altera parte surrexit Ulixes, proposuit, quod particulae istae crebro admodum permixtae inveniantur. Hoc etsi non negamus, nunquam tamen αὖ in enuntiationis exordio deprehenditur, hebescit igitur critici pugio. Praepositio vero ingeminata dicti vim magis intendit, cf. Matth. gr. Gr. §. 594, 1. Hermann. ad Viger. p. 854, 363. et similem Apollonii abundantiam in Argon. I, 494. III, 1231.

ὣς ἔφατ'· ὦρτο δ' ἔπειτα μέγας Τελαμώνιος Αἴας·
ἂν δ' Ὀδυσεὺς πολύμητις ἀνίστατο, κέρδεα εἰδώς.
ζωσαμένω δ' ἄρα τώγε βάτην ἐς μέσσον ἀγῶνα,
ἀγκὰς δ' ἀλλήλων λαβέτην χερσὶ στιβαρῇσιν·
ὡς ὅτ' ἀμείβοντες, τούςτε κλυτὸς ἤραρε τέκτων,
δώματος ὑψηλοῖο, βίας ἀνέμων ἀλεείνων.
τετρίγει δ' ἄρα νῶτα θρασειάων ἀπὸ χειρῶν
ἑλκόμενα στερεῶς· κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἱδρώς·
πυκναὶ δὲ σμώδιγγες ἀνὰ πλευράς τε καὶ ὤμους
αἵματι φοινικόεσσαι ἀνέδραμον· οἱ δὲ μάλ' αἰεὶ
νίκης ἱέσθην τρίποδος πέρι ποιητοῖο.

711. ἀλλήλους Vind. quint. — V. 712. ὡς δ' ὅτ' ἀμ. Vind. ed. all. Eust. 1326, 1. ol. vulgo et H. — Ib. τούςγε editt. antiqq. — Ib. ἤραγε Rom., perperam. — V. 715. ἑλκόμεναι στ. Ald. sec., male. — V. 718. περιποιητοῖο Ven. uterq. —

V. 711. Schol. Victor. structuram immutatam esse opinatus sic praecipit: ἀλλήλων· ἀντὶ τοῦ ἀλλήλω, ὡς „ἄμφω δ' ἑζομένων" (3, 211.) ἀντὶ τοῦ ἑζομένω. At genitivus solius Zenodoti est, neque hoc loco, ubi ἀλλήλων cum verbo est connectendum, ullum nominativi esse potest desiderium; add. Apoll. in Lex. 18.

V. 712. Nisi coniunctionis σύγχυσιν aliquam subesse putaveris, adversativam cum Ven. Vind. quint. et Lips., quibus Wolfius obtemperavit, delendam esse intelligitur. Nec secus censet schol. A.: συναπτέον πάντα ἕως τοῦ βίας ἀνέμων ἀλεείνων (713). βραχὺ δὲ διασταλτέον ἐπὶ τὸ ἀμείβοντες. εἰ δέ τις ἀναγινώσκει ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς ὡς ὅτ' ἀμείβοντες ἁμαρτάνει· ἡ γὰρ ἀνταπόδοσις οὐκ ἐπιφέρεται, ἀλλὰ προςαποδίδοται. ἀμείβοντες δὲ δοκοὶ μεγάλαι, ἀλλήλαις προςπίπτουσαι, ὥςτε βαστάζειν τὴν ὀροφήν, οἵτινες καὶ συστάται καλοῦνται. Eust. 1326, 21 sqq. et ipse apodosin inutilem ac molestam ducit, quod comparatio heroibus magna vi inter se contendentibus simpliciter adiicitur. Iccirco particulam vel δὴ indicare vel plane abundare putat. Neutrum horum accuratae Homericorum interpretationi et Graeci sermonis proprietati satisfacit. His igitur de causis Veneto aliisque libris eximiis fides erat habenda.

V. 715. Hemistichium posterius adduxit Etym. Or. 108, 15, nihil discrepans a vulgari. Unde vereor, ne Barnesius κατὰ δ' αὖ ν. ῥ. ἱδρως ipse excogitaverit.

V. 716. Priora habet Apoll. in Lex. 608.

V. 718. Nescio, an περιποιητοῖο falso in unum contraxerit Veneti scriba. Interpretes certe utrumque disiunxisse eo apparet, quod de accentu voculae περὶ imponendo disceptant. Eam igitur cum adiectivo iungendam acuere voluit Ascalonita, aliis prudentius obloquentibus, pertinet enim ad nomen praegressum.

οὔτ' Ὀδυσεὺς δύνατο σφῆλαι, οὖδει τε πελάσσαι,
720 οὔτ' Αἴας δύνατο, κρατερὴ δ' ἔχεν ἲς Ὀδυσῆος.
ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἀνίαζον ἐϋκνήμιδας Ἀχαιούς,
δὴ τότε μιν προςέειπε μέγας Τελαμώνιος Αἴας·
Διογενὲς Λαερτιάδη, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
ἤ ἔμ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σέ· τὰ δ' αὖ Διὶ πάντα μελήσει.
725 Ὣς εἰπὼν ἀνάειρε· δόλου δ' οὐ λήθετ' Ὀδυσσεύς·
κόψ' ὄπιθεν κώληπα τυχών, ὑπέλυσε δὲ γυῖα·
κὰδ δ' ἔβαλ' ἐξοπίσω· ἐπὶ δὲ στήθεσσιν Ὀδυσσεὺς
κάππεσε· λαοὶ δ' αὖ θηεῦντό τε θάμβησάν τε.
δεύτερος αὖτ' ἀνάειρε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς,

V. 721. ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοὶ Vind. ed. all. Eust. 1326, 7. Rom. St. et vulgo. — V. 724. ἤ μ' ἀνάειρε sive ἀνάειρ' ἢ ἐγώ σε Vind. ed. Apoll. in Lex. 40. Rom. ol. vulgo. H. et Both. — Ib. δ' ἂν Διῒ π. Both. — V. 727. κὰδ δ' ἔπεσ' ἐξ ὀπίσω V. — V. 731. ἐν δὲ γ. Leptines gramm. — Ib. γνάψεν Vind. quint. — Ib. κάππεσαν Vind. ed. et edd. antiqq. — V. 732. μιάνθη δὲ κονίῃ Vind. quint., male. — V.

V. 721. Haec a variis varie et scripta et exposita fuisse coniici potest. Nam Eustath. 1326, 44. tum intransitivam verbi potestatem agnoscit, tum nominativum exemplarium fide tutum existimat: τὸ δέ, inquit, ἐν τοιούτοις ἀνιάζειν σύνηθες, ἀηδὲς γάρ ἐστι θεαταῖς παλαιστῶν ἐπὶ πολὺ ἰσόῤῥοπος ἅμιλλα. ἔστι δὲ τὸ ἀνίαζον Ἀχαιοὶ ἀντὶ τοῦ ἠνιῶντο, ἀνίαν εἶχον· γράφουσι δὲ καὶ „ἀλλ' ὅτι δή ῥ' ἀνίαζον Ἀχαιούς", καὶ ἔστι τοῦτο σαφέστερον μέν, οὐκ ἐν πολλοῖς δὲ ἀντιγράφοις κείμενον. Contra scholl. ABV., quibuscum Ven. Harl. Lips. Vind. quint. et alii meliorum faciunt, ἀνίαζον εἰς ἀνίας ἦγον reddunt ac vim transitivam inesse censent. Horum igitur consensu permotus, etsi Passovius in Lexic. contra stat, quartum casum cum Wolfio et Heynio recepi; vid. Od. 19, 323. Dammii Lex. Hom. 118, a.

V. 724. Pronomen in disiunctione positum alii inclinant, alii ὀρθοτονούμενον esse volunt, cf. Apollon. de synt. II, 14, 126. et de pron. 311, a., qui contra Abronis aliorumque decreta prius defendit, quanquam formam plenam minime adsurdam habet. Cui opinioni plus ponderis addit Charax; vid. Hermann. de emend. rat. Gr. gr. 75. Atqui isti ἤ ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σέ, ut pronomen et cum disiunctiva et cum verbo instante colliquescat, scribendum putarunt. Quo quidem modo quum tenoris vis prorsus intereat, recentiorum ad normam me composui. Ceterum his verbis impie usus est Caius, Romanorum imperator, Iovis tonantis aemulus, vid. Dion. Cass. LIX. 28. et Sueton. vit. Cai. 22. Bothii suspicioni, cui aliqua est parte 10, 282. 17, 515. favent, nemo veterum succurrit. Usitatum ergo, quod aeque bonum est, minime erit sollicitandum.

V. 726. Κώληπα ut ἅπαξ εἰρημένον notat Apoll. in Lex. 427., add. schol. AB. Eust. 1326, 51. et schol. ad Nicandr. Ther. 424.

κίνησεν δ' ἄρα τυτθὸν ἀπὸ χθονός, οὐδέ τ' ἄειρεν·
ἐν δὲ γόνυ γνάμψεν· ἐπὶ δὲ χθονὶ κάππεσον ἄμφω
πλησίοι ἀλλήλοισι, μιάνθησαν δὲ κονίῃ.
καί νύ κε τὸ τρίτον αὖτις ἀναΐξαντ' ἐπάλαιον,
εἰ μὴ Ἀχιλλεὺς αὐτὸς ἀνίστατο καὶ κατέρυκεν·
Μηκέτ' ἐρείδεσθον, μηδὲ τρίβεσθε κακοῖσιν·
νίκη δ' ἀμφοτέροισιν· ἀέθλια δ' ἶσ' ἀνελόντες
ἔρχεσθ', ὄφρα καὶ ἄλλοι ἀεθλεύωσιν Ἀχαιοί.
Ὣς ἔφαθ'· οἳ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον ἠδ' ἐπίθοντο,
καί ῥ' ἀπομορξαμένω κονίην δύσαντο χιτῶνας.

733. ἀναΐξαντε π. Harl. all. et H. ἀναΐξαντες π. edd. antiqq. — Ib. τετρίτον. W. et Both. — V. 735. μηκέτ' ἐρίζεσθον Vind. ed. et edd. antiqq. ἐρίδεσθον Ven. B. et all. — V. 736. ἀέθλια πόσσ. ἀνέλ. Ammon. de diff. verb. 5. — V. 737. ἀεθλεύσωσι Vind. quint. — V. 738. ἠδὲ πίθ. H. c. paucis. — V. 739. ἀπομορξάμενοι Townl. et all. —

V. 727. Schol. A.: γράφεται κὰδ δ' ἔβαλ', idque et rei consentaneum et plurimorum testimonio certum est.

V. 731. Leptines solus numerale, velut in Od. 9, 209. ἓν δέπας ἐμπλήσας legitur, refingendum putavit. Reliqui omnes id recipi vetant, nec quidquam negotii est hanc causam cognoscere: nam poeta de duobus ἕτερον solet ponere; vid. Il. 2, 217. 5, 146, 288. 22, 266. Od. 7, 123. 12, 101. Deinde κάππεσον, quod poetae dialectus requirit, cum plurimis et optimis integrum praebet Vind. quintus.

V. 733. Augmento verbum instruunt Ven. Vindd. alii et Eust. 1326, 11.

V. 735. Significatio duplex legendi peperit varietatem. Quibus vocalis simplex placuit, ii ad verbum ἐρίζειν, a quibusdam adeo illatum, et eius nomen, luctantium aemulationi consentaneum, respexerunt, vid. schol. B., alii contra ἐρείδειν, sententia haud repugnante et metro adiuvante, consideratius praetulerunt, cf. scholl. A V. et Eust. 1327, 14. Cuius auspiciis Romana, Romanae Stephanus primus obedivit. Nec qui prius probarunt tarditatis inertiaeve vituperationem effugiunt, cf. Damm. Lex. Hom. 443, 6.

V. 736. Quod Ammonius in medium profert, id nostro e versu et 9, 124, 269. in unum coaluit. Nam Bentleius, ne digamma extereretur, ἄεθλα δὲ ἶσ' ἀνελ. libris invitis suasit. Victoriam penes Ulixem fuisse, Achillem vero propter Aiacis necessitudinem par utrique praemium dedisse schol. B. opinatur. At si rem accuratius inspexeris, Victor. interpretem, qui illud vanum falsumque dicit, vere ac prudenter iudicasse concedes.

V. 739. Dualis, ut fieri solet, in quibusdam numero plurali cessit, perperam: nam illum aptiorem esse habendum Ulixis et Aiacis certamen docet.

740 Πηλείδης δ' αἶψ' ἄλλα τίθει ταχυτῆτος ἄεθλα,
ἀργύρεον κρητῆρα, τετυγμένον· ἓξ δ' ἄρα μέτρα
χάνδανεν, αὐτὰρ κάλλει ἐνίκα πᾶσαν ἐπ' αἶαν
πολλόν· ἐπεὶ Σιδόνες πολυδαίδαλοι εὖ ἤσκησαν,
Φοίνικες δ' ἄγον ἄνδρες ἐπ' ἠεροειδέα πόντον,
745 στῆσαν δ' ἐν λιμένεσσι, Θόαντι δὲ δῶρον ἔδωκαν·
υἷος δὲ Πριάμοιο Λυκάονος ὦνον ἔδωκεν
Πατρόκλῳ ἥρωϊ Ἰησονίδης Εὔνηος.
καὶ τὸν Ἀχιλλεὺς θῆκεν ἀέθλιον οὗ ἑτάροιο,
ὅςτις ἐλαφρότατος ποσσὶ κραιπνοῖσι πέλοιτο.
750 δευτέρῳ αὖ βοῦν θῆκε μέγαν καὶ πίονα δημῷ·
ἡμιτάλαντον δὲ χρυσοῦ λοισθήϊ' ἔθηκεν.

V. 750. *δευτέρῳ δ' αὖ* Rom. et all. prior. — Ib. *καταπίονα* V. L. ap. schol. A. *πίονι* Vind. quint. — V. 751. *λοισθῆϊ ἔθ.* Vindd. et ol. vulgo. — V. 753. *πειρήσεσθον* Z. — V. 757. *μεταστοιχεί* Vind. ol. vulgo, H. et Both. — V. 759. *ἐκθορ'*

V. 742 sqq. Strabo I, 70. a. tres fere versus suis inte-xuit, idemque nostra attigit XVI, 1098, 6. Sidoniorum artem Homeri praeconiis celebratam esse schol. Vict. et Eust. 1327, 51. admonent.

V. 746. *Υἷος*, quemadmodum se primum emendasse autumavit Barnesius, in scriptis et editis regnare Heynius ostendit. Unde suspicio oritur Turnebianam, in qua *υἱὸς* fertur, scrum typothetarum *σφάλμα* inquinasse. Verba postrema ex Il. 21, 41., ubi res iam narrata legitur, sunt repetita.

V. 747. Ad hiatum evitandum *ἥρωϊ Πατρόκλῳ Ἰησονίδης Εὔ.* Bentleius et Heynius suaserunt, quod duplici de causa falsum habuerim: primum *ῑ* insolenter producitur, tum dativum *ἥρωϊ* nomini subiungere, nec vero praemittere solet Homerus; cf. 9, 613. 13, 582. 17, 137, 706. 23, 151, 893. Od. 2, 99. 19, 144. 24, 104. Contrarium semel tantum obtinet in Od. 8, 483.

V. 751. *Λοισθῆϊ*, ut a nomine *λοισθεὺς* oriundum et *λοισθήϊ' ἔθ'*, i. e. *λοισθήϊα*, ambigendi materiam attulerunt. Illud scholl. brevis librique vulgares tum scripti tum impressi sectantur, unde apponit interpres: *λοισθῆϊ· τῷ ἐσχάτῳ ἀπὸ εὐθείας λοισθεύς*, add. Eust. 1327, 59. Hoc probant schol. A. et Vict., qui sic commentatur: *ἡ συνήθεια λοισθήϊον ἔκφερ' ἄεθλον* (v. 785.), *οὐ γὰρ κλίνει* (leg. fortasse *κλίνεται*) *λοισθεύς, ὥς τινες. γέγονε δὲ παρὰ τὸ λείπω.* His igitur sponsoribus freti Heynius et Wolfius verbum refinxerunt, neque iniuria. Nominis enim rari et insoliti memoriam frustra quaesivi apud grammaticos.

V. 753. Quod tres ad certamen surrexerint, Ulixes, Aiax minor et Antilochus, Zenodoti dualem iure improbant veteres magistri. Subiunctivum, quem Hermann. in Opusc. II, 24. desiderat, nusquam reperire licuit.

στῆ δ' ὀρθὸς καὶ μῦθον ἐν Ἀργείοισιν ἔειπεν·
Ὄρνυσθ', οἳ καὶ τούτου ἀέθλου πειρήσεσθε.
ὣς ἔφατ'· ὤρνυτο δ' αὐτίκ' Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας,
5 ἂν δ' Ὀδυσεὺς πολύμητις, ἔπειτα δὲ Νέστορος υἱὸς
Ἀντίλοχος· ὃ γὰρ αὖτε νέους ποσὶ πάντας ἐνίκα.
[στὰν δὲ μεταστοιχί· σήμηνε δὲ τέρματ' Ἀχιλλεύς.]
τοῖσι δ' ἀπὸ νύσσης τέτατο δρόμος· ὦκα δ' ἔπειτα
ἔκφερ' Ὀϊλιάδης· ἐπὶ δ' ὤρνυτο δῖος Ὀδυσσεὺς
10 ἄγχι μάλ'· ὡς ὅτε τίς τε γυναικὸς ἐϋζώνοιο
στήθεός ἐστι κανών, ὅντ' εὖ μάλα χερσὶ τανύσσῃ
πηνίον ἐξέλκουσα παρὲκ μίτον, ἀγχόθι δ' ἴσχει
στήθεος· ὣς Ὀδυσεὺς θέεν ἐγγύθεν· αὐτὰρ ὄπισθεν

Οἰλ. 7. Ὀϊλῆος Vind. quint. Lips. — V. 761. στήθεος ἄγχι κ. Thiersch. in gr. Gr. §. 322, 9. — V. 762. πηνίου ἐξέλκ. schol. Aristoph. ad Ran. 586. — Ib. παρὲκ μίτου. V. L. ap. Steph. in Thes. ling. Gr. V, 7553. d. —

V. 757. Versum e superioribus, vid. 358, male huc traductum esse scholl. A V. referunt, unde in Ven. obelus cum asterisco praefigitur. Dilucide rem exponit schol. A.: ὀβελὸς σὺν ἀστερίσκῳ, ὅτι μετενήνεκται ἐνθάδε ἀπὸ τῆς ἁρματοδρομίας. ἐκεῖ μὲν οὖν μεταστοιχὶ λέγει, ἐπὶ στίχον ἵστανται κεκληρωμένον· ἐνταῦθα δὲ οὐκέτι, ἀλλὰ κατὰ ζυγὸν ἡ στάσις λέγεται κατὰ μέτωπον πάντων ἐξ ἴσου ὄντων. Nihil tamen fraudis subodoratus est Eustath. 1328, 7.

V. 758. Finitima his leguntur in Od. 8, 121 sq.

V. 759. Utrumque verbum iis, qui currendo inter alios eminent, adiungitur; receptum autem et librorum consensu et Homeri usu vid. v. 376 sq. praestat Zenodotio, alterum tamen respexit Quint. in Posthom. IV, 514, 550., ubi Homerica imitatur.

V. 761. Thierschius quum in Actis philol. Mon. I, 1, 22, tum in gr. Gr. l. all. verba στήθεός ἐστι κανών aperte corrupta dicit, offensus praesentis indicativo et adverbii elipsi dura atque insolita. Hinc emendat στ. ἄγχι κανὼν et ex antecedentibus ὤρνυτο pro more Homerico advocat; vid. 2, 394. 4, 462. 12, 132. (13, 389.) et 15, 362. Quibus etsi sex alia eiusdem usus exempla suggerit Hermann. in Opusc. II, 48, inventum tamen reiicit, quia in omnibus idem verbum, quod adiectum sit, etiam in comparatione apte poni potuerit, quod non cadat in hunc locum. Neque ipse intercedam, praesertim quum dissimilitudinis vestigium nusquam appareat, et Hermanni sententiam insequentia confirmare videantur. Sufficit ergo Eustathii interpretatio 1328, 42.: τὸ δὲ κανὼν οὐ συντακτέον μετὰ τοῦ στήθεος, ἀλλ' ἰδίᾳ καθ' αὑτό. ἔστι γὰρ ὁ νοῦς, ὅτι ἄγχι μάλα Αἴαντος ἦν Ὀδυσσεύς, καθάπερ στήθεος γυναικὸς ἄγχι μάλα ἐστὶν ὁ τοιόςδε κανών.

V. 762. Horam de explicatione tum prisco tum nostro tem-

ἴχνια τύπτε πόδεσσι, πάρος κόνιν ἀμφιχυθῆναι·
765 κὰδ δ' ἄρα οἱ κεφαλῆς χέ' ἀϋτμένα δῖος Ὀδυσσεὺς
αἰεὶ ῥίμφα θέων· ἴαχον δ' ἐπὶ πάντες Ἀχαιοὶ
νίκης ἱεμένῳ, μάλα δὲ σπεύδοντι κέλευον.
ἀλλ' ὅτε δὴ πύματον τέλεον δρόμον, αὐτίκ' Ὀδυσσεὺς
εὔχετ' Ἀθηναίῃ γλαυκώπιδι ὃν κατὰ θυμόν·
770 Κλῦθι, θεά, ἀγαθή μοι ἐπίῤῥοθος ἐλθὲ ποδοῖιν.
ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυε Παλλὰς Ἀθήνη·
γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρά, πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν.
ἀλλ' ὅτε δὴ τάχ' ἔμελλον ἐπαΐξασθαι ἄεθλον,
ἔνθ' Αἴας μὲν ὄλισθε θέων — βλάψεν γὰρ Ἀθήνη —
775 τῇ ῥα βοῶν κέχυτ' ὄνθος ἀποκταμένων ἐριμύκων,
οὓς ἐπὶ Πατρόκλῳ πέφνεν πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·

V. 765. ἐκ κεφαλῆς V. κεφαλῇ Ambros. — V. 767. ἱέμενοι V. L. ap. schol. A. νίκην ἱέμενοι Lips. — V. 773. ἐπαΐξεσθαι Vindd. all. et vulgo. — V. 777. ἐκ δ' ὄν. βοέου κόπρον Apoll. in Lex. 502. ὄνθου βοέης Suid.

pore disputatum est copiosius, qua de re alias videbimus, confer interim Heynii observatt. et Rost. in Damm. Lex. Hom. 941, 6.

V. 764. Macrobius in Saturnal. V, 13. Homerica scienter explicat hisce: ait ergo divinus poeta ita proximum fuisse qui sequebatur, ut occuparet antecedentis vestigia, antequam pulvis ei superfunderetur.

V. 765. Venetum emendat schol. A., qui addit: γράφεται οἱ κεφαλῆς, in eoque alii omnes conspirant, nec minus Ambrosianum occupavit mendum.

V. 767. Ulixis humanitatem Achivis gratam, Aiacis autem ferociam invisam fuisse putarunt. Inde fuerunt qui ἱέμενοι parum probabiliter restituerunt. Eo spectant scholl. BV. τοῦτο τὸ εὐνοϊκὸν τῶν Ἑλλήνων παρίστησιν. χρειωδέστερος γάρ, ὁ δὲ πρὸς πάντας ἀπηνής. καλῶς δὲ προσέθηκε τὸ μάλα σπεύδοντι κέλευον· τοῖς γὰρ ἀμελοῦσιν ἄτοπον συναγωνίζεσθαι. Idem neque Eustath. 1328, 6. ignorat, neque aliud quidquam voluit Ambrosian., e quo ἱέμενοι excitatur; vid. schol. in Od. a Buttmanno edita p. 595. At νίκης ἱεμένῳ Ulixi esse consociandum alia monstrant; vid. 23, 371, 718; cll. 496, 639. Ernestius pluralem ad Ulixem et Aiacem refert, quod rei est absonum.

V. 772. Scholl. ABV. nimia fortasse severitate versum tanquam inutilem, certantis alacritati incommodum et ex Il. 5, 122. traductum damnant; vid. ad 13, 61. Quare in Veneto obelus cum asterisco ei appingitur.

V. 773. Heynius sine idonea causa ἐπ' ἀΐξεσθαι ἄεθλον reponere vult. Aoristum vero Ven. Ambros. et alii quidam suppedita-

ἐν δ' ὄνθου βοέου πλῆτο στόμα τε ῥῖνάς τε,
κρητῆρ' αὖτ' ἀνάειρε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς,
ὡς ἦλθε φθάμενος· ὁ δὲ βοῦν ἕλε φαίδιμος Αἴας.
στῆ δὲ κέρας μετὰ χερσὶν ἔχων βοὸς ἀγραύλοιο,
ὄνθον ἀποπτύων, μετὰ δ' Ἀργείοισιν ἔειπεν·
Ὢ πόποι, ἦ μ' ἔβλαψε θεὰ πόδας, ἣ τὸ πάρος περ
μήτηρ ὥς, Ὀδυσῆϊ παρίσταται ἠδ' ἐπαρήγει.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπ' αὐτῷ ἡδὺ γέλασσαν.
Ἀντίλοχος δ' ἄρα δὴ λοισθήϊον ἔκφερ' ἄεθλον
μειδιόων, καὶ μῦθον ἐν Ἀργείοισιν ἔειπεν·
Εἰδόσιν ὔμμ' ἐρέω πᾶσιν, φίλοι, ὡς ἔτι καὶ νῦν
ἀθάνατοι τιμῶσι παλαιοτέρους ἀνθρώπους.
Αἴας μὲν γὰρ ἐμεῖ' ὀλίγον προγενέστερός ἐστιν·

II, 697. — Ib. ῥῖνίς τε Harl. — V. 781. ὄνθου ἀποπτ. V. L. ap. Eustath. 1329, 5. — V. 782. τοπάρος περ Vindd. ol. vulgo. H. W. et Both. — V. 784. ἐπ' αὐτῶν Ernest. — V. 787. ὔμμ' ἐρέω libror. pars. —

ruut, medium ex Atticorum usu profectum existimat Eustath. 1329, 21., qui et ipse futurum tenet.

V. 774. Aiacem, pedum velocitate maxime insignem, deae consilio victoriae spe excidisse hoc loco prolato Aristid. II, 335 sq. commemorat.

V. 775. Ὄνθον boum proprium esse nostro fretus versu Thomas Magister 650. perhibet.

V. 777. Apollonii lexico duplex insidet vitium, quorum alterum librariorum socordiae, alterum glossemati adscripto debet originem. Femininum, aetatis inferioris scriptoribus cognitum, nemo praeter Suidam nobiscum communicavit. Aiacem poenas oris protervitate dignas solvisse schol. B. scribit: κεχηνὼς γὰρ ἔτρεχε διὰ τὸ εὐκόλως ἀναπνεῖν. ὁ δὲ τὸν πρεσβύτην λαβραγόρην εἰπὼν (474) κατὰ τοῦ στόματος κολάζεται. add. Eustath. 1329, 6.

V. 782. Ven., ut constanter facit, τὸ πάρος περ divisim exhibet. Cuius praescriptum cur deseramus, nihil nos impellit; vid. ad 1, 6.

V. 783. Minervam virginem cum matre comparari grammaticis displicuit. Quare schol. A., ut ista a reliquis separentur, post μήτηρ ὥς virgula iubet distingui. Iste Ulixem ab Anticlea matre Alalcomeniis in Boeotiae oppidulo Minervae sacro expositum educatumque narrat. Alii, ut interpres Victor., ista Aiacis imprudentia deae iram commotam volunt; vid. Od. 4, 502. Schol. Pindar. ad Nem. III, 1. Homerica produxit.

V. 784. Editore imprudente et invito Lipsiensi ν adhaeret, quo sublato Homericam manum integram habebis; vid. 2, 270. Od. 20, 358, 374. 21, 376.

790 οὗτος δὲ προτέρης γενεῆς προτέρων τ' ἀνθρώπων·
ὠμογέροντα δέ μίν φασ' ἔμμεναι· ἀργαλέον δὲ
ποσσὶν ἐριδήσασθαι Ἀχαιοῖς, εἰ μὴ Ἀχιλλεῖ.
Ὣς φάτο· κύδηνεν δὲ ποδώκεα Πηλείωνα.
τὸν δ' Ἀχιλεὺς μύθοισιν ἀμειβόμενος προςέειπεν·
795 Ἀντίλοχ', οὐ μέν τοι μέλεος εἰρήσεται αἶνος,
ἀλλά τοι ἡμιτάλαντον ἐγὼ χρυσοῦ ἐπιθήσω.
Ὣς εἰπὼν ἐν χερσὶ τίθει· ὃ δ' ἐδέξατο χαίρων.
αὐτὰρ Πηλείδης κατὰ μὲν δολιχόσκιον ἔγχος

V. 792. ἐριζήσασθαι V. L. ap. schol. Victor. ἐριδδήσασθαι Vind. ed. Eust. 1329, 56. ol. vulgo et H. — Ib. Ἀχιλῆϊ V. L. ap. schol. Victor. — V. 795. Ἀντιλόχου μ.. et μέλος Etym. M. 36, 25 — V. 797. ὁ δὲ δέξατο Vind. quint. Lips. all. et H. —

V. 791. Nomen ὠμογέρων, quo vel senectutem primam eaque de causa vegetam, vel praematuram et ante tempus legitimum ingruentem significari dicunt, multorum curam ut ἅπαξ εἰρημένον advertit; cf scholl. ABD. Eustath. 1330, 9 sqq. Apoll. Lex. 728, cuius glossa depravata videtur, Etym. M. 821, 49. Hesych. II, 1590. Suid. II, 756. alios.

V. 792. Mensurae defectum vario modo studuerunt resarcire, at libri meliores, quorum ad auctoritatem rediit Wolfius, litera simplici sunt contenti; syllabam igitur caesurae vi produci sequitur. De verbi etymo breviter ac dilucide praecipit Eustath. 1330, 16.: ἐριδήσασθαι δὲ τὸ ἐρίσαι. ἀπὸ τοῦ ἐριδῶ, ἀφ' οὗ ἐριδαίνω καὶ ἐριδμαίνω. ὡς γὰρ δεύτερος μέλλων τοῦ καθέζω ὁ καθεδῶ, οὕτως ἐρίζω ἐριδῶ, οὗ ἀναδραμόντος εἰς ἐνεστῶτα γίνεται τὸ ἐριδῶ ἐριδήσω ποιητικῶς, add. schol Vict. Etym. M. 633, 41. Phavor. 747, 24. Insuper P. Knightio et Bothio quum Homerus alias semper Ἀχιλῆϊ dicat, Ἀχιλλεῖ trisyllabum molestum videtur. Ut igitur incommodo utrique medeatur, Bothius tentat: πόσσ' ἐριδήσασθαι Ἀχαιοῖς, εἰ μὴ Ἀχιλῆϊ. At fumum fugiendo in ipsam flammam decidit criticus. Primum enim Ἀχαιοῖς apud tragicos quidem, nec vero apud Homerum et epicos, qui ad eius exemplar sua instituerunt, anapaestum aut efficit aut efficere potest, deinde εἰ μὴ interdum sane ita dispescuntur, ut conditionalis priori, negativa posteriori pedi annumeretur; vid. 9, 231. 17, 71. Od. 9, 278. 12, 326., sed in versus clausula id nunquam fit, denique, si Homero Ὀδυσεῖ, Πηλεῖ, Πορθεῖ, (cf. Thiersch. gr. Gr. §. 194, 46, c.) concessa fuerunt, quid tandem sit, quod dativo Ἀχιλλεῖ obstet, haud intelligo.

V. 793. Vid. Od. 16, 212. Apoll. Lex. 422.

V. 795. In Etym. M. particulam cum vocativo perperam esse conflatam et libri et alii indicant testes; cf. Apollon. Lex. 55. et Sophocl. schol. ad Trach. 898.

V. 796 exstat apud Pollucem On. IX, 54.

V. 799. Priores versum mancum protulerunt, ex Eustath.

θῆχ' ἐς ἀγῶνα φέρων, κατὰ δ' ἀσπίδα καὶ τρυφάλειαν,
τεύχεα Σαρπήδοντος, ἅ μιν Πάτροκλος ἀπηύρα.
στῆ δ' ὀρθὸς καὶ μῦθον ἐν Ἀργείοισιν ἔειπεν·
"Ἄνδρε δύω περὶ τῶνδε κελεύομεν, ὥπερ ἀρίστω,
τεύχεα ἑσσαμένω, ταμεσίχροα χαλκὸν ἑλόντε,
ἀλλήλων προπάροιθεν ὁμίλου πειρηθῆναι.
ὁππότερός κε φθῇσιν ὀρεξάμενος χρόα καλόν,
ψαύσῃ δ' ἐνδίνων διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα·
τῷ μὲν ἐγὼ δώσω τόδε φάσγανον ἀργυρόηλον,

V. 799. κατ' ἀσπίδα Vind. ed. et editt. prisc. ἠδ' ἀσπίδα lib. un. — V. 803. ἑλόντες V. L. ap. schol. A. — V. 804. ἀλλήλους V. — V. 805. φθῆσιν Rom. et ol. vulgo. — V. 806. ἐνδείνων Apoll. in Lex. 265. —

1330, 50. et melioribus facile supplendum, idque illo duce iam Stephanus fecit.

V. 800. Ob duplicem nominis κλίσιν priora adscripsit Apoll. in Lex. 595. cf. ad 5, 633.

V. 803 sqq. Schol. A.: συναπτέον πάντα μέχρι τοῦ χαλκὸν ἑλόντες, οὐ λείποντος τοῦ μάχεσθαι ἢ τοῦ τοιούτου. καὶ γὰρ μόνον αὐτὸ κελεύειν εἴωθε τιθέναι καθ' ἑαυτὸ ὁ ποιητής, ὡς ἐν Ὀδυσσείᾳ (21, 175.) „Ἀντίνοος δ' ἐκέλευσε Μελάνθιον, αἰπόλον αἰγῶν" καὶ ἐν τῇ ἑξῆς ῥαψῳδίᾳ (v. 90.) „τίπτε με κεῖνος ἄνωγε μέγας θεός"; καὶ μετ' ὀλίγον ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς ἀναγνωστέον ὁππότερός κε φθῇσιν ὀρεξάμενος καὶ ὑποστικτέον μέλαν αἷμα, εἰ μὲν γὰρ συνάπτοιμεν τὸ ἄνδρε δύω, ὁππότερός κε φθῇσιν, σολοικισμὸς γίνεται. Quae vix intelligas, nisi cum Heynio statueris versum 804. in quibusdam exemplaribus aut defuisse aut spurium habitum esse, eius autem suspicionis fides eo augetur, quod in Venet. asteriscus adiectus cernitur. Praeterea et apud scholiastem ἑλόντε emendetur oportet, et ἀλλήλων plurimorum suffragiis nixum male abiit in quartum casum, ab hoc loco alienum. Medio denique ex versu ταμοσίχροα χαλκὸν sublegit Gregor. Cor. de dial. 480.

V. 805. Subiunctivi notam subscribunt libri, alii, ut Aristophanes, φθήῃ exhibent.

V. 806 sqq. Priusquam ad hos versus et examinandos et a suspicione, qua premuntur, liberandos accedamus, iudicum veterum ac recentiorum placita enumeremus necesse est. Illi quidem, nostris verecundiores, duo solum v. 806 et 810 obelo apposito spuriae originis condemnant. Quod ad priorem attinet, notationis huius rationem schol. A. reddit ita: ἀθετεῖται, ὅτι ἐνδίνων θέλει λέγειν τῶν ἐντοσθιδίων σπλάγχνων· ἕως γὰρ τοῦ ἀμύξαι μόνον τὸν χρῶτα μονομαχοῦσι καὶ „διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα" ἐκ τῆς Δολωνείας (v. 298.) μετάκειται. Victor. autem scribit: ἀθετεῖ τὸν στίχον Ἀρίσταρχος· οὐ γὰρ εἰς τὸ ἄγων (ἀγωνίζεσθαι Heyn.)· ἐνδίνων δὲ ἀκούει ἔνδον τοῦ χρωτὸς (corrig. τὰ ἔνδον τ. χρ.).

καλόν, Θρηΐκιον, τὸ μὲν Ἀστεροπαῖον ἀπηύρων.
τεύχεα δ' ἀμφότεροι ξυνήϊα ταῦτα φερέσθων·

V. 810. *παραθήσομαι* Vind. quint. Eustath. 1330, 6. Rom.

Posthaec ultima ex Iliados decima petita esse narrat, Aristophanem vero singula sic constituisse:

ὁππότερός κε πρόσθεν ἐπιγράψας χρόα καλὸν
φθήῃ ἐπευξάμενος διά τ' ἔντεα καὶ φόνον ἀνδρῶν.

Eustath. 1331, 7. eiusdem Aristophanis lectionis memor hoc solo differt, quod *πρῶτος ἐπιγρ.* et *φόνον ἀνδρὸς* illius fuisse ponit. Porro v. 810. schol. A. spurium censet: epulas enim omnibus, qui decertaverint, fuisse apparandas, neque iis tantum, qui minime fecerint plus aliis. Heynius totum locum molestum et vix a primo huius rhapsodiae poeta conditum autumat, neque ensem Thracium apte commemorari et versum 809. plane absurdum videri dicit. Bothius ab illis reprehensa audacius iactat ac versus sex ineptiarum plenos, tanquam ab Homero auferendos, circumscribit. Bentleius denique lectione Aristophania ex parte recepta litem compositam existimat: ergo scribit, versu uno sublato: *ὁππότερός κε φθήῃ ἐπιγράψας χρόα καλόν, τῷ μὲν ἐγὼ δώσω κ. τ. λ.* Ut igitur singula, quae obiecerunt, diluamus, versum priorem maiore implicitum difficultate studiosius tractemus oportebit. Iam ei testimoniorum copia quodammodo subsidio est, sicut Apoll. in Lex. 265. Etym. M. 339, 14. Et. Orion. 52, 16. Hesych. I, 1222. Zonar. I, 734. Phavor. 644, 46. Qui etsi nominis originem incertam et parum exploratam fuisse ostendunt, nostra tamen omnibus cognita fuisse abunde demonstrant. Horum autem plerique cum aliis *ἔνδινα* non tam viscera, quam corpus armorum tegumento involutum significare tradunt. Eam in sententiam disputant scholl. A D.: *τῶν ἐντὸς τῶν ὅπλων μελῶν, ἀπὸ τοῦ ἐνειλεῖσθαι* (leg. *ἐνδύσασθαι*) *αὐτὰ θώρακι. οἱ δὲ ἀποδιδόντες ἐντέρων ἀγνοοῦσιν· οὐ γὰρ μέχρι τοῦ θανάτου μονομαχοῦσι.* cf. Eust. 1331, 3 sqq. Etymol. M. l. all., scholiastae ope corrigendum, vid. Apollonium et eius interpretes, ac praecipue Etym. Orion., in quo haec habes: *ἔνδινα τὰ ἔντερα Ὅμηρός φησιν· ψαύῃ δ' ἐνδίνων. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ἐτυμολογεῖ ἔνιά τινα ὄντα τὰ ἐντὸς τῶν ἰνῶν, ἢ ἁπλῶς τῶν μελῶν καὶ παρὰ τὸ ἐντὸς εἶναι τῶν ὅπλων. οὕτως εὗρον ἐν Ὑπομνήματι τῆς Ἰλιάδος.* Quorum ultima mutilata ducit Larcherus, frustra; vid. Phavor. 644, 41. eadem plane proferentem. Verum enim vero, si recte auguror, ne Aristarchus quidem nostra litura induxit, sed olim vel ab ipso vel ab aliis addubitatis prospexit interpretando. Ista vero explicatione nos parum aut nihil proficere aliquis obiiciat. Nam si quis adversarii corpus per arma et sanguinem atrum ense percusserit, gravius, quam exspectatur, vulnus illi infligi consequens est. Ad quod incommodum removendum alii alia via sunt progressi: ita Dammius in Lex. Hom. 279, c. *διὰ* a *ψαύσῃ* avulsum ad *αἷμα* censet pertinere, ut sit *διαψαύσῃ*, i. e. pertingat usque ad sanguinem sive arma alterius sic perfodiat, ut sangui-

0 καί σφιν δαῖτ' ἀγαθὴν παραθήσομεν ἐν κλισίῃσιν.
Ὣς ἔφατ'· ὦρτο δ' ἔπειτα μέγας Τελαμώνιος Αἴας,

all. et H. —

nem eliciat, vid. ib. 381, 6. v. ἔνδινα. Hunc ducem Vossius sequitur Homerica ita interpretatus:

Wer nur den blühenden Leib des anderen eher verletzet,
Durch die Waffen das Fleisch und dunkele Blut ihn berührend.

Wolfius vero commate post ἔντεα illato, quod Vindd. habent, ultima καὶ μέλαν αἷμα cum versu antecedenti iunxisse videtur, hoc quidem modo: φθήῃσιν ὀρεξάμενος χρ. καλὸν καὶ μέλαν αἷμα διά τ' ἔντεα. Sed alteri structura verbi ψαύειν, quod quartum casum apud Homerum vix admittit, intercedit, altero singula artificiosius et contortius necti facile apparet. Longe igitur praeferenda erit Eustathii ratio, quam l. all. proponit: ἦν δὲ σκοπὸς τοῖς ὁπλίταις ἀεθλευταῖς ψαύειν ἐνδίνων ἐν τῷ διασχεῖν δόρατι τὰ ἐπιπολάζοντα ὅπλα, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ „διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα", ὅπερ ἢ τὴν διὰ πρόθεσιν ἀντὶ τῆς κατὰ συντάσσει, ἢ ἀντιπτωτικῶς εἴληπται ἀντὶ τοῦ διά τε ὅπλων καὶ αἵματος. Quem enim finem veteribus armis inter se certantibus fuisse perhibet, eum et rei convenire et omnium temporum ac populorum consuetudine usuque solum firmari perspicuum est. Hinc poeta victori sanguinem eliciendum, et proinde ad interioris corporis partes penetrandum esse aperte indicat: itaque ultima utrumque eorum, quae prius dixit, complectuntur. Achilles enim superiorem fore pronuntiat eum, qui ense per arma et sanguinem adacto internum adversarii corpus laeserit, i. e. sanguinem vere excusserit. Tantum autem abest, ut vulnus eiusmodi letale sit, ut se victori et victo epulum in tentorio daturum esse Achilles promittat. Quod qui parum intellexissent, eo sunt delapsi, ut versum delendum iudicarent. At sanguinem e corpore exeuntem non continuo mortem sequi, Homerus bene novit; vid. 5, 208. Neque Heynius, qui in ipso versu 805. molestiam quaerit et ὀρεξάμενος χρόα, cuius loco ἀψάμενος χροός requirit, ab Homero alienum ducit, quidquam efficit; vid. ad 16, 314. et Heynii ipsius observationes ad 4, 307. Quod si quis erit, cui haec omnia parum probabilia et expedita fuerint visa, is, nobis permittentibus, versum antiquiorum dubitationibus obnoxium tollat et iudicio fruatur suo. At proximi certo strage communi erunt eximendi: etenim quo ordine singulorum certaminum praemia fuerint proposita, vel poeta vel Achilles, si ab ultimo v. 884 sqq. discesseris, ubi, quanquam Agamemno ac Meriones ἀκονιτὶ discedant, Atridam tamen victorem esse habendum narratio ipsa manifesto prodit, semper praedixit accurate. Quare eius rei indicium hinc abesse novum sane et inauditum foret. Neque arma Sarpedonis inter utrumque communiter distribuenda magnopere offendere possunt; vid. v. 823. Quod quomodo Achilles instituerit aut instituere voluerit, nemo anxie quaeret, qui se in carmine versari meminerit. Versui denique 810. ex eo venia est petenda, quod principes virtute insignes lautis conviviis apud

ἂν δ' ἄρα Τυδείδης ὦρτο, κρατερὸς Διομήδης.
οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ἑκάτερθεν ὁμίλου θωρήχθησαν,
ἐς μέσον ἀμφοτέρω συνίτην μεμαῶτε μάχεσθαι,
815 δεινὸν δερκομένω· θάμβος δ' ἔχε πάντας Ἀχαιούς.
ἀλλ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες,
τρὶς μὲν ἐπήϊξαν, τρὶς δὲ σχεδὸν ὡρμήθησαν.
ἔνθ' Αἴας μὲν ἔπειτα κατ' ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην
νύξ', οὐδὲ χρό' ἵκανεν· ἔρυτο γὰρ ἔνδοθι θώρηξ.
820 Τυδείδης δ' ἄρ' ἔπειτα ὑπὲρ σάκεος μεγάλοιο

V. 814. ἀμφοτέρων Lips. Eust. 1331, 18. et ol. vulgo. — V. 815. δερκόμενοι Harl. et V. L. ap. schol. A. — Ib. sub fin. ἔχεν εἰσορόωντας V. L. ap. eundem. — V. 816. ἴσαν V. L. ap. Eustath. 1131, 19. — V. 819. ἐρῦτο Barnes. — Ib. θώραξ Vind. quint. — V. 820. Τυδείδης δ' ἤπειτ' ἄρ' ὑπ'

Homerum passim excipiuntur, velut Idomeneus 4, 258., Aiax 7, 321., alii alibi. Quapropter iis, qui certamine gravissimo et periculosissimo feliciter defuncti erant, honorem singularem et praecipuum habitum esse mirabitur nemo. Hoc quidem modo versum iam tuitus est schol. Victor: δεῖ γὰρ, inquit, ἐπιχυδέστερόν τι ἔχειν τὴν ὁπλομαχίαν. Quae non significant, quemadmodum Heynius opinatur, armorum certamini inutile quiddam sive supervacaneum tribui oportet, verum maius quid et cumulatius illi concedendum fuit. Interpres ergo versum non proscribendum, sed ab aliorum libidine defendendum existimat. Pluralem autem παραθήσομεν, Wolfio obsequutus, e Veneto aliisque melioribus revocavi.

V. 813 sq. Cf. 3, 340.

V. 814 Genitivus, quum neque conciones nec populi duo adsint, aliis e locis perperam immigravit; vid. 6, 120.

V. 815. Iterum ad aliorum similitudinem et numerum et versus-clausulam immutarunt; cf. 3, 342. 4, 79. Usitato opem fert Od. 3, 372.

V. 816. Eustathii discrepantiam participium non minus quam Homeri sermo respuit; vid. 1, 15. 5, 14, 630, 850. 6, 121. 11, 232. 13, 604. 20, 176. 21, 148. 22, 248. In fine ἰόντες scriptorum numerus commendat; vid. ad 6, 121.

V. 817 sq. Heynius priorem vel expungendum, vel parenthesi includendum dicit, illud, versu circumscripto, verum propius iudicat Bothius. Equidem nihil inepti inutilisve subesse crediderim: nam heroes priusquam enses incutiant, experiundi causa ter concurrunt et se petunt invicem, tunc demum Aiax Tydidae ferit clypeum, Diomedes autem cuspidem Telamonii intendit cervici. Veteres dicunt Aiacem pro more suo simplicius ac generosius pugnare, Diomedem arte doloque uti.

V. 819. Vid. ad 6, 403.

αἰὲν ἐπ' αὐχένι κῦρε φαεινοῦ δουρὸς ἀκωκῇ.
καὶ τότε δή ῥ' Αἴαντι περιδδείσαντες Ἀχαιοὶ
παυσαμένους ἐκέλευσαν ἀέθλια ἶσ' ἀνελέσθαι.
αὐτὰρ Τυδείδῃ δῶκεν μέγα φάσγανον ἥρως
σὺν κολεῷ τε φέρων καὶ ἐϋτμήτῳ τελαμῶνι.
Αὐτὰρ Πηλείδης θῆκεν σόλον αὐτοχόωνον,
ὃν πρὶν μὲν ῥίπτασκε μέγα σθένος Ἠετίωνος·
ἀλλ' ἤτοι τὸν ἔπεφνε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς,
τὸν δ' ἄγετ' ἐν νήεσσι σὺν ἄλλοισι κτεάτεσσιν.

Bentl. coni. — V. 821. ἔκυρσεν Apoll. in Lex. 283. — Ib. ἀκωκήν V. Vind. quint. Lips. all. ἀκωκῇ Vind. un. — V. 825. ἐϋδμήτῳ Ald. sec. et schol. B. — V. 827. τὸν πρὶν μ. Townl. et V. L. ap. Eust. 1331, 39. — V. 828. τὸν π. lib. un. — V. 829. τὸν δ' ἄγαγ' ἐν ν. Harl., male. —

V. 820. Bentleii coniectura verba aliter, atque poetae usus fert, transponit.

V. 821. Apollonii ἔκυρσεν· ἐπέτυχεν, num versum huncce spectet, dubium potest haberi. Deinde ἀκωκήν, tametsi bonos invasit libros, Homeri perspicuitati officere neminem latebit. Recte igitur in dativo subsistunt Vindd. alii et Eust. 1331, 22.

V. 825 sq. Duos iterum versus Homero detractos et serius intrusos volunt scholl. A V., qui vel Aristophanem vel Aristarchum huius sententiae auctorem edunt. Neutro enim vulnerato praemia inter utrumque aequaliter dividenda fuisse existimant, Achillem insuper, inimicitia Diomedis vix sedata, cum Aiace litem stolide inire schol. Vict. monet. Idem vero et Eustath. 1331, 26 sqq. rem vario modo excusant. Schol. quidem dicit certamine minus dirempto arma Achillis fuisse, eumque, ut antea (v. 736.) Aiaci, nunc Diomedi se munificum praebere. Eustathius Diomedem, quod Achivi e praesenti vitae discrimine eripuerint Aiacem, velut victorem abiisse statuit, ideoque ensem Thracium ei tradidisse Achillem; reliqua arma inter utrumque, sicut praedixerat, divisisse. Ceterum miror neminem eorum, qui haec respuerent, ultima e libro 7, 304. traducta dixisse. Ad illum autem locum de ambigua adiectivi scriptura breviter disputavi.

V. 826. Epitheton αὐτοχόωνος semel obvium subinde exponunt grammatici; vid. scholl. AVD. Eust. 1332, 6. Apoll. in Lex. 178. Hesych. I, 631. alios. Versus vel integer vel maiore ex parte adest in eodem Apoll. Lex. 608. in Etym. M. 319, 33. et in schol. ad Od. 4, 626. 8, 190.

V. 827. Relativum cum scriptis habet schol. ad Od. 8, 190.

V. 828. Eustath. 1331, 41. poetico, ut fieri solet, tritum ac pedestre supposuit hisce: Ἀχιλλεὺς δὲ κτείνας ἐκεῖνον τὸν σόλον ἄγετο κ. τ. λ.

830 στῆ δ' ὀρθὸς καὶ μῦθον ἐν Ἀργείοισιν ἔειπεν·
"Ορνυσθ', οἳ καὶ τούτου ἀέθλου πειρήσεσθε·
εἴ οἱ καὶ μάλα πολλὸν ἀπόπροθι πίονες ἀγροί,
ἕξει μιν καὶ πέντε περιπλομένους ἐνιαυτοὺς
χρεώμενος· οὐ μὲν γάρ οἱ ἀτεμβόμενός γε σιδήρου
835 ποιμὴν οὐδ' ἀροτὴρ εἶσ' ἐς πόλιν, ἀλλὰ παρέξει.
Ὣς ἔφατ'· ὦρτο δ' ἔπειτα μενεπτόλεμος Πολυποίτης,
ἂν δὲ Λεοντῆος κρατερὸν μένος ἀντιθέοιο,
ἂν δ' Αἴας Τελαμωνιάδης καὶ δῖος Ἐπειός.
ἑξείης δ' ἵσταντο· σόλον δ' ἕλε δῖος Ἐπειός,
840 ἧκε δὲ δινήσας· γέλασαν δ' ἐπὶ πάντες Ἀχαιοί.
δεύτερος αὖτ' ἀφέηκε Λεοντεύς, ὄζος Ἄρηος·
τὸ τρίτον αὖτ' ἔρριψε μέγας Τελαμώνιος Αἴας
[χειρὸς ἄπο στιβαρῆς, καὶ ὑπέρβαλε σήματα πάντων.]
ἀλλ' ὅτε δὴ σόλον εἷλε μενεπτόλεμος Πολυποίτης,

V. 832. ἀργοὶ Ald. sec., perperam. — V. 835. παρ' ἕξει V. — V. 836. ὣς φάτο Vind. quint. — V. 842. τοτρίτον W. et Both. — Ib. δ' αὖ ἔρριψε Eustath. 1332, 31. — V. 843. πάντα Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 844. ἀλλ' ὅτε μὲν V. — V. 845. τὶς ἐρρ. V. καλάβροπα Harl. — V. 846. τ' ἑλισσομένη V. Townl. — V. 851. πελέκεις Vind. ed. Ald. sec. — V. 852. στῆσεν. Lips. στῆσε, ut solet, H. — V.

V. 837 sq. In Harleiano ordine inverso leguntur. Eustath. 1332, 29. noto et usitato concinit.

V. 843. Schol. A.: ὅτι δυεῖν προδεδισκευόντων ἔδει εἰπεῖν ἀμφοτέρων· μετήνεκται δὲ ἐκ τῆς Ὀδυσσείας (8, 192)· καὶ ἐκεῖ εὐλόγως ἐστὶν „ὑπέρβαλε σήματα πάντων"· πλείονες γὰρ δισκεύουσι. Neque aliter schol. Victor, excusationem ab Odyss. 21, 230. ductam aspernatus, iudicat. Quare in Ven. obelus cum asterisco apponitur, et Wolfius aliique assentiuntur. In Odyssea autem hodie fertur: ὑπέρπτατο σήματα πάντα, quorum de altero, quantum scio, huius editores tacent, alterum neque ab Odyssea abest, et in vulgaribus Iliados libris non minus quam apud Eustath. 1332, 33. conspicitur. Itaque Heynius πάντα ab eo, qui versum dubium a suspicione liberare voluerit, excogitatum esse sine iusta causa arbitratur.

V. 845. Nomen ἅπαξ εἰρημένον Apoll. in Lex. 381. respicit. add. Scholl. ABD. Eust. 1332, 46. Etym. M. 485, 37., qui ad unum omnes ῡ retinent. Ven. hoc versu particulam numeris congruam male omittit.

V. 850. Ἰόεντα σίδηρον Apoll. in Lex. 364. reddit τὸν εἰς ἰῶν χρείαν, ὅ ἐστι τῶν βελῶν, cf. scholl. AB. Eustath. 1332, 60. Suid. II, 122. Phav. 946, 2. Ei etymologiae, quod ἰὸς primam

5 ὅσσον τίς τ' ἔρριψε καλαύροπα βουκόλος ἀνήρ·
ἡ δέ θ' ἑλισσομένη πέτεται διὰ βοῦς ἀγελαίας·
τόσσον παντὸς ἀγῶνος ὑπέρβαλε· τοὶ δ' ἐβόησαν.
ἀνστάντες δ' ἕταροι Πολυποίταο κρατεροῖο
νῆας ἔπι γλαφυρὰς ἔφερον βασιλῆος ἄεθλον.
0 Αὐτὰρ ὁ τοξευτῇσι τίθει ἰόεντα σίδηρον,
κὰδ δ' ἐτίθει δέκα μὲν πελέκεας, δέκα δ' ἡμιπέλεκκα·
ἱστὸν δ' ἔστησεν νηὸς κυανοπρώροιο
τηλοῦ ἐπὶ ψαμάθοις· ἐκ δὲ τρήρωνα πέλειαν
λεπτῇ μηρίνθῳ δῆσεν ποδός, ἧς ἄρ' ἀνώγει
5 τοξεύειν. ὃς μέν κε βάλῃ τρήρωνα πέλειαν,
πάντας ἀειράμενος πελέκεας οἶκόνδε φερέσθω·
ὃς δέ κε μηρίνθοιο τύχῃ, ὄρνιθος ἁμαρτών —
ἥσσων γὰρ δὴ κεῖνος — ὁ δ' οἴσεται ἡμιπέλεκκα.
Ὣς ἔφατ'· ὦρτο δ' ἔπειτα βίη Τεύκροιο ἄνακτος,

853. ψαμάθοιο Vind. ed. et ol. vulgo. ψαμάθου Barn. Ernest. — Ib. ἐκ δὴ Barn. — V. 854. δῆσεν πόδα V. L. ap. schol. A. — Ib. ἧς γάρ et ὡς γὰρ ἄν. VV. LL. ap. eund. et ultim. Vind. quint. Vict. ἣν ἄρ' ἄν. Harl., male. — V. 856. κλισίηνδε φερέσθω Vindd. all. Eust. 1333, 5. ol. vulgo et H. φέρεσθαι V. L. ap Eust. l. l. — V. 858. ὅδ' οἴσεται Vind. ed. ol. vulgo et H. —

producit, iure obviam eunt viri docti, velut **Askewius** et **Heynius**, ac nostrum cum aliis vel iisdem *μέλανα* explicant; cf. **Passov.** in Lex. h. v. et interpr. ad Apoll. l. all.

V. 853. E Venet. Harl. Vind. quint. et aliis, quibus **Eustath.** 1333, 2. accedit, dativum, poetae familiarem et numeris consentaneum, reduxerunt.

V. 854. *Δῆσεν πόδα* qui dederunt, eos in sequentibus *τῆς ἄρ' ἄν.* scripsisse verisimillimum est. At genitivus Homeri sermoni conducit.

V. 856. *Κλισίηνδε φερέσθω* plerisque traditum Heynius praeferendum censet; id vero alteri potius interpretandi caussa adiectum videbitur.

V. 857. Acute et vere schol. A.: *ἡ διπλῆ, ὅτι βέλτιον ἦν τοῦτο μὴ προλέγεσθαι ὑπὸ Ἀχιλλέως· ὥςπερ προγινώσκοντος τὸ ἀπὸ τύχης συμβησόμενον*, add. **Eustath.** 1333, 42 sqq.

V. 858. Parum considerate egerunt plerique, qui demonstrativum ab usu Homerico alienum intulerunt. Bene igitur praecipit schol. A.: *δύο μέρη ἐστὶ λόγου, ὁ καὶ δέ· διὸ βαρυτονητέον. οὐ γὰρ δεικνύουσιν ἤδη τὸν οἴσοντα τὰ ἡμιπέλεκκα, ἀλλὰ κατὰ ἀναφορὰν ἀποφαίνεται.*

860 ἂν δ' ἄρα Μηριόνης, θεράπων ἐῢς Ἰδομενῆος.
κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες·
Τεῦκρος δὲ πρῶτος κλήρῳ λάχεν. αὐτίκα δ' ἰὸν
ἧκεν ἐπικρατέως, οὐδ' ἠπείλησεν ἄνακτι
ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέξειν κλειτὴν ἑκατόμβην.
865 ὄρνιθος μὲν ἅμαρτε· μέγηρε γάρ οἱ τόγ' Ἀπόλλων·
αὐτὰρ ὃ μήρινθον βάλε παρ πόδα, τῇ δέδετ' ὄρνις·

V. 861. βάλλον ἑλ. Apoll. in Lex. 401. — V. 863. οὐ δ' ἠπείλ' ἄν. H.— V. 865. ἅμαρτ' ἐμέγηρε Both. μέγηρε δέ οἱ vel γέ οἱ Heyn. et Both. coniecturae. — V. 867 et 86. ἀντικρὺς Both. — V. 869. πρωὶ Vind. ed. et all. — Ib. αὐτὰρ Vind. quint. et Ald. sec. — V. 870

V. 861. Apollonii βάλλον Tollius nostrum versum, Bothius Il. 3, 316. qui idem est, spectare putavit. Itaque uterque βάλλον ἑλόντες Homero vel reddere voluerunt, vel ut Bothius in priore fecit libro, restituerunt, in auxilium vocans 7, 176, 187, 23, 352. At isti conatui non modo libri obnituntur omnes, verum πάλλειν (sortiri), quod eventus rei statim subsequitur, hinc certe removeri nequit; vid. diar. scholast. Darmstad. ann. 1831, II, p. 808. Uterque autem Tollius ac Bothius turpius etiam eo sunt lapsi, quod coniecturam suam Etymologici magni leviter corrupti fide stabiliendam dicunt. Etenim eius auctor quum inter alia Homeri testimonia 519, 13. haec ponat: καὶ „Ἔβαλον κλήρους· καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ἰωνᾶν" priora tanquam ex Homero desumpta, Apollonii lectionem egregie adiuvare volunt. At tantum abest, ut illa Homerica sint, ut integra in LXX. interpretum versione prophetae Ionae I, 7. exstent. Priora vero duo in Psalm. XXI, 19. et in Matth. evangel. XXVII, 31. insuper leguntur.

V. 863. Heynius nulla adductus necessitate adverbia separavit; vid. schol. A. Eust. 1333, 53. schol. ad Od. 8, 383. Etym. M. 121, 4.

V. 865. Bothius, de suo, ut amphibrachum duplicem arceret, Homerica immutavit, nemine concinente. Verbum copiosius illustravit Buttmann. in Lexil. I. 259 sqq.

V. 867. Promiscue et sine ullo delectu ἀντικρύ, ἀντικρὺς et ἄντικρυς Homero obtrudit editor novissimus; cf. ad 17, 49.

V. 870 sq. Meriones et Teucer duobusve an uno arcu certaverint, magistri veteres quaesiverunt. Illud quidem vero haud absimile habuit is, qui Massiliensis lectionem excudit; cf. Eustath. 1334, 6. et schol. B. Plerique vero arcum communem, sagittam vero suam utrique fuisse iudicarunt. Quod ut clarius in oculos incurreret, Antimachus Teucri nomen inseruit, testibus schol. Vict. et Eustathio. Schol. quidem A. ἐξείλετο τόξον Χερσίν, ut Antimachium, cuius differentia minor est, profert, sed Teucri nomen ex eius commentario excidisse crediderim. Hoc igitur, etsi nihil mutabant, plerosque et Aristarchum suo probasse assensu schol. A. refert, dum ita disserit: ὁ μὲν Ἀρίσταρχος διὰ τῶν ὑπομνημάτων ἐπειγόμενον βούλεται τὸν Μηριόνην ἐκσπάσαι τῆς

ἀντικρὺ δ' ἀπὸ μήρινθον τάμε πικρὸς ὀϊστός.
ἡ μὲν ἔπειτ' ἤϊξε πρὸς οὐρανόν, ἡ δὲ παρείθη
μήρινθος ποτὶ γαῖαν· ἀτὰρ κελάδησαν Ἀχαιοί.
870 σπερχόμενος δ' ἄρα Μηριόνης ἐξείρυσε χειρὸς
τόξον· ἀτὰρ δὴ ὀϊστὸν ἔχεν πάλαι, ὡς ἴθυνεν.
αὐτίκα δ' ἠπείλησεν ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι
ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέξειν κλειτὴν ἑκατόμβην.

sq. σπερχόμενος δ' ἄρα Μ. ἐπεθήκατ' ὀϊστὸν τόξῳ· ἐν γὰρ χερσὶν ἔχ. π. Massiliensis. σπερχ. δ' ἄρα Μ. ἐξείρυσε Τεύκρου τόξον· χερσὶ δ' ὀϊστὸν ἔχ. Antimachus. — Ib. ἕως ἴθυνεν V. L. ap. schol. B. ὡς ἰθύνοι Voss. ad hymn. in Cer. 273. —

τοῦ Τεύκρου χειρὸς τὸ τόξον· καὶ γὰρ κοινὸν τῶν ἀγωνιζομένων αὐτὸ εἶναι, ὥσπερ τὸν δίσκον. τὸ δὲ „ἀτὰρ ὀϊστὸν ἔχεν πάλαι“ ἐπὶ τοῦ Τεύκρου (corr. cum Heyn. Μηριόνου) ἀκουει, add. schol. B. et Eustath. 1334, 9. His iam peractis superest, ut de extrema versus parte breviter videamus, praesertim quum clausula ὡς ἴθυνεν obscure et ambigue dicta esse videatur. Schol. igitur B. ait: τὸν μὲν οὖν ὀϊστὸν κατεῖχε πάλαι ὁ Μηριόνης, ἕως ἴθυνε ὁ Τεῦκρος καὶ ἐτόξευε λαχὼν πρῶτος. Apertum est inde legisse eum ἕως ἴθυνεν, verbaque non ad Merionem, sed ad Teucrum retulisse. Subita vero personae mutatio et ἕως apud neminem alium repertum istam emendationem fere refutant. Interpretes vulgares reddunt: „et iam sagittam tenebat dudum, ut direxerat sive direxerit,“ quod, quum arcus Merioni esset nullus, fieri non potuisse liquido apparet. Heynius, prioribus in medio collocatis, colo distinguit, et postea ὡς ἴθυνεν scripsit, hoc sensu: nam sagittam dudum in manu tenebat, ita nunc direxit. Bothius „ὡς ἴθυνεν, inquit, quasi dirigeret sagittam, germ. als ob er zielte. Dudum adstitit Meriones, sagittam manu tenens gestu dirigentis, ita ut, arcu iam arrepto, statim posset eam imponere et iaculari.“ Sed neutrum horum satisfacit, Bothii enim interpretationi idem obstat, quod paullo ante attigimus, Heynii ratio ideo vacillat, quod quomodo Meriones sagittam direxerit, nemo perspicit. Ab eo vel parum vel nihil distat Dammii interpretatio in Lex. Hom. 555, a.: sagittam direxit sic, ut volaret, sicut iam dudum eam direxerat, praeterquam quod supplevit nonnulla, quorum vestigium in Homericis frustra quaeras. Barnes. adiecit γρ. ἰθύνειν et ἰθύνῃ. Horum ex altero Vossii profecta est coniectura, qui ὡς ἰθύνοι rescribendum esse existimat. Quod si probaveris, et sententia plana erit ac dilucida, et nostra optime congruent Odysseae loco 5, 253 πρὸς δ' ἄρα πηδάλιον ποιήσατο, ὄφρ' ἰθύνοι. cf. Il. 24, 149. 178. Hisce igitur omnem rei difficultatem tolli crediderim, libris autem intercedentibus nihil ausus sum mutare; Barnesio enim fidem exiguam admodum esse scimus.

V. 872. De his mentionem facit Apoll. in Lex. 144. Proximus et paullo supra et bis in libr. 4, 102. et 120, totidem legi-

ὕψι δ' ὑπὸ νεφέων εἶδε τρήρωνα πέλειαν·
875 τῇ ῥ' ὅγε δινεύουσαν ὑπὸ πτέρυγος βάλε μέσσην·
ἀντικρὺ δὲ διῆλθε βέλος· τὸ μὲν ἂψ ἐπὶ γαίῃ
πρόσθεν Μηριόναο πάγη ποδός· αὐτὰρ ἡ ὄρνις
ἱστῷ ἐφεζομένη νηὸς κυανοπρώροιο
αὐχέν' ἀπεκρέμασεν, σὺν δὲ πτερὰ πυκνὰ λίασθεν.
880 ὠκὺς δ' ἐκ μελέων θυμὸς πτάτο, τῆλε δ' ἀπ' αὐτοῦ
κάππεσε· λαοὶ δ' αὖ θηεῦντό τε θάμβησάν τε.
ἂν δ' ἄρα Μηριόνης πελέκεας δέκα πάντας ἄειρεν,
Τεῦκρος δ' ἡμιπέλεκκα φέρεν κοίλας ἐπὶ νῆας.
Αὐτὰρ Πηλείδης κατὰ μὲν δολιχόσκιον ἔγχος,
885 κὰδ δὲ λέβητ' ἄπυρον, βοὸς ἄξιον, ἀνθεμόεντα

V. 874. ὑπαὶ νεφέων V. Vindd. et ol. vulgo. — Ib. ἴδετο editt. antiqq. ἴδε Vind. quint. et Lips. — V. 875. τήν ῥ' ὅγε Vind. ed. et ol. vulgo. — Ib. μέσσης Harl. et V. L. ap. Eust. 1333, 59. μέσσον all. — V. 879. ἀπεκρέμασεν ξὺν Both. — Ib. λίασ-

tur verbis. Hinc Heynius eum inde traductum putat ad v. 844; vix satis considerate: illo enim sublato narrationem hiare patet.

V. 874. Ernestius ἴδετο, quod antiquiorum fuit, requirit, vulgare autem Venet. aliorum et Eustath. 1333, 58. testimonio erit salvum, cf. ad 4, 151. Ab initio Homeri usus, etsi scripti abhorrent, ὑπὸ νεφέων sibi expetit.

V. 875. In adverbio loci codices fere concordant, ut Ven. Vind. quint. Harl. Lips. et alii apud Heynium, nec discedit Eustath. 1333, 58.

V. 879. Quantum praestet scriptorum fidei in rebus minutis obsequi Heynii et Bothii discimus exemplo. Alter enim versum consonarum asperitate exaggeravit, alter numeros, ὐ resecto, nimium extenuavit. Aristarchus num λίασσεν, ut ad ipsam columbam referendum, melius habuerit, dubito, etsi schol. A. ait: οὕτως Ἀρίσταρχος διὰ τῶν δύο σ, maior certe librorum pars in recepto acquiescit.

V. 881. Idem est, quem supra habuimus v. 728.

V. 883. Apoll. in Lex. 332. recitavit.

V. 885. Lebeta ἀνθεμόεντα interpretes Graeci vel ἀναθεματικὸν vel ποικίλον sive floribus effictis ornatum explicare solent; vid. scholl. A B V. Eustath. 1334, 37. Apoll. in Lex. 133. et alios. Horum prius et a verbi forma et ab Homericae aetatis usu abhorrere crediderim, posterius cur Heynius spernat et adiectivum de solo lebetis colore intelligat, non assequor. Praeterea nostrorum meminit Athen. XI. 501. c. add. Od. 24, 275.

V. 886. Inepta est eorum opinio, qui ῥήμονες sive oratores hic inferendos putarint. Hos iam refutavit schol. A.: ἡ διπλῆ, ὅτι ἥμονες οἱ ἀκοντισταί, ἀπὸ τοῦ ἱέναι. τινὲς δὲ ἀνέγνωσαν ῥήμονες,

θῆκ' ἐς ἀγῶνα φέρων· καί ῥ' ἥμονες ἄνδρες ἀνέσταν·
ἂν μὲν ἄρ' Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων,
ἂν δ' ἄρα Μηριόνης, θεράπων ἐῢς Ἰδομενῆος.
τοῖσι δὲ καὶ μετέειπε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς·
Ἀτρείδη· ἴδμεν γάρ, ὅσον προβέβηκας ἁπάντων,
ἠδ' ὅσσον δυνάμει τε καὶ ἥμασιν ἔπλευ ἄριστος·
ἀλλὰ σὺ μὲν τόδ' ἄεθλον ἔχων κοίλας ἐπὶ νῆας
ἔρχευ, ἀτὰρ δόρυ Μηριόνη ἥρωϊ πόρωμεν,
εἰ σύγε σῷ θυμῷ ἐθέλοις· κέλομαι γὰρ ἔγωγε.
Ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἀπίθησεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων.
δῶκε δὲ Μηριόνῃ δόρυ χάλκεον· αὐτὰρ ὅγ' ἥρως
Ταλθυβίῳ κήρυκι δίδου περικαλλὲς ἄεθλον.

σεν Ar., ut videtur, λιάσθη Massiliens. — V. 880. θ. ἔπταστο Townl., male. — V. 886. ῥήμονες V. L. ap. schol. A. — V. 891. ἠδ' ὅσον Apoll. in Lex. 333. — V. 894. εἰ — ἐθέλεις Harl. all. Eust. 1334, 45. et Rom. ἐθέλῃ Lips. —

ὀλόμενοι τοὺς ῥήτορας. οὐκ ἔστι δὲ λογιστικὸς ὁ ἀγών. cf. Etym. M. 428, 45. Apoll. in Lex. 333.

V. 891. Apollonium emendant libri plerique; errorem contrarium versu superiore admisit Ald. secunda. In his vero ac similibus numeros sequemur oportet.

V. 894. Optativus Achillis humanitati solus expedit, et proinde librorum plurimorum suffragio commendatur. Extrema aliquoties inveniuntur, velut 18, 254. Od. 17, 400.

ΙΛΙΑΔΟΣ Ω.

Certaminibus finitis Achilles solus, amici desiderio tabefactus, noctem exigit insomnem, et die illucescente circa Patrocli tumulum raptat Hectoris corpus, a quo Apollo omnem contumeliam prohibet v. 1 — 21. Idem de Achillis saevitia in deorum consessu multum questus, Iunone frustra repugnante, eo rem adducit, ut Iupiter per Irin in coelum advocet Thetin, quae, deorum et Iovis ira proposita, filium admoneat, ne Hectoris corpus donis acceptis Priamo patri reddere gravetur v. 22 — 119. Achilles a matre exoratus Iovis mandatis facile cedit, Iris autem ab Olympo Troiam mittitur Priamo denuntiatum, ut in Achivorum castra profectus Hectorem redimat v. 120 — 188. Troum rex iter ingressurus cum uxore primum dissuadente rem communicat; donis deinde conquisitis et curru apparato, ut libatione profusa faustum Iovis augurium sibi expetat, maritum adhortatur Hecuba obvia. Cui quum Priamus morem gessisset, aquila super urbem demissa omnium animos confirmavit v. 189 — 321. Priamus cum Idaeo praecone ad Achillis tendit naves, amicis ad Ili usque monumentum prosequentibus. Iupiter eius misertus Mercurium, Myrmidonis militis specie indutum, mittit obviam, cuius praesidio per excubitores somno oppressos ad Achillis tabernaculum sospes evadit v. 321 — 459. Quo quum venissent Mercurius se deum esse fassus in Olympum abit; Priamus convenit Achillem, qui senem benigne excipit, donis traditis Hectoris corpus totum vestibusque involutum restituit, undecim dierum inducias ad filium sepeliendum spondet, epulisque ab Automedonte et Alcimedonte instructis adhibitum ad quietem capiendam dimittit, dum semet ipsum dat somno v. 460 — 676. Mercurius Priamum somno excitatum

Myrmidonum castris salvum educit usque ad Scamandri vada, inde Olympum repetit v. 677 — 694. Aurora exoriente Cassandrae admonitu Troes, e portis effusi ad Hectorem visendum, ingenti lamentatione excipiunt mortuum. Mox in aulam perductum et cantores appositi et Andromacha, Hecuba, Helena deplorant v. 695 — 776. Priamo deinde iubente rogus exstruitur et iusta fiunt Hectori parentalia v. 777 — 804.

Ἕκτορος λύτρα.

Λῦτο δ' ἀγὼν, λαοὶ δὲ θοὰς ἐπὶ νῆας ἕκαστοι
ἐσκίδναντ' ἰέναι· τοὶ μὲν δόρποιο μέδοντο

V. 1. λῦτο nunc vulgo, W. et Both. — Ib. λαοὶ δὲ ἑὴν ἐπὶ νῆα ἕκαστος Heyn. ἅπαντες Bentl. coniect. —

Rhapsodia Iliados ultima, quae Hectorem a patre redemptum, publice deploratum et tumulo conditum nobis ob oculos ponit, quum veteribus multum suspicionis hic illic excitavit, tum parum memoria a Lensio de stilo Homer. p. 290. et Dawesio in miscell. crit. 152. languida et Homero prope indigna habita est. Qua de re generatim disseruerunt Ernestius, Heynius in excurs. prim. ad h. l. Vol. VIII. p. 760 sqq. et Montbelius, illorumque argumenta levi admodum fundamento inniti demonstrare studuerunt. Contra Wolfius in prolegom. p. 135 sqq. non modo hanc rhapsodiam, verum etiam quinque libros antecedentes ab ingenioso aliquo rhapsodo, aetati Homericae proximo, compositos esse divinat. Quod viri acutissimi iudicium pluribus aut confirmare aut refellere nec possim, nec, si fortasse possim, velim. In tanta enim rei obscuritate famam communem et veterum normam, qui singula quidem multa in dubium vocarunt, integris vero libris nunquam indixerunt bellum, sequi praestabit. Itaque, si qua sunt, quae illorum monitis et obesse et prodesse videntur, ea religiose et accurate enumerabo; nemo vero, nisi sit audacissimus, totum librum ab Homericorum quasi corpore vellendum putabit.

V. 1. Antiqui λῦτο sive λύτο vel medii aoristum secundum, vel passivi imperfectum vel eiusdem plusquamperfectum habent, vid. scholl. AB. Imperfecti notio etsi sententiae minime repugnat, plerique tamen aoristum potiorem ducunt, ideoque Wolfius

ὕπνου τε γλυκεροῦ ταρπήμεναι. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
κλαῖε φίλου ἑτάρου μεμνημένος, οὐδέ μιν ὕπνος
5 ᾕρει πανδαμάτωρ· ἀλλ' ἐστρέφετ' ἔνθα καὶ ἔνθα
Πατρόκλου ποθέων ἀδροτῆτά τε καὶ μένος ἠΰ·
ἠδ' ὁπόσα τολύπευσε σὺν αὐτῷ καὶ πάθεν ἄλγεα
ἀνδρῶν τε πτολέμους ἀλεγεινά τε κύματα πείρων·
τῶν μιμνησκόμενος θαλερὸν κατὰ δάκρυον εἶβεν,
10 ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρὰς κατακείμενος, ἄλλοτε δ' αὖτε

V. 6. ἀνδροτῆτα plurimi. — V. 7. τολύπευε Harl. ἐκτολύπευσε Barnes. em. — Ib. π. ἔργα edd. urbium. — V. 8. πολέμους Vind. quint. Lips. — Ib. πειρῶν Pamph. πέρνων Lips. — V. 11. τοτὲ Plat. de rep. III. p. 388. A. — V. 12. πλωΐζοντ' ἀλ. Plat. l. all. — Ib. παρὰ θῖν.

atque alii (vid. Passov. Lexic. v. λύω) barytonum restituendum curarunt. Sed vereor, ut accentus numeris sit dispar. Redii igitur ad περισπώμενον olim ubique lectum et ab Heynio prudenter servatum, eique et libri et alii adsunt testes: cf. Etym. M. 15, 50. Etym. Or. 50, 11. Thiersch. in gr. Gr. § 168, 7. annot. Paullo post Homeri usui singularem aptiorem dixit Heynius et conferri iubet Il. 19, 277. 23, 3., neutrum vero satis convenire patebit inspicienti. Add. Apoll. Lex. 22.

V. 4 sq. Ad somni vim declarandam adduxit schol. ad Od. 4, 793.

V. 6 sqq. Quattuor versus Aristophane praeeunte Alexandrini obelo notarunt. Primum enim Achillis luctum, quo confectus noctem insomnem exegisse traditur, iis resectis magis apparere volunt; deinde ἀνδρότητα iuventutem, nec vero ἀνδρείαν sive virtutem indicare; porro μεμνημένος et μιμνησκόμενος non sine aliqua molestia repeti, denique Patroclum praeter dignitatem et aevi heroici innocentiam, non ut bellatorem, sed ut concubinum ab Achille requiri. Huic etsi plurimum momenti tribuisse videtur, iure tamen contradicit schol. Victor., dum censet: si alteruter fuisset amator, Patroclum potius Achillis iunioris desiderio flagrasse consentaneum esse. Nec minus schol. B. iis, qui istis notam inusserint, graviter irascitur, quum, quae tanti moeroris fuerit causa, praeclare subiiciatur; neque enim Patroclum Achillis vel collusorem vel assentatorem vel compotorem fuisse, sicut Podes Hectoris 17, 577., sed virtutis ac rerum strenue gestarum socium; ἀνδρότητα vero sive ἀδροτῆτα (cf. ad 16, 857.) nomine apposito magis definiri. Versus sextus praeterea leviter affectus exstat apud Moschopul. ex ed. Titz. 47, 24.

V. 7. Barnes. ex Hesiod. scut. 44 ὥς ῥα τοτ' Ἀμφιτρύων χαλεπὸν πόνον ἐκτολυπεύσας compositum Homero erat restituturus; at simplex sufficit plurimis, cf. 14, 56. et Eust. 1336, 19. Editiones oppidanas, quibus syllabae duae coalescentes fuere offensioni, in fine ἔργα adscivisse schol. Victor. narrat. Id vero nec rei neque Aristarchi sententiae congruum est. Vid. de vers. Gr. her. 185.

V. 8 sq. Aristarchi lex barytonon sanxit; cf. scholl. ABMV. Eust. 1336, 23. Etym. M. 668, 30. et Apoll. in Lex. 540,

ὕπτιος, ἄλλοτε δὲ πρηνής· τότε δ' ὀρθὸς ἀναστὰς
δινεύεσκ' ἀλύων παρὰ θῖν' ἁλός. οὐδέ μιν Ἠὼς
φαινομένη λήθεσκεν ὑπεὶρ ἅλα τ' ἠϊόνας τε.
ἀλλ' ὅγ' ἐπεὶ ζεύξειεν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους,
Ἕκτορα δ' ἕλκεσθαι δησάσκετο δίφρου ὄπισθεν·
τρὶς δ' ἐρύσας περὶ σῆμα Μενοιτιάδαο θανόντος
αὖτις ἐνὶ κλισίῃ παυέσκετο· τόνδε δ' ἔασκεν
ἐν κόνι ἐκτανύσας προπρηνέα. τοῖο δ' Ἀπόλλων

ἁλός W. et Both. — V. 14. ὅτ' ἐπιζεύξειεν lib. un. — V. 16. τρὶς ἐρύσας Heyn. coni. — V. 17. αὖτις ἐν κλ. editt. antiqq. — Ib. τόνδε τ' ἔασκεν Heyn. coni. δέασκεν V. L. ap. scholl. BM. — V. 18. ἐν κόνι' ἐκτ. editt. antiqq. ἐν κονίῃ τανύσας Vind. quint. ἐν κόνει ἐκτ. Vind. al. —

neque iniuria, etenim πείρω πόρος aliorum convenit analogiae, veluti σπείρω σπόρος, φθείρω φθόρος et similiter similia formantur. Qui purum melius habuerunt, iis περάω, πορόωσι atque istis finitima imposuerunt; vid. Damm. Lex. Hom. 916, 6, cll. 926, 6. Patroclum vero Achilli in expeditionibus maritimis, quae saepe commemorantur, fuisse comitem, a veri specie non abhorret.

V. 9. Extremam huius particulam enotatam vides ab Apollon. in Lex. 244., quanquam verbi forma ab Homerica aliquanto distat.

V. 11. Platoni consentiunt scholl. B. et Mosq., cuius excerpta ad hunc librum apposuit Heynius: τὸ δὲ τότε, inquiunt, ἀντὶ τοῦ ἄλλοτε. Hoc si probaveris, τοτὲ pro more Homerico exarandum esse sequitur. Verum tamen barytonum Achille postea per maris litora vagante et Auroram ex Oceano sublatam inspiciente, haud absonum erit.

V. 12. Nemo, quantum video, accedit Platoni; quartum vero casum in proximis Vindd. et plerique tum scripti tum impressi reduci iusserunt; cf. Eust. 1336, 4. Nam Homeri proprium, falso obscuratum, instaurandum esse magna exemplorum indicat copia; vid. 1, 34, 316, 327. 9, 182. 11, 622. 19, 40. Od. 4, 432. 6, 94. 10, 179. 14, 347.

V. 14. Librarius Vratisl. unius, modum particulae incommodum ratus, suo Marte haec mutavit, dissentientibus aliis et Eustath. 1336, 42., cf. Thiersch. gr. Gr. §. 324, 8. et Rost. gr. §. 121, 5. p. 604.

V. 17. Insulsum est δέασκεν, quo idem illud, cui modo finem fecerat, Achilles retractare diceretur. In priore τὸν δὲ recte iungit schol. A. haec commentatus: ὁμοίως ἀναγνωστέον τὸ τόνδε τῷ „τόνδε δ' ἐγὼν ἐπιόντα" (5, 238.) καὶ „τόνδε δ' ἐγὼ κομιῶ" (Od. 15, 546). λέγω δὲ ὀξύνειν τὴν πρώτην, ἵν' ᾖ ἐπέκστασις ἡ διὰ τοῦ δέ, add. Eust. 1336, 43. Nec quid utilitatis ferat Heynii emendatio intelligo: ista enim ad Hectorem, neque ad Patroclum, esse referenda apparet.

V. 18. Dativus Ionicus turbavit librarios, vere autem et breviter schol. Vict. κόνι ὡς Θέτι (18, 407.), quocum optimi qui-

πᾶσαν ἀεικείην ἄπεχε χροῒ φῶτ' ἐλεαίρων,
20 *καὶ τεθνηότα περ· περὶ δ' αἰγίδι πάντα κάλυπτεν*
χρυσείῃ, ἵνα μή μιν ἀποδρύφοι ἑλκυστάζων.

V. 19. *ἀεικίην* Apoll. in Lex. 38. — Ib. *ἄπ. χροὸς* Hesych. I, 446. — V. 20. *τεθνειῶτα* Vind. ed. et ol. vulgo. — Ib.

que et Eust. 1336, 43. conspirant. Vid. Thiersch. gr. Gr. §. 190, 26.

V. 19. Nomen et vocali simplici et diphthongo scribi animadvertit Eustath. 1338, 58. Illam ut numeris magis idoneam stabiliunt plurimi. Paullo post in Hesychii lexico perperam remansit genitivus; cf. ad 1, 97.

V. 20 sq. Apollini quum nec munus ferale nec aegis conciliat, Hectoris autem corpus a putredine et laceratione aliis auxiliis Venus et Phoebus ipse defendant (vid. 23, 184 sqq., nihil denique novi his versibus contineatur, utrumque obelo notarunt magistri Alexandrini. Quae etsi non eam vim habebunt, ut versus, quos omnes noriut, diuturna possessione depellamus, nonnulla tamen vere et commode obiici haud negaverim. Aristarchus, quae eius fuit modestia, neutrum proscripsit, sed interprete Victorino teste accusativum, ut magis poeticum et Homero cognitum (vid. 14, 343. 21, 321.), adscivit. Attamen uterque locus, quo utitur, personae dativo non caret, unde eum, qui crebrius etiam reperitur, intactum servavi. Eustathius, rei haud ignarus (vid. 1337, 37.), *αἰγίδα* umbram et nubem Hectoris corpori obiectam significare tradit; cf. 1336, 55. *νοεῖται δέ*, inquit, *νῦν αἰγὶς Ἀπόλλωνος ἡ σκιὰ καὶ τὸ νέφος, ὃ καὶ πρὸ ὀλίγου περὶ τὸν κείμενον Ἀπόλλων ἔστησεν, ὡς ἂν ἴνικμος διαμείνῃ. κωλύσει δὲ οὐδὲν εἰς ἔννοιαν νέφους τὸ τῆς αἰγίδος χρύσεον, εἴγε καὶ νέφη πολλάκις τῷ χρυσῷ παρονομάζονται, ὥς που ἐδήλωσεν Ὅμηρος* (13, 523).

V. 23 sqq. Versus vel sex vel septem vel octo adeo Homero posteriores iudices veteres existimarunt. Quorum primum abesse non posse satis manifestum est; de reliquis dilucide praecipiunt scholl. BMV. hisce: *ἀπὸ τούτου ὀκτὼ ἀθετοῦσι, καὶ τοὺς μὲν ἕξ* (lege cum Heynio *ἑξῆς*) *οὐκ ἀλόγως. ὁ δὲ πρῶτος ἐμοὶ δοκεῖ δεόντως κεχρῆσθαι, ὥςτε τὴν συναφὴν εἶναι „τὸν δὲ ἐλεαίρεσκον — — εἰσορόωντες· ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐκ τοῖο.“ πιθανὸν γὰρ πάντων μὲν ἅπτεσθαι τὸν ἔλεον, ἄρξασθαι δὲ τῶν λόγων τὸν μᾶλλον κηδόμενον Ἕκτορος. οἱ ἑπτὰ οὖν δεόντως ἀθετοῦνται, ὡς Ἀρίσταρχος· τὸ γὰρ κλέπτειν δι' Ἑρμοῦ θεοῖς οὐ πρέπον, ἄλογόν τε τὸ εἰπόντα τὴν γνώμην τῶν θεῶν τὴν περὶ τῆς κλοπῆς ἐπάγειν τοὺς λόγους τοῦ Ἀπόλλωνος κοινῇ κατηγοροῦντος τῶν θεῶν. ἄντικρυς οὖν ἐλέγχονται μὴ εἶναι Ὁμήρου· οὐκ ἔδει γὰρ θεοὺς τὸν αὐτὸν θυμὸν ἔχειν Ἀχιλλεῖ, καὶ ὅτι Ποσειδῶν οὐ διὰ χειρὸς Ἀχαιοῖς ἐπίκουρος. καὶ τὸ νείκεσεν ἄκυρον ἐπὶ δικαστοῦ· ἐπὶ δικαζομένων αὐτὸ τίθησιν, ὡς τὸ „ἄνδρες ἐνείκεον εἵνεκα ποινῆς“* (18, 498), *„κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων“* (Od. 12, 440). *οἱ δὲ νεώτεροι ἐπὶ τοῦ τὸ νεῖκος διαλύειν, ὡς Ἀντίμαχος „εὐνεικέα δ' ἔσαν λόγια“ ἀντὶ τοῦ εὐδιάκριτα. καὶ ἡ μέσαυλος σημαίνουσα τὴν ἐν ὄρει οἴκησιν, Ὁμήρου παραδεδωκότος ἐν ἄστει τεθράφθαι τὸν Ἀλέξανδρον καὶ μουσικὴν ἠσκηκέ-*

Ὣς ὃ μὲν Ἕκτορα δῖον ἀείκιζεν μενεαίνων·
τὸν δ' ἐλεαίρεσκον μάκαρες θεοὶ εἰςορόωντες,

αἰγίδα et seq. χρυσείην Ar. — Ib. κάλυψε V. L. ap. schol. A. | καλύπτων Vind. quint. Lips. —

ναι „οὐκ ἄν τοι χραίσμῃ κίθαρις, ἥ τε κόμη, τό τε εἶδος" (3, 54.) ἅπερ οὐδαμῶς ἀγροίκῳ ἁρμόζοντα. ἥ τε μαχλοσύνη νεωτέρων ἐστίν· ἀμέλει οὐδ' ἐπὶ τῶν θεραπαινῶν Πηνελόπης αὐτῇ κέχρηται· ἐπὶ ἀνδρῶν δὲ οὐ τίθεται ἡ λέξις. ἀλλ' οὐδὲ λαγνείαν αὐτῷ προςέβαλεν, ἀλλὰ καλλίστην γυναῖκα. τήν τε ἔριν τοῦ κάλλους οὐκ οἶδεν ὁ ποιητής. εἰ γὰρ ᾔδει τὴν κρίσιν, οὐκ ἂν εἶπε Ζεὺς „τί νύ σε Πρίαμος — — — τόσσα κακὰ ῥέζουσι" (4, 31.) φανερᾶς οὔσης τῆς αἰτίας. ἀλλὰ καὶ ὁ Πρίαμος θεοῖς ἀναφέρει τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου, ἀλλ' οὐ τῇ κρίσει „θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν" (3, 164.). ἥ τε Ἑλένη οὔτε ἐν τῷ πρὸς Ἕκτορα λόγῳ οὔτε ἐν τοῖς θρήνοις οὔτε ἐν τῇ πρὸς Πρίαμον διαλέξει τῆς κρίσεως ἀνεμνήσθη, τὸ πᾶν δὲ ἀναφέρει Ἀλεξάνδρῳ. πῶς δ' ἂν τὰς νῆας ἀρχεκάκους εἶπε (5, 63.), καὶ οὐ τὴν κρίσιν· πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον Ἀθηνᾶν, περὶ ἧς φησι „δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν" (1, 200.) ἐρίζειν Ἀφροδίτῃ, περὶ ἧς φησι „καὶ ὄμματα μαρμαίροντα" (3, 397.), ὡς εἰ καὶ Ἡρακλῆς ἀγωνίζοιτο πρὸς Ἄδωνιν. οἶδε δὲ ἡ Ἀθηνᾶ τὸ κάλλος μῦρον αὐτῆς ὄν. πῶς τε Ἥρα ἤρισε μητρὸς ἔχουσα τάξιν· φησὶ γοῦν „ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο, φίλον τέκος" (14, 190.) οἶδέ τε Ἥρα καὶ πειθοῦς ὄργανα παρ' αὐτῆς ὄντα, οἷς πάντας θεοὺς καὶ ἀνθρώπους δαμάζει. Schol. A. nonnisi sex posteriores, ut in ipso Veneto factum video, spuriae originis nota insigniendos et adventicios censet, additque μαχλοσύνην tanquam Hesiodium et mulierum proprium ab Homero abhorrere. Vid. Eust. 1337, 32 sqq. et Passov. Lex. v. μαχλοσύνη. Hinc alios scripsisse refert Eustathius: τὴν δ' ᾔνεσσ' sive ᾔνησ', ἥ οἱ κεχαρισμένα δῶρ' ὀνόμηνε. Neque alii veterum istam grammaticorum censuram improbarunt, velut Plutarch. de vita Hom. p. 165. ex edit. Ernesti, qui iudicium Paridis dearum maiestati indecorum dicit, ac Macrob. Saturnal. V, c. 16.. illud ipsum Homero ignotum fuisse testatur. His argumentis inductus Hemsterhusius ad Lucian. dialog. deor. 53. sive Vol. I. p. 352. ex edit. Lehmanni veterum sententiae subscripsit. Quae istis disputationibus obiici possunt, ea Eustath. 1337, 29. brevissime exposuit: καὶ ὅρα, inquit, ὅπως τὴν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου αἰτιωτάτην πρᾶξιν τῷ τέλει τῆς Ἰλιάδος ἐταμιεύσατο, ἐπὶ τοσοῦτον ἀναρτήσας τὸν ἀκροατήν. τινὲς δὲ ἀθετοῦσι καὶ τοῦτον τὸν τόπον. εἰ γὰρ ᾔδει, φασί, τὴν περὶ τοῦ κάλλους κρίσιν ὁ ποιητὴς πολλαχοῦ ἂν ἐμνήσθη αὐτῆς. καὶ μὴν ἔστι πρὸς τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι πολλῶν καὶ ἄλλων ἅπαξ ὁ ποιητὴς ἐμνήσθη, ἅπερ οὐκ ἠθέτηνται. Utcunque vero de his libuerit statuere, versus certe 24. a communi aliorum strage erit eximendus, eo enim sublato v. 71. cum duobus proximis et v. 109., etsi ita iudicarunt nonnulli, pariter sunt auferendi. Mercurium vero furtum minime dedecere argumento est 5, 390. His iam perfunctus ad singulas legendi varietates, illis in versibus obvias, quarum pars veterum animadversionibus occurrit, progredi licebit.

κλέψαι δ' ὀτρύνεσκον ἐΰσκοπον Ἀργειφόντην.
25 ἔνθ' ἄλλοις μὲν πᾶσιν ἑήνδανεν, οὐδέ ποθ' Ἥρῃ,
οὐδὲ Ποσειδάων', οὐδὲ γλαυκώπιδι κούρῃ·
ἀλλ' ἔχον, ὥς σφιν πρῶτον ἀπήχθετο Ἴλιος ἱρὴ
καὶ Πρίαμος καὶ λαὸς Ἀλεξάνδρου ἕνεκ' ἄτης·
ὃς νείκεσσε θεάς, ὅτε οἱ μέσσαυλον ἵκοντο,
30 τὴν δ' ᾔνησ', ἥ οἱ πόρε μαχλοσύνην ἀλεγεινήν.
ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐκ τοῖο δυωδεκάτη γένετ' ἠώς,
καὶ τότ' ἄρ' ἀθανάτοισι μετηύδα Φοῖβος Ἀπόλλων·
Σχέτλιοί ἐστε, θεοί, δηλήμονες· οὔ νύ ποθ' ὑμῖν

V. 24. ὠτρύνεσκον Vind, Eust. 1337, 8. et all. — V. 25. ἑήνδανεν V. et edd. antiqq. — Ib. οὐ δέ π. H. — V. 28. ἕνεκ' ἀρχῆς V. L. ap. schol. A. — V. 33. οὐδέ ποθ' ὑμ. V. ὕμμιν Harl. — V. 35. τῷ νῦν Ald. sec. et inde all. c. libris paucis. — V. 37. πατρὶ Vind. quint. — V. 38. κήσαιεν Lips. — Ib. κτέ-

V. 24. Augmentum χρονικὸν Thiersch. in gr. Gr. §. 210, 23. verum habet.

V. 25. Adspirationem Vindd. alii et Eustath. 1137, 8. verbo praefigunt, neque Veneto contrarium sequenti magnam admodum habeo fidem, certe idem scripsit 9, 173 ἑαδότα.

V. 28. Versus ut plane congrueret 3, 100., ἀρχῆς quidam reposuerunt, nec vero alterum poetae inauditum, cf. 6, 356., et Aristarchi iudicio, si schol. Victor. credimus, probatum; ait enim: εἵνεκ' ἄτης· οὕτως Ἀρίσταρχος· τὸ γὰρ ἕνεκα τοῦ ἀπολογουμένου ἐστίν.

V. 29. Eorum causam, qui verbi usum Homero insolitum duxerunt, amplexus est Suid. II, 615. hisce: νεικέσαι παρ' Ὁμήρῳ τὸ λοιδορῆσαι, ἀλλ' οὐ τὸ κρῖναι. Nomen μέσσαυλον aliquoties repetitum attigit Apollon. in Lex. 454., idemque copiosius explicat Eustath. 1337, 40 sqq.

V. 30. Aristophanem et editt. quasdam πολιτικὰς clausulam horum immutasse schol. A. auctor est. Ceterum μαχλοσύνην, quod poetam ignorare volunt, ex hoc loco Apoll. in Lex. 447. et alii grammatici enotarunt.

V. 33. Veneto cum aliis discordi adversatur schol. A., qui haec habet; γράφεται οὔ νύ ποθ' ὑμῖν. ἐγκλιτικῶς τὴν ὑμῖν ἀναγνωστέον· ἔστι γὰρ ἀπόλυτος. Quod quid sit, breviter explanavi ad 11, 383. Sed h. l. diis, quibus sacra evenerunt, Hector ipse cultor illorum opponi videtur, unde tenorem a plerisque stabilitum inclinari nolim. Hoc si minus satisfecerit, ὕμμιν potius cum Harleiano legendum esse patet; vid. Thiersch. gr. Gr. §. 204, 9. quanquam aliter senserunt alii; cf. Etym. M. 432, 38. Epitheton deorum δηλήμονες hinc sumpsit Apoll. in Lex. 222.

V. 35. Pronomen, ut cum Hectore, cuius pietatem dii erant obliti, iungendum, et Apollinis menti optime quadrat, et praestantiorum assensu tutum est.

Ἕκτωρ μηρί' ἔκηε βοῶν αἰγῶν τε τελείων;
35 τὸν νῦν οὐκ ἔτλητε, νέκυν περ ἐόντα, σαῶσαι,
ἥ τ' ἀλόχῳ ἰδέειν καὶ μητέρι καὶ τέκεϊ ᾧ,
καὶ πατέρι Πριάμῳ λαοῖσί τε· τοί κέ μιν ὦκα
ἐν πυρὶ κήαιεν, καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερίσαιεν.
ἀλλ' ὀλοῷ Ἀχιλῆϊ, θεοί, βούλεσθ' ἐπαρήγειν,
40 ᾧ οὔτ' ἂρ φρένες εἰσὶν ἐναίσιμοι, οὔτε νόημα
γναμπτὸν ἐνὶ στήθεσσι· λέων δ' ὣς, ἄγρια οἶδεν,
ὅςτ' ἐπεὶ ἂρ μεγάλῃ τε βίῃ καὶ ἀγήνορι θυμῷ
εἴξας εἶσ' ἐπὶ μῆλα βροτῶν, ἵνα δαῖτα λάβῃσιν·

ρίσειαν Vind. ed. et ol. vulgo. κτερίσειεν Vind. quint. — V. 40. οὔτε φρ. id. et Lips. — V. 41. γναπτὸν Lips. — Ib. εἶδεν id. — V. 42. ὄντ' ἐπεὶ Lips. — Ib. ὅςτ' ἐπὶ ἂρ St. et Both. coni. — V. 43. εἴξῃ sive εἴξησ' εἶσ' ἐπὶ schol. A. et Victor., ut videtur, emendatio. —

V. 38. Schol. Victor. Ὁμηρικώτερον δὲ τὸ κτερίσειαν ὡς „τίσειαν Δαναοί“ (1, 421). At Venet. A. κτερίσαιεν per ā scribi tradit. Neutrum Homero atque epicis ignotum crediderim; vulgare autem, cui libri plerique adsunt, ideo praeferendum erit, quod sonus idem versui medio et extremo illigatus suavius accidit ad aures.

V. 41. Labialem in his obtritam esse aliquoties cognovimus; vid. ad 11, 416.

V. 42 sq. Coniunctio et participium, ubi modum finitum exspectabas, minus apte coeunt. Eustathius quidem 1338, 17. verbum substantivum extrinsecus advocat hisce: ὅρα δὲ, ὡς καὶ ἐνταῦθα μετοχὴ ἀντὶ ὁριστικοῦ ῥήματος κεῖται. τὸ γὰρ ἐπεὶ εἴξας θυμῷ ταὐτόν ἐστι τῷ ἐπειδὰν εἴξῃ. τοιοῦτον δὲ ἦν σὺν ἄλλοις καὶ τὸ „μήκων — ἥτ' ἐνὶ κήπῳ βριθομένη“ (8, 307.) ἀντὶ τοῦ βρίθεται. ἔστι δὲ καὶ ὧδε ὑπαρκτικοῦ ῥήματος ἔλλειψις, ὡς καὶ ἐκεῖ. τὸ γὰρ „ἐπεὶ θυμῷ εἴξας“, ταὐτόν ἐστι τῷ ἐπειδὰν θυμῷ εἴξας εἴη. ὃ περίφρασίς ἐστι τοῦ θυμωθείη. Schol. A. ἐπεὶ abundare ratus participium commate sublato insequentibus adstringit. Ista vero abundantia quum sit rara, eo descendit, ut εἴξῃ restituendum proponat; quo facto nihil supersit inusitati. Neque aliud quidquam Victor. interpretem voluisse crediderim, dum ait: περισσόν ἐστι τὸ ἐπεὶ ἄρ. ἢ ἀντὶ τοῦ εἴξας γραπτέον ἤξησιν, ἵν' ᾖ ἐπὰν ἤξησιν ἐπὶ μῆλα. Vix enim dubium esse potest, quin haec corrupta et mutilata ad nos pervenerint; legam igitur: γραπτ. ἔξησιν, ἵν' ᾖ ἐπὰν εἴξησιν, ἐπὶ μῆλα εἶσιν, quum neque ἤξησιν forma sit Homerica, neque ultima plene et recte perscripta videantur. In Vindob. uno εἶξαν e mero, ut videtur, librarii errore reperitur. Horum nihil Bothii desiderium explevit, qui, ἐπεὶ depulso ἐπὶ cum participio εἴξας connectendum esse suspicatur, ut verborum hic sit ordo: ὅςτ' ἐπείξας θυμῷ εἶσ' ἐπὶ μῆλα. Verum ut taceam novum quiddam et Homero insolitum, cui adiectivum ἐπεικτὸς

ὣς Ἀχιλεὺς ἔλεον μὲν ἀπώλεσεν, οὐδέ οἱ αἰδὼς
45 γίγνεται, ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησιν.
μέλλει μέν πού τις καὶ φίλτερον ἄλλον ὀλέσσαι,
ἠὲ κασίγνητον ὁμογάστριον, ἠὲ καὶ υἱόν·
ἀλλ' ἤτοι κλαύσας καὶ ὀδυράμενος μεθέηκεν.
τλητὸν γὰρ Μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισιν.
50 αὐτὰρ ὅγ' Ἕκτορα δῖον, ἐπεὶ φίλον ἦτορ ἀπηύρα,
ἵππων ἐξάπτων περὶ σῆμ' ἑτάροιο φίλοιο

V. 44. *αἰδῶ* Vind. quint. — V. 45. *ἡ δ' ὀνίν.* V. L. ap. scholl. AV. — 46. *μέλλει γάρ π. τ.* Vind. ed. Ald. sec. et all. — V. 47. *ὁμογάστριον* Vind. ed. — V. 48. *ὀδυρόμενος* V. L. ap. schol. A. Vindd. Eust. 1338, 29. et ol. vulgo. — V. 53. *νεμεσσηθέωμεν* Ar.

parum praesidii ferat, ita procusum esse, id ipsum, in quod Bothius incidit, Stephani editio occupavit. Equidem si subiunctivum ab Homero minime alienum (vid. Od. 20, 86. hymn. in Apoll. 158.) ut e sola scholiastae coniectura ortum reprobaveris, in vulgari subsistam, idque dicendi cuidam negligentiae omnibus poetis usitatae tribuam. Vid. Matth. gr. Gr. §. 556. annot. 2.

V. 45. Versum ex Hesiodi Opp. 318. perperam intrusum esse schol. A. acute monet: quod quidem eo, si pudor hominibus damnum inferat, Achillis ferocia adeo excusetur. Hesiodum vero pudorem mortalibus nunc prodesse, nunc nocere recte praecipere dicit; hic vero ista ab iis, qui orationem imperfectam putarint et verbum substantivum extrinsecus advocandum esse minus intellexerint, subiecta vult. Neque est, quod huic censurae iure opponas, etsi versum, ut ab Homero profectum, in medium producunt Plutarch. de vitioso pudore VIII, 99. [T. II. p. 529. D.] schol. ad Eurip. Hippol. 386. et Clem. Al. stromat. VI, 741. Nomine poetae suppresso exstat in Etym. Or. 82, 4. Eustathius quoque 1338, 26. nihil fraudis subodoratus est, ita disserens: *τὸ δὲ περὶ τῆς αἰδοῦς γνωμικόν, δι' οὗ δηλοῦται, ὡς ἡ αἰδὼς διπλῆ ἐστιν, ἡ μὲν μέγα βλάπτουσα, ἡ δὲ ὠφελοῦσα, καὶ παρ' Ἡσιόδῳ κεῖται. καὶ Εὐριπίδης δὲ οὕτω δοξάζει, γνωμολογεῖ δὲ οὕτω καὶ ἡ Ὀδύσσεια* (17, 347). Huc respexerunt ii, qui pronomen inferendum existimarunt. Vid. scholl. AV.

V. 46. Causalem et editiones priores et libri plerique respuunt; add. Eust. 1338, 29.

V. 47. Zenodoti *εὐγάστριος* hoc versu refutant critici Alexandrini; vid. schol. A. et ad 21, 95.

V, 48 sq. Praesens alias frequens, etsi *ὀδυράμενος* a Veneto solo exhibitum priori bene congruit, fortasse defendi possit, ubi fletu finito luctui etiam modum imponendum esse poetam statuere credideris, nec quidquam a vulgari discedit Auct. de poes. Hom. 386. Melius tamen utrumque fletum et maerorem finitum cogitabis, eaque de causa aoristum nunc receptum praesente potiorem duxerim. Proximum et scriptor, quem modo nominavi, et schol. ad Eurip. Or. 3. afferunt.

ἕλκει· οὐ μήν οἱ τόγε κάλλιον, οὐδέ τ' ἄμεινον.
μὴ ἀγαθῷ περ ἐόντι νεμεσσηθῶμέν οἱ ἡμεῖς.
κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων.
55 Τὸν δὲ χολωσαμένη προσέφη λευκώλενος Ἥρη·
εἴη κεν καὶ τοῦτο τεὸν ἔπος, Ἀργυρότοξε,
εἰ δὴ ὁμὴν Ἀχιλῆϊ καὶ Ἕκτορι θήσετε τιμήν.
Ἕκτωρ μὲν θνητός τε, γυναῖκά τε θήσατο μαζόν·
αὐτὰρ Ἀχιλλεύς ἐστι θεᾶς γόνος, ἣν ἐγὼ αὐτὴ

νεμεσσηθῶμεν ἂν ἡμ. Heyn. coni. — V. 58. τεθήσατο Etym. M. 450, 29. Gregor. Cor. de dial. Att. §. 47. Lestmann. de fig. 182. Hesych. II, 1357. — V. 59. θ. πάϊς V. L. ap. schol. Vict.

V. 53. Nimia suspicandi libidine quosdam in transversa actos esse eo intelligitur, quod huic etiam obelum admoverunt, unde scholl. BV. sic referunt: ἀθετεῖται, πῶς γὰρ ὃν ὅλοον εἶπεν, νῦν ἀγαθόν φησιν· ἢ ἀντὶ τοῦ ἀνδρείου ἐστίν. In quo nemo profecto Homericorum gnarus haerebit, neque Aristarchus haesit; is enim, schol. A. auctore, νεμεσσηθέωμεν διὰ τοῦ θε edidit. Hoc etsi commendabile possit videri, nihil tamen propter aliorum dissensum ac rei insolentiam novaverim. Add. Eust. 1338, 43.

V. 54. Nimia Achillis iracundia vel terrae, communi omnium parenti et mortuorum receptaculo, vim quasi et contumeliam parari poeta dicit. Recitarunt haec schol. ad Soph. Antig. 1030. et Aristotel. Rhet. II, 3. Aliorum vero placita inde petita alias excutiamus.

V. 58. Alios θνητὸν δὲ θήσατο μαζὸν tanquam Homericum legisse non credo. Verba enim schol. A. Homeri sermonem tantummodo explicant, nec vero germano et omnium assensu recepto putidi quiddam et inficeti supponunt, id quod, causa penitius cognita, animo statim occurrit. Scribit enim schol. Venet. A.: τοῦτο ἔνιοι τῶν κριτικῶν κατὰ συνωνυμίαν λαμβάνουσι, λέγοντες αὐτὸν εἶναι γυναῖκα καὶ ἄνθρωπον καὶ θνητὸν, ὡς γίνεσθαι, τοιοῦτον. Ἕκτωρ μὲν θνητός, θνητόν τε θήσατο μαζόν. ἄλλοι δὲ παρειλῆφθαι τὸ γυναῖκα ἀντὶ τοῦ κτητικοῦ γυναικεῖον. τοὺς δὲ Ἀττικοὺς καὶ Δωριέας τοῖς κυριωτέροις χρῆσθαι ἀντὶ κτητικῶν, Ἕλληνα στρατὸν ἀντὶ τοῦ Ἑλληνικόν, καὶ ἄνθρωπον ἦθος ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπινον καὶ Ἑλλάδα διάλεκτον. Huic quidem omnium simplicissimo exempla minime desunt, velut afferuntur ex Il. 21, 37. 16, 124 ὡς τὴν μὲν πρύμνην (i. e. ταύτης πρύμνην) πῦρ ἄμφεπεν. Nihilominus alii, ut Stoici, via plana et trita relicta, in dumeta et devia maluerunt aberrare; vid. schol. Vict. et Eustath. 1339, 6 sqq. Mendum librariorum et grammaticorum stupore longe lateque sparsum eximunt Athen. IX, 398. f. Apoll. Lex. 349. et Etym. Gud. 454, 21. non minus sordibus purgandum, profert enim: γυναῖκά με θήσατο μαζῶ.

60 θρέψα τε καὶ ἀτίτηλα, καὶ ἀνδρὶ πόρον παράκοιτιν,
Πηλεῖ, ὃς περὶ κῆρι φίλος γένετ' ἀθανάτοισιν·
πάντες δ' ἀντιάασθε, θεοί, γάμου· ἐν δὲ σὺ τοῖσιν
δαίνυ' ἔχων φόρμιγγα, κακῶν ἕταρ', αἰὲν ἄπιστε.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
65 Ἥρη, μὴ δὴ πάμπαν ἀποσκύδμαινε θεοῖσιν.
οὐ μὲν γὰρ τιμή γε μί' ἔσσεται· ἀλλὰ καὶ Ἕκτωρ

V. 60. ἀτίταλα Harl. καί ῥ' ἀτίτηλα Gerh. lect. Apoll. — V 61. Πηλέϊ W. et Both. — Ib. πέρι κῆρι H. W. et nunc vulgo. — V. 62. ἀντιάατε Vind. quint. ἀντιόωντο schol. Pindar. ad Pyth. III, 165. — V. 64. τὴν δὲ μέγ' ὀχθήσας πρ. V. L. ap. schol. Vict. — V. 66. ἀλλὰ μὲν Ἕκτωρ Ald. sec. — V. 67. οἱ

V. 61. Haud scio, an sola Barnesii varietate „Πηλέϊ et Πηλῆ'" impulsus Wolfius trisyllabum induxerit, libri certe et Eust. 1339, 25. fidem addunt bisyllabo, primae versus regioni sat commodo, idque revocavi; cf. ad 23, 792. Heynius ut πέρι κῆρι, veterum silentio damnatum, vindicaret, exempla contraria minus feliciter expedire studuit; vid. ad 4, 46.

V. 62. Vind. quint. legi a Buttmanno in Lexil. I, 9, 300. latae aperte repugnat. Sed ut concedamus medium plurimorum consensu stabiliri, regulam istam falsam esse alia demonstrant. Cf. de prosod. Gr. §. 52, 2. annot. 5. Pindari scholiastes Homerica negligentius transscripsit, germanum tamen liber Goettingensis exhibet.

V. 63. Bothius, quum δαίνυσο esset scriptum, librarios σ eiecisse autumat et cum Mori libro ac Wolfiana principe δαίνυσ' ἔχων restituit. Potuisset huius sententiae sponsorem excitare Quint. Sm. II, 157 αὐτὸς ὅπως ἐθέλεις μεταδαίνυσο. Verum enim vero et codices huic invento obloquuntur, et liberior similium usus quidquam novari vetat. Cf. Passov. Lex. v. et Damm. 254. c.

V. 64 sq. Iovis consilium, uxorem benevole et amice monentis, Victor. interpretis varietatem haud admittat. Proximi verbum tangit Apoll. in Lex. 150.

V. 66. Aristides Or. XLVI. Tom. II. p. 381. ed. Dind. memoriter, ut puto, versum sic recitat: οὐ μὲν γὰρ τιμή γε μί' ἔσσεται, οὐδ' ἠβαιόν, clausula aliunde assumpta. Praeterea Aeschylo, qui Thetin filii caedem lugentem et Apollininis facinus conquerentem apud Platon. de rep. II. 383. induxit, Homerica ansam dedisse post alios Heynius commemoravit.

V. 68. Bothius vulgari offensus sic disserit: „ὡς γὰρ ἔμοιγ'. Vix temperare mihi potui, quin perscriberem hoc, quod geminum esse sentio: ὡς παρ' ἔμοιγ', me quidem iudice. Herodt. 3. extremo: Ζωπύρου δὲ οὐδεὶς ἀγαθοεργίην Περσέων ὑπερεβάλλετο παρὰ Δαρείῳ κριτῇ. Schol. A. ὅσον ἐπὶ τῇ ἐμῇ κρίσει. Quis dubitet eum legisse ὡς παρ' ἔμοιγε? Nunc tamen lemma habet vulgatum, cuiusmodi mendis scatent scholia. Permisceri inter se γὰρ et παρ' tralaticium est. V. ann. ad Aeschyl. Eumen. 386., Eu-

φίλτατος ἔσκε θεοῖσι βροτῶν, οἳ ἐν Ἰλίῳ εἰσίν·
ὥς γὰρ ἔμοιγ'· ἐπεὶ οὔτι φίλων ἡμάρτανε δώρων.
οὐ γάρ μοί ποτε βωμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐίσης,
70 λοιβῆς τε κνίσης τε· τὸ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς.
ἀλλ' ἤτοι κλέψαι μὲν ἐάσομεν — οὐδέ πῃ ἔστιν
λάθρῃ Ἀχιλλῆος — θρασὺν Ἕκτορα· ἦ γάρ οἱ αἰεὶ
μήτηρ παρμέμβλωκεν ὁμῶς νύκτας τε καὶ ἦμαρ.

Ἰλίῳ εἰσὶν coni. Heyn. — V. 68. ὡς παρ' ἔμ. Both. emend. — V. 70. κνίσσης Vindd. et vulgo. — V. 71. κλέψαι μὲν ἀμήχανον Antimach. — Ib. οὐδέ πῃ vulgo. — V. 72. νέκυν Ἕκτορος V. L. ap. schol. Vict. θρασὺ Ἕκτορα Both. emendatio. — Ib. εὖ γάρ οἱ αἰεὶ V. L. ap. schol. A. ἦ γάρ all. ἀεὶ Vind. ed. —

rip. Herc. fur. 1128 etc." Haec vero sermoni poetae parum conducit: ille enim usus posterioris ignarus videtur, et παρά τινι nihil aliud unquam ei significat nisi apud aliquem. Vid. 9, 427. 13, 627. 21, 76. 23, 160. Od. 1, 123. 4, 595. 7, 203. alibi. Quare Herodoti coniunctio (vid. 111, 18.) non continuo transfundenda erat in Homeri Iliadem. Verum iam vidit Eustath. 1339, 47.: τὸ δὲ „ὡς γάρ ἔμοιγε" γοργῶς εἴρηται, ἀντὶ τοῦ οὕτω γάρ ἐμοὶ δοκεῖ, ἢ οὕτω γάρ ἔμοιγε ἦν, φίλτατος δηλαδή. Quae indicio sunt nihil depravati in scholiis inesse.

V. 71 sqq. Versus tres, quod matrem Achilli semper assedisse falso dicatur, iterum proscribendos existimarunt iudices morosiores et Mercurii, ut opinor, furto offensi. Hoc quidem iam supra excusavi, illud ex Il. 4, 11. repetitum videri possit. Neque inepta schol. B. interpretatio quidquam efficit: τάχα οὖν φησιν, ὅτι ὡς μήτηρ συμπάρεστιν αὐτῷ τῷ νεκρῷ Ἀχιλλεύς. Eo sapientior est Vict. sic praecipiens: ἢ ὑπερβολικῶς τοῦτο εἶπεν ἀπὸ τοῦ συνεχῶς αὐτὴν ἐκεῖσε φοιτᾶν. Nam ne Venus quidem Paridis lateri semper inhaeret. Quanta vero Thetis caritate filium fuerit amplexa, notum est. Proinde Iupiter, ut deos a consilio inhonesto abstrahat, maternam curam in maius auget. Denique versibus tribus sublatis et proxima minus praeparate commemorantur et veteres illos non reiecisse schol. A. testatur hisce: τὸ δὲ ἐάσομεν νῦν ἀντὶ τοῦ παρῶμεν, οἷον μηδὲ λέγωμεν· ὅπερ ἀγνοήσαντες οἱ περὶ Ἀντίμαχον κλέψαι μὲν ἀμήχανον. Verbum autem istud Homero perquam esse familiare satis constat; vid. 9, 701. 16, 50. 18, 112. 19, 8, 65.

V. 72. Schol. Victor. θρασὺν Ἕκτορα· ἄμεινον δὲ γράφειν νέκυν Ἕκτορος. Bothius, scholiasta exagitato, nec vocalium concursu territus neque Homeri usu retardatus θρασὺ proponit, idque Sophoclis commendat exemplo e Philoct. 106. deprompto: οὐκ ἄρ' ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προσμῖξαι θρασύ, add. Il. 13, 317. Neutrum vero isti corrigendi libidini praetexere possis; iure enim schol. A. ait: διὰ μέσου, τὸ οὐδέ πῃ ἔστι, quod quid sit, Homeri studiosos et peritos non fugit. Porro epitheton Hectoris proprium ne mortuo quidem erit denegandum. Alios insuper ἦ γάρ οἱ αἰεὶ legisse schol. A. docet hisce: οὐκ ἀναγκαῖον τὸ ἦ ἄρθρου

ἀλλ' εἴ τις καλέσειε θεῶν Θέτιν ἆσσον ἐμεῖο,
75 ὄφρα τί οἱ εἴπω πυκινὸν ἔπος, ὥς κεν Ἀχιλλεὺς
δώρων ἐκ Πριάμοιο λάχῃ, ἀπό θ' Ἕκτορα λύσῃ.
Ὣς ἔφατ'· ὦρτο δὲ Ἶρις ἀελλόπος ἀγγελέουσα.
μεσσηγὺς δὲ Σάμου τε καὶ Ἴμβρου παιπαλοέσσης
ἔνθορε μείλανι πόντῳ· ἐπεστονάχησε δὲ λίμνη.

V. 74. θέων V. L. ap. schol. A. — V. 78. Σάμου καὶ Ἴμβρου Vrat. un. — V. 79. Μείλανι π. grammat. pars. — Ib. ἐπεστονάχησε V. Harl. all. et H. ἐπεστενάχισε Lips. — V. 80. μολιβδαίνῃ Towul. — Ib. ἐς β. ἵκανον Plat. Ion. 538. βυθὸν Vind. quint. et al. — V. 81.

ἐκδέχεσθαι καὶ δασύνειν· ἔθος γὰρ αὐτῷ ἔσθ' ὅτε παραλείπειν τὰ ἄρθρα, „ἀλλά φίλη μήτηρ“ (21, 276.) „μήτηρ μέν τ' ἐμέ φησι“ (Od. 1, 215.)· σύνδεσμος οὖν ἐστι βεβαιωτικός· διὸ περισπαστέον.

V. 74. Rem vere diiudicat schol. A. sic commentatus: τινὲς τὸ θεων ἐπὶ τοῦ τρέχων ἐξεδέξαντο μετοχὴν παραλαμβάνοντες καὶ ἐβάρυναν. ἀπίθανον δέ· διὸ περισπαστέον· γενικὴ γάρ ἐστι πληθυντικὴ ὀνόματος τοῦ θεός.

V. 78. Bothius cur Vratisl. scripturam paene meliorem habeat, non video.

V. 79. Sinum nigrum, postea Cardianum appellatum, unde nominaverint, veteres quaerunt; cf. schol. Vict. et Eust. 1340, 19 sqq. Verba autem poetae vel propter vocalis ἐπένθεσιν, vel, ut fretum illud Homero innotuisse ostenderent, passim protulerunt antiqui, ut Etym. M. 582, 26. schol. ad Od. 3, 6. schol. ad Apoll. Rh. I. 922, Auctor de poesi Hom. 289. Sinum illum, qui inter Thraciam continentem et Chersonnesum Thraciam interfluit, piscibus abundasse Oppiani testimonio Halieut. IV, 515 sqq. probavit Heynius. In sequentibus ἐπεστονάχησε ad aliorum normam iure quodam suo adoptasse Wolfium in Excurs. III, 9 sq. docere studui. Praeiverunt autem Rom. Steph. et alii, Eustathio certe non repugnante 1340, 22. Nescio, an idem statuerit Victor. interpres, dum addit: ἀεὶ βαρυτόνως φησὶ στενάχων.

V. 80. Vocalem nominis ambigui ferri ad 11, 237. diximus. Comparationem autem elegantem et deae celeritatem, qua incedebat, vivide describentem passim excitarunt grammatici; vid Etym. M. 590, 10. schol. ad Od. 5, 51. Apoll. in Lex. 462. Hesych. II, 616. alias. Atque hi quidem μολύβδαιναν eique adiuncta excitarunt; integram vero imaginem suis intulerunt Plat. in Ion l. c. et Plutarch. de sollert. animal. X, 66. [T. II. p. 976. F.]. De accentu nominis extremi ἅπαξ εἰρημένου schol. A. et Eustath. 1340, 38. praecipiunt.

V. 81. Multiplici difficultate singula impedita esse interpretes minime latet, e quibus iam veteres duplici potissimum via progressos esse scholiastae et commentatores indicant, ut Ven. A: ἡ διπλῆ, inquit, ὅτι οὐ λέγει βοὸς κέρας βοὸς τρίχα, διὰ τὸ τριχίνην εἶναι τὴν ὁρμιάν. λιναῖς γὰρ ἐχρῶντο „ἐκ πόντοιο θύραζε λίνῳ ἐνὶ ἤνοπι χαλκῷ“ (16, 408.). οἱ δὲ νῦν οὐδὲ βοείαις χρῶνται, ἀλλ' ἱππείαις. λέγοι ἂν οὖν βοὸς κέρας κυρίως· κατεσκεύα-

80 ἡ δὲ μολυβδαίνῃ ἰκέλη ἐς βυσσὸν ὄρουσεν,
ἥτε, κατ' ἀγραύλοιο βοὸς κέρας ἐμβεβαυῖα,
ἔρχεται ὠμηστῇσιν ἐπ' ἰχθύσι Κῆρα φέρουσα.
εὗρε δ' ἐνὶ σπῆϊ γλαφυρῷ Θέτιν, ἀμφὶ δέ τ' ἄλλαι
εἵαθ' ὁμηγερέες ἅλιαι θεαί· ἡ δ' ἐνὶ μέσσῃς
85 κλαῖε μόρον οὗ παιδὸς ἀμύμονος, ὅς οἱ ἔμελλεν

ἐμμεμαυῖα V. L. ap. schol. A. et Plat. l. all. — V. 82. μετ' ἰχθύσι Plat. l. all. — Ib. πῆμα φερ. id. et V. L. ap. schol. A. — V. 83. ἀμφὶ δ' ἄρ' ἄλλαι V. et Vrat. un. — V. 84. εἵαθ' ὁμ. Ar; Eust. 1340, 49. — V. 85. ὅς τάχ' ἐμ. Rhian. —

ζον γὰρ σύριγγα ἐκ κέρατος βοείου, ἣν παρετίθεσαν τῇ ὁρμιᾷ ὑπὲρ τὸ ἄγκιστρον, ὅπως μὴ οἱ ἰχθύες ἀποτρώγωσι τὸν λίνον. add. Eustath. 1340, 28 sqq. Apoll. in Lex. 196. Etym. M. 505, 16. Plutarch. l. all. Quorum plerique κέρας non equinas setas, ut quidam statuerunt (vid. ad. 11, 385.), sed cornu bovinum hamo ideo annexum, ut eius colore, Oceani undis simili, pisces fallerentur, intellexerunt. Praeterea quomodo praepositio κατὰ sit iungenda, dubitari potest. Eustath. quidem 1340, 49 τὸ δέ, inquit, ἐμβεβαυῖα ταὐτὸν ἂν εἴη τῷ ἐπιβεβηκυῖα ἤτοι ἐπικειμένη et paullo superius κατέρχεται in unum conflat. Hoc omnes fere tenent interpretes, quanquam κατὰ κέρας ἐμβεβαυῖα soloece esset dictum, neque ullo, quantum scio, exemplo probandum. Itaque Heynius commate ante participium distinxit, idque instantibus attribuit ἐμβεβαυῖα ἔρχεται, i. e. ἐμβαίνει. Equidem ad veterum exemplarium fidem reversus virgula in fine versus reposita verba sic ordinanda esse crediderim ἥτε, κατὰ κέρας βοὸς ἐμβεβαυῖα, φέρουσα ἔρχεται Κῆρα ἐπ' ἰχθύσιν. Plato et schol. A. qui ἐμμεμαυῖα dant sine auctore idoneo, ut vulgatum reiiciamus, vix persuadeant.

V. 82 Schol. A.: ἔνιαι τῶν κατὰ πόλεις πῆμα φέρουσαι· ἄτοπον γὰρ ἐπ' ἰχθύσι κῆρα λέγειν. Accinit Plato, Eustathius 1340, 27., libris renitentibus. Nec video, cur loco egregio et fervore quodam poetico aucto et exaggerato nomen audacius et exquisitius dictum velis detrahere. Nostrae imagini simillimam V. 12, 251 sqq. suppeditat. Praepositio denique in Platonis codicibus aperte depravata est.

V. 83. Usitatum ubique fere lectum Eustath. 1340, 49. habet, neque ignorat schol. A.: ἀμφὶ δ' ἄρ' ἄλλα γράφεται ἀμφὶ δέ τ' ἄλλαι.

V. 84. Editores Lipsienses, num spiritum, qui apud Eustathium ferebatur, iure mutaverint, dubitare licet. Aristarchum certe εἷατ' ὁμ' verum iudicasse schol. A. nobiscum communicavit, qui ita disputat: Ἀριστοφάνης τὸ εἷατο δασέως· Ἀρίσταρχος δὲ ψιλοῖ. προείπομεν δὲ περὶ τῆς λέξεως. Neque immerito scholiasta Aristarchi sententiam reiecisse videtur; cf. ad 2, 137. 15, 10.

V. 85 sq. Fuere qui versu proximo repudiato οἱ non ad Thetidem, sed ad Achillem referendum putarent, ἔμελλεν deinde fato decretum sive constitutum erat explicarent. Ita enim

φθίσεσθ' ἐν Τροίῃ ἐριβώλακι, τηλόθι πάτρης.
ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη προςέφη πόδας ὠκέα Ἶρις·
Ὄρσο, Θέτι, καλέει Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδώς.
τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα·
90 Τίπτε με κεῖνος ἄνωγε μέγας θεός; αἰδέομαι δὲ
μίσγεσθ' ἀθανάτοισιν, ἔχω δ' ἄχε' ἄκριτα θυμῷ.
εἶμι μέν· οὐδ' ἅλιον ἔπος ἔσσεται, ὅ ττι κεν εἴπῃ.
Ὣς ἄρα φωνήσασα κάλυμμ' ἕλε δῖα θεάων
κυάνεον, τοῦ δ' οὔτι μελάντερον ἔπλετο ἔσθος.
95 βῆ δ' ἰέναι, πρόσθεν δὲ ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις
ἡγεῖτ'· ἀμφὶ δ' ἄρα σφι λιάζετο κῦμα θαλάσσης.
ἀκτὴν δ' ἐξαναβᾶσαι ἐς οὐρανὸν ἀΐχθήτην·
εὗρον δ' εὐρύοπα Κρονίδην, περὶ δ' ἄλλοι ἅπαντες

V. 86. ἐνὶ Τρ. Lips. — V. 88. Θέτις Z. Barnes. — V. 90. τίπτε μ' ἐκεῖνος schol. ad Aristoph. Nub. 195. — V. 92. εἴποι Vind. ed. Ald. sec. et all. — V. 94. ἔθος Vind. quint. — V. 96. ἐλιάζετο Apoll. in Lex. 255., ut videtur. — V. 97. εἰς ἀναβ. V. εἰςαναβᾶσαι Vindd. Eust. 1341,

schol. A. verba: ἀθετεῖται, ὅτι περισσός ἐστι· τὸ γὰρ οἱ ἐστὶν αὐτῷ, καὶ τὸ ἔμελλεν ἀντὶ τοῦ ἐῴκει. Ὁμήρῳ, οὐχὶ τῇ Θέτιδι ἔμελλεν ἐν Τροίῃ φθίεσθαι, intelligenda esse scholl. BV. efficiunt. Isti vero ἀθετήσει schol. B. et Eust. 1340, 46 sqq. obiiciunt poetam, quum Hectoris funere narrato operi sit finem impositurus, legentibus hisce quasi desiderium excitum Achillis sepulturam audiendi. Quae etsi minus valent, ἔμελλε tamen solum vix apte dictum existimabis, ideoque versum materni affectus plenum tueamur oportebit. Idem sensisse videtur Rhianus, qui ut omnem ambigendi causam praecideret, ex aliis poetae locis ὅς τάχ' ἔμελλε dicitur scripsisse; cf. 2, 694. 6, 52. 10, 365. Od. 4, 514. 20, 393. 21, 418.

V. 88. Nominativi et vocativi confinia permiscuit Zenodotus; vid. ad 18, 385.

V. 90. Aristophanis interpres Atticorum dialectum, cui adsuetus erat, cum Homerica confudit.

V. 92. Subiunctivum lege sermonis Homerici sancitum e melioribus, ut Ven. Vindob. quint. Harl. pluribus aliis, Eustathio porro 1340, 53. et editt. priscis revocarunt.

V. 94. Vindob. quint. naevum ipse indicavit librarius, ς superimposito; ἔσθος deinde tenui efferendum esse spiritu grammatici affirmant; vid. schol. A. Eustath. 1341, 5 sqq. Apoll. in Lex. 305.

V. 96. Apollonii glossa nihil nos remorari debet; cf. Etym. M. 63, 27. Scholiastae brevis glossa διΐστατο, cui Eustath. 1341, 10. assentitur, ducta est ex Il. 13, 29.

εἶαθ' ὁμηγερέες μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες.
0 *ἡ δ' ἄρα πὰρ Διὶ πατρὶ καθέζετο, εἶξε δ' Ἀθήνη.*
Ἥρη δὲ χρύσεον καλὸν δέπας ἐν χερὶ θῆκεν,
καί ῥ' εὔφρην' ἐπέεσσι· Θέτις δ' ὤρεξε πιοῦσα.
τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·
Ἤλυθες Οὔλυμπόνδε, θεὰ Θέτι, κηδομένη περ,
5 *πένθος ἄλαστον ἔχουσα μετὰ φρεσίν· οἶδα καὶ αὐτός·*
ἀλλὰ καὶ ὧς ἐρέω, τοῦ σ' εἵνεκα δεῦρο κάλεσσα.
ἐννῆμαρ δὴ νεῖκος ἐν ἀθανάτοισιν ὄρωρεν
Ἕκτορος ἀμφὶ νέκυι καὶ Ἀχιλλῆϊ πτολιπόρθῳ·
κλέψαι δ' ὀτρύνεσκον ἐΰσκοπον Ἀργειφόντην·
0 *αὐτὰρ ἐγὼ τόδε κῦδος Ἀχιλλῆϊ προτιάπτω,*
αἰδῶ καὶ φιλότητα τεὴν μετόπισθε φυλάσσων.

14. et vulgo. — Ib. *ἀνηχθήτην* Vind quint. et Lips. — V. 101. *ἐν χ. τίθει* Vind. quint. — V. 102. *ὤρεξ' ἐπιοῦσα* id., male. — V. 108. *νέκυϊ* V. Vindd. Rom. et ol. vulgo. — V. 109. *ὀτρύνουσιν* Massiliens. *ὠτρύνεσκον* Vind. ed. et all. — V. 110. *προϊάπτω* Z. et Ar. — V. 111. *μετ' ὀπ.* V. —

